AD
ODYSSEAM EIUSQUE SCHOLIASTAS
CURAE SECUNDAE.

SCRIPSIT

H. J. POLAK.

169.

FASCIC. PRIOR.

LUGDUNI BATAVORUM.
APUD E. J. BRILL.
MDCCCLXXXI.

H. J. POLAK.

AD

ODYSSEAM EIUSQUE SCHOLIASTAS

CURAE SECUNDAE.

AD

ODYSSEAM EIUSQUE SCHOLIASTAS

CURAE SECUNDAE.

SCRIPSIT

H. J. POLAK.

EMENDATIONES AD SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

LUGDUNI BATAVORUM.
APUD E. J. BRILL.
MDCCCLXXXI.

VIRIS CLARISSIMIS

J. E. GOUDSMIT

C. G. COBET

OLIM PRAECEPTORIBUS NUNC AMICIS PIE COLENDIS

HOS STUDIORUM FRUCTUS SACROS ESSE VOLUIT

AUCTOR.

MONITUM.

Propositum mihi erat, quae ad Odysseam eiusque Scholiastas post editas Observationes meas animadversa habebam in duas partes divisa lectoribus harum rerum studiosis diiudicanda tradere, materie ita digesta, ut quae ad textus tantum a Dindorfio olim curati emendationem pertinerent omnia in priorem partem coniicerem, in altera rem altius repeterem. Quippe, — quod iam antea me facturum pollicitus sum, — aliis quamplurimis in auxilium vocatis, qui interea eandem rem sibi tractandam susceperunt, meo Marte Scholia frequenter loco suo mota ad propriam sedem revocare atque ad interpretationem crisinque Homericam adhibere coepi, in auctorum historiam, cognationem, fidem, auctoritatem inquirere, Aristarcheorum, Porphyrii, Lexicographorum animadversiones ordinare interque se componere, denique ita agere, ut eorum grammaticorum, qui Odysseam quoque sibi illustrandam sumpserunt, historia critica quae dicitur etsi nondum absoluta, tamen mea quoque opera aliquantum promota diceretur. Verum, ut fit, coniecturarum congeries inter scribendum in tantam molem excrevit, variasque ob causas prior haecce pars tamdiu inter typothetarum manus versata est, ut rem et per se diuturni laboris et cui ob caeteras meas occupationes non semper tantum tribuere temporis possum quantum equidem cuperem, in infinitum

trahi noluerim. Constitui igitur hanc priorem partem per se absolutam seorsim publici iuris facere, cuius nunc prior fasciculus prodit, alter cui praeterea et corrigenda quaedam et addenda ex libris, qui postea demum in meam notitiam pervenerunt, et Indices inerunt, intra paucos menses edetur. Ut tot coniecturae omnes omnium adsensum ferant, optare vix ausim. At si operam meam in his grammaticorum reliquiis in integrum restituendis positam in universum aequis iudicibus probari intellexero, animus mihi addetur ut ad alteram illam partem literis mandandam intra brevissimum quod potero temporis spatium alacri me animo accingam.

H. J. P.

Scrib. mense Aprili MDCCCLXXXI.

PARS PRIOR.

EMENDATIONES AD SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

Scholia Graeca in Homeri Odysseam, ex Codd. aucta
et emendata ed. G. Dindorfius. — 2 voll. 1855.

ἔπος δ' εἴ πέρ τι βέβακται
δεινόν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.
Od. θ, 408, 409.

Qui factum sit, ut quae studia in fine scriptionis meae Academicae brevi me repetiturum significavi, quaeque ut repeterem non malevoli quidam in Germania praesertim iudices me cohortati sunt, ea post decimum demum annum aliquando resumserim, nec meum est narrare, nec lectoris fortasse scire intererit. Utut est, laetus tandem occasionem amplexus sum ea expromendi, quae per multos annos horis subsecivis, quae tamen et aliorum et mea expectatione pauciores erant, ad Homeri Odysseam eiusque Scholiastas illustrandos emendandosque mihi reperisse videbar. Atque aliquamdiu etiam spem foveram, fore ut novam horum Scholiorum editionem in lucem edere mihi daretur. Qualem editionem post Mai, Buttmanni, Dindorfii, vv. cll. curas etiamnunc non inutilem fore, et a me antea et ab aliis saepius significatum est. Nunc autem certior factus, novam eorum editionem ab A. Ludwichio, Viro clarissimo, parari, eique ut eam perpoliret atque augeret Codicum conferendorum copiam esse, quae mihi negata est, omne quidem edendi consilium abieci, sed statui, quae excogitasse mihi visus sum, ea omnia hoc modo ei tanquam per Epistolam Criticam, veteres nostros heroës modeste secutus, proponere, quibus si velit utatur, *πάντα δοκιμάσας, τὸ δὲ καλὸν* — si insit — *κατασχών.*

Sed quid tu, dixerit quispiam, coniecturas affers, Codicibus nunc peritius inspectis et tandem aliquando sincera praebere iussis? Codices autem accuratius collati quot coniecturas inanes fuisse declarent, quot vitiosas arguant, quot veras probent, quot etiam vulnera, alioquin insanabilia, facili negotio curent, nec ignotum mihi est et cum summa approbatione vidi ex specimine eo, quod Ludwichius praecedenti anno edidit, quo melioris recensionis Codicis Hamburgensis (T) pessime scripti pessimeque editi exempla continentur [1]). Sicut, — rem minime obscuram ut in clariore luce collocem, — ad ι, 35 edidit Dindorfius ex solo T: οὐκ ἂν ἑλοίμην πᾶσαν εὐδαιμονίαν ἀνέχειν ἐνθάδε (apud Phaeacas) κατὰ στέρησιν τῆς πατρίδος. Iam in Observatt. meis [2]) indicaveram scribendum esse: εὐδαιμονίαν ἔχειν, et inutilem praepositionem ex ultima syllbaba praecedentis vocabuli perperam adhaesisse. Id ipsum quod volueram in Codice extare docuit me Ludwichii commentatio, sed et aliud quod non expectaveram indidem didici. Nam κατὰ στέρησιν, — quod ut non optime dictum sit, tamen satis idoneum sensum praebet nec quisquam sine Codicis ope mutare ausus esset, — nil nisi Prelleri imperite legentis commentum esse apparet, imprudenter a Dindorfio repetitum. Quanto melius Codex: καταφρονήσας τῆς πατρίδος. — Ita ι, 326 Homeri verba: ἀποξῦναι δ' ἐκέλευσα· || οἱ δ' ὁμαλὸν ποίησαν tali modo in T explicari perhibentur: τὰ ἄκρα καὶ ὀξέα ἀφελεῖν καὶ ὃ μάλιστα κύκλωθεν. Ultima sensu cassa Prellerus coniectura in integrum restituere conatus est, — ut Dindorfii nota docemur, — sic: ὅτι μάλιστα κυκλοῦν, quam recte ostendit *vera* Codicis lectio: καὶ ὁμαλίσαι κύκλωθεν (κυκλόθεν). Et sunt haec paucissima exempla ex ingenti multitudine.

Haec igitur ita sese habere non nego. Et ultro fateor, me Ludwichii aliorumque opera cognita paulo timidiorem esse factum ad coniecturas et adhibendas et proferendas, non quod eas aut nunc aut unquam supervacuas existimo, sed quod, — cum textus Dindorfianus, ut nunc quidem extra omnem dubi-

---

1) A. Ludwich, Über den Codex Hamburgensis der Odyssee-Scholien. — Rheinisches Museum für Philologie. N. F. Bd. 33, p. 439—456. — 1878.

2) Observationes ad Scholia in Homeri Odysseam. L. B. 1869, p. 59.

tationem positum est, permultis locis difficilioribus Codicum etiam corruptorum lectiones non fideliter repraesentet, in pluribus non repraesentare censendus sit, — quod sic, inquam, omne saepe fundamentum corruit, cui quis coniecturarum conpagem superstruat. Sed sint illa ut esse debent, non ut sunt, ideone emendationibus ex ingenio profectis supersedere tuto poterimus? Hoc quidem nemo in Codicibus Graecis tractandis vel mediocriter versatus affirmabit, omnium minime Ludwichius, qui ipse in fine commentationis suae quaedam aperta Codicum *πλημμελήματα* ingeniose coniectando evidenter correxit. Cuius exemplis nunc haec mea accedant.

ι, 252. ad Homeri verba: *ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ*; hoc Scholion adscriptum est in T: *ο ὐ δ ε γ ζ η τ ε ῖ πῶς ταῖς εἰωθυίαις ὁμιλίαις χρῆται* (Polyphemus), *εἴπερ ἔξω τυγχάνει τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τ ο ύ τ ῳ τ ῷ λ ό γ ῳ. κ α ὶ τ ὰ π ε ρ ὶ τ ο ὺ ς Φ α ί α κ α ς ἀ ν α σ κ ε υ ά σ ο μ ε ν. εἰκὸς οὖν καὶ ἄλλους πεπλανῆσθαι.* Sic Dindorfii editio. (p. 426, l. 18—21.) Descripsi totum Scholion, miserum in modum corruptum atque inconcinnum. De sententia nulla esse potest dubitatio. Criminationem enim, absurdum videri quod Homerus *τοὺς ἐκτετοπισμένους* inducat Graece intelligentes et Graeco sermone confabulantes, saepius tetigisse videntur *οἱ λυτικοί*, eorumque causa ipse Aristarchus in laudatissimo Scholio ad *γ*, 71, ubi haec eadem verba: *ὦ ξεῖνοι κτλ.* occurrunt, *ῥητέον δέ, φησίν*, (Aristarchus) *τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα, καὶ γὰρ ναῦν αὐτὸν* (Cyclopa) *παράγει εἰδότα* — — — *καὶ σ υ ν ί η σ ι ν Ἑ λ λ η ν ί δ α φ ω ν ή ν.* Verum quid sibi vult monstrum illud, ne accentu quidem ornatum, *ο ὐ δ ε γ ζητεῖ*? „Corruptum est"; Dindorfius inquit, „desideratur nomen grammatici." Attamen vix credo ex elementis, ex quibus *οὐδεγ* constat, aliquando nomen grammatici Graeci erutum iri. Nec opus est, ut in laboriosa investigatione desudemus. Codex ipse verum praebet, sed omnia alia quam grammatici cuiusdam nomen aut notitiam. Quid igitur habet? Habet: *ο ὐ δ ε ῖ ζ η τ ε ῖ ν*, quo invento gloriatur Ludwichius, iure, etsi poterat fortasse lenius. Hoc idem et ipse in margine exemplaris mei dudum adnotaveram, collatis *κ*, 20: *εἴληπται μὲν τὸ πλάσμα πρὸς τὸν καιρόν, διὸ ο ὐ δ ε ῖ ζ η τ ε ῖ ν τ ὰ τ ο ι α ῦ τ α* et *μ*, 447; item, ad illustrandum *εἴπερ*, pro quo aut *καίπερ* expectaremus aut simplex *εἰ*, ad testimo-

nium vocatis Herodiano π. μον. λέξ. p. 43, 17 (p. 150 Lehrs.): εἴπερ οὖν Αἰολικόν (verbum ἔρρω), ζητητέον τί αὐτοῦ ἦν κοινόν, et Scholiis nostris ι, 257 (p. 426, 30), de qua adnotatione postea uberior erit disputandi locus. Sed haec omnia nunc supervacua sunt, cum Codex sponte sua quod sanum est suppeditet, et laetor τῇ συνεμπτώσει. Ita vero profecimus quidem aliquid, sed sic ut statim iterum haereamus. Nam quid, quaeso, est: οὐ δεῖ ζητεῖν πῶς ταῖς εἰωθυίαις ὁμιλίαις χρῆται, εἴπερ ἔξω τυγχάνει τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ, quam tamen scripturam et Ludwichius retinuit? Suntne haec extrema cum εἴπερ ἔξω τυγχάνει κτλ. an cum πῶς τ. εἰ. ὁμιλίαις χρῆται coniungenda? Utrum obscurius sit, nemo facile dixerit. Nam ἔξω τυγχάνειν τῆς οἰκουμένης ἐπί τινι λόγῳ semper quidem absurdum est, non minus autem hoc nostro saltem loco ταῖς εἰωθυίαις ὁμιλίαις χρῆσθαι ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ, quasi Cyclops non semper et ubique apud Homerum Graeca lingua utens inducatur. Et quid faciamus illis: καὶ τὰ περὶ τοὺς Φαίακας ἀνασκευάσομεν, quae sic nude, nullo vinculo cum praecedentibus connexa, „vacuos dant in aëre saltus"? Sed iam tenebrarum satis offudimus. Quas omnes dispellent interpunctio correcta et lenissima mutatio, sive potius nulla. Legamus: οὐ δεῖ ζητεῖν, πῶς ταῖς εἰωθυίαις ὁμιλίαις χρῆται, εἴπερ ἔξω τυγχάνει τῆς οἰκουμένης, ΕΠΕΙ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τὰ περὶ τοὺς Φαίακας ἀνασκευάσομεν. εἰκὸς οὖν καὶ ἄλλους πεπλανῆσθαι. Id est: non oportet quaeri, qui fiat ut Cyclops, cum tamen extra notum terrarum orbem collocetur, communi (Graeco) sermone, — συνήθως ἡμῖν, ut Aristonico in deliciis est, τῇ ἀνὰ χεῖρα ὁμιλίᾳ, ut Herodianus dixit [1]) — utatur. Hac enim ratione et quae apud Phaeaces aguntur nobis evertenda (sive repudianda) erunt. Fieri etiam potest ut alii (Graeci puta) errantes ad eum pervenerint." Locutionis τούτῳ τῷ λόγῳ, apud omnes Graecos hac quam supra posui significatione frequentis, apud Grammaticos vero frequentissimae, exempla conquirere putidum ferme est. Dabo duo ex ingenti copia. Alterum Herodiani (Scholl. Ill. Ψ. 254) ad ἑανῷ λιτί: —— πᾶσα γὰρ δοτικὴ δισύλλαβος

---

1) V. c. περὶ μον. λέξ. p. 25, 10 Dind. (p. 87 Lehrs), quo de loco postea plura dicentur, et p. 29, 4 (p. 100 Lehrs).

ἐπ' ὀνομάτων εἰς τι λήγουσα ὀξύνεται, χρωτί, δαιτί, Κρητί. [οὕτως οὖν καὶ λιτί.] τούτῳ γὰρ τῷ λόγῳ καὶ βλητὶ ὀφείλομεν κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἀναγινώσκειν. — — οὕτως οὖν καὶ λιτί, ἵνα ᾖ μεταπλασμός κτλ., ubi simul expungenda sunt quae uncinis inclusi, male ex sequentibus illata; alterum patris eius, qui cum ei solenne sit dicere: ὃν οὖν τρόπον — — τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, semel atque iterum variare maluit: ᾧ λόγῳ οὖν — — τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον. (Cfr. v. c. Apollonii Dyscoli περὶ ἐπιρρημάτων in Bekk. Anecd. p. 535.) Tandem quid sit ἀνασκευάζειν praeter Strabonem [1]) nemo melius dicet quam idem Herodianus, qui in Praefatione ad π. μον. λέξ. p. 5. l. 20 (p. 12 Lehrs.) ita: διὸ καὶ τὰ οὕτω λεγόμενα καθ' ἱστορίαν (v. c. Σῦρ [2]), Δοῦσα, Φλεύς, Δανᾶ, Ξόϊς caet.) οὐκ ἀνασκευάσει τὸ ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον μονῆρες et iterum ad Iliad. Ω 94, Ψιλῶς τὸ ἔσθος καὶ ἐσθής, οὐ μόνον διὰ τὴν συναλοιφήν, ἀλλὰ καὶ διὰ λόγον ὃν [3]) ἡμεῖς προείπομεν, ἀνασκευάσαντες τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἐμοῦ εἰρημένους. Haec hactenus.

κ. 495. Scholion de Tiresia, ex Ariaetho excerptum et huic nostro versui ad verba: οἵῳ πεπνύσθαι (πεπνῦσθαι) adscriptum,

---

1) V. c. L. I. c. II § 18 (p. 25 i. f. C.): ἔστι δὲ τἄλλα μὲν εὖ λεγόμενα, ὅταν δ' ἀνασκευάζῃ (Polybius) τὸν ἐξωκεανισμόν — — ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει τῆς ἀνομολογίας.

2) Obiter tangere placet ea quae Lehrsius commentatus est ad Theognosti de hoc eodem vocabulo observatiunculam sine dubio ex Herodiano petitam. Theognosti verba haec sunt: εις υρ μονοσύλλαβα δύο ἐστί, σῦρ τὸ φορτίον καὶ πῦρ τὸ στοιχεῖον. (Cramer. Anecd. Oxonn. II. p. 133). Admonet Lehrsius (in nota ad eius Herodiani Scripta tria Emendatiora, 1848, p. 36): „vide quae Lobeckius (Paralip. p. 77) sollerter excogitavit. Attamen mihi verisimilius videtur nec Choeroboscum (immo Theognostum) aliud σῦρ habuisse Herodiano incognitum, sed scripsisse σῦρ τὸ φορτικόν, quasi importunum vocabulum, nec in forma nec in genere se regulis applicans." Quae mihi quidem, quod pace summi viri dictum esto, contorta nec e grammaticorum ingenio esse videntur. Quae Lobeckius sollerter excogitavisse dicitur, non fuit consulendi facultas, nec tanti putavi ea cognoscere quae Lehrsii quoque assensum non tulissent. Equidem correxerim: δύο ἐστί, Σῦρ τὸ Φοινικικόν καὶ πῦρ τ. στ. Quoties in scriptura unciali P et I confusa sint, nemo melius docuit quam Piersonus, qui, ut nemo nescit, in Praef. ad Moeridem p. xxj nubem exemplorum praesertim ex Hesychio petitorum effudit, quorum v. c. ὕρεσι, προβάτοις pro οἴεσι, μερῶν, ἐλάσσων pro μείων, παρημοσύνη, θεραπεία pro παημοσύνη, etsi dudum correcta, ne nunc quidem animadversione indigna sunt.

3) Sic Cobetus Codicis σφάλμα correxit haec praebentis: καὶ ἄλογον ἡμεῖς προείπομεν κτλ. Nec absimile Bekkerus, etsi paulo magis a litterarum apicibus recedens: καὶ καθ' ὃν λόγον ἡμεῖς προείπομεν.

bis a Dindorfio editum est, contractius in textu (p. 475 l. 20—24), plenius in Appendice (p. 732), utrumque ex T, qui Codex solus haec servavit. Et pleniora quidem, Codicis ipsius tractandi occasionem nactus, ita proposuit: Ἀρίαιθός φησιν Ἥραν μεταβοῦσαν (sic) ἐπὶ τῷ πηρῶσαι αὐτὸν αἰτεῖσθαι περὶ Περσεφόνης ὥστε εἶναι αὐτὸν καὶ ἀποθανόντα τὴν μαντικήν. περὶ τῆς τέχνης οὖν μόνον λέγει οἴῳ πεπνῦσθαι καὶ ὁ μόνος δὲ πέπνυται, ἀλλ' οὐ παρὰ τὸ προλέγειν, ἀλλ' ἐν τῷ λέγειν τοῖς ἐν Αἵδου. οἱ δὲ ἄλλοι φρένας μὲν εἶχον, τέχνην δὲ οὔ. Quae autem sunt somniantium deliramenta, si haec non sunt? Quod sentiens is, qui Dindorfii gratia haec descripserat, procul-dubio de suo dedit μετασβουλεύουσαν pro μεταβοῦσαν, simul αἰτεῖσθαι παρὰ Περσεφόνης optime corrigens pro περὶ Περσ., eademque opera ὥστε εἶναι αὐτῷ καὶ ἀποθανόντι τὴν μαντικήν pro αὐτὸν καὶ ἀποθανόντα, tandem omissis: καὶ ὁ μόνος — — — τοῖς ἐν Αἵδου, quae expedire nullo modo poterat. Laudandus Dindorfius, quod Scholion integrum dedit, magis laudandus, si et quae in Codice bene habent rectius legisset, et quae iam probabili ratione emendata ipse proposuerat, non propter libri manuscripti scilicet fidem iterum corrupisset. Nam, Ludwichio indicante, illud quidem αὐτὸν κ. ἀποθανον̃ in Codice perversum est, sed neque περί habet, pro quo est usitatissima sigla, qua pariter παρά ac περί indicantur, neque ioculare istud μεταβοῦσαν, de quo Dindorfius desperavit, cum recte scriptum sit μεταγνοῦσαν, neque vocabulum optime Graecum ὁ μόνος, pro quo ὁ Μίνως praebet. Itaque Ludwichius totum locum ita constituit: Ἀρίαιθός φησιν Ἥραν μεταγνοῦσαν ἐπὶ τῷ πηρῶσαι αὐτὸν (sc. τὸν Τειρεσίαν) αἰτεῖσθαι παρὰ Περσεφόνης ὥστε εἶναι αὐτῷ καὶ ἀποθανόντι τὴν μαντικήν. περὶ τῆς τέχνης οὖν μόνον λέγει· „οἴῳ πεπνῦσθαι." καὶ ὁ Μίνως δὲ πέπνυται, ἀλλ' οὐ παρὰ τὸ προλέγειν, ἀλλ' ἐν τῷ λέγειν(?) τοῖς ἐν Αἵδου. οἱ δὲ ἄλλοι φρένας μὲν εἶχον, τέχνην δὲ οὔ Iam sententia probabilis emergere coepit, nec tamen plane lux facta est. Restant enim duo vitia, quae diductis literis significavi, alterum ad tollendum facillimum, alterum paulo gravius. Qui Dindorfium περὶ legentem ubi oportet παρὰ suo iure increpuit Ludwichius facile mihi dabit, paulo post non retinendum esse: ἀλλ' οὐ παρὰ τὸ προλέγειν, quod tamen retinuit, sed rescribendum: ἀλλ' οὐ περὶ

τὸ προλέγειν. Etenim Minos non vaticinandi arte valet, non dicendi, sed qua tandem in re? Opinor ἐν τῷ δικάζειν τοῖς ἐν Αΐδου, idque equidem respondeam ad interrogationis signum, quod Ludwichius post λέγειν posuit, verbum corruptum esse rectissime significans. Fefellit librarium, ut saepe, ἡ παρήχησις, qua observatione usus iam antea ad δ. 111: ἐπὶ τὸ οἰκτρότατον προήγαγε τὸν λόγον restitui pro τὸν οἶκτον [1]), quemadmodum ad α, 276, cum in T sit: εἴρηται δὲ ἔεδνα τὰ τὴν ἕδναν καὶ περιμονὴν προξενίζοντα τῇ νύμφῃ. (App. p. 738), Dindorfius correxit: τὰ τὴν ἕδραν καὶ παραμονὴν προξενίζοντα, quae emendate leguntur in EQ (p. 50 l. 10); itemque ad β. 263, cum caeteri Codices (BEHQV) recte praebeant: ἠεροειδέα. πόντον: — — ἢ ἐπεὶ τὸν ἀέρα καθορᾶν ἔστιν ἐν τῷ ὕδατι (p. 104, 9), scribae Codicis T dare placuit: ἢ ἐπεὶ καθορᾶν τὸν ἀέρα καθορᾶν (sic) ἐν τῷ ὕδατι (App. p. 741), ubi manifesta repetitio necessarium verbum ἔστι expulit, cuius generis permulta in Observatt. p. 49 indicavimus, caetera nunc suo quodque loco daturi.

Eadem omnia usu venire in Codicibus Venetis, unde Scholia in Iliadem edita sunt, eosque, licet nostris integriores, centenis in locis ridiculas plane scripturas exhibere, sanabiles quidem etsi nondum omnes ab editoribus sanatas, — Dindorfio errores Veneti B „nec multi nec graves" videntur, (t. III, Praef. p. IX) — quis est qui ignoret? Ex utroque Codice nunc duo exempla proponam, post, ubi res postulare videbitur, plura additurus. Ad Iliad. A, 22 Cod. A (Marc. 454) omnium laude celebratissimus haec nobis credenda praebet: ἰστέον ὅτι τὸ παλαιὸν ἡ Πελοπόννησος εἰς Ε' διῃρεῖτο μοίρας· Ἀργολικήν, Πυλικήν, Λακωνικήν, Μεσσηνιακήν. Vitium typographicum esse putes et nomen quoddam typothetarum culpa excidisse? Non potest. Nam ita Bekkerus, ita et Dindorfius, qui tamen de hoc ipso loco aliud quid adnotavit. Attamen qui computare didicit facile mihi dabit hic aliquid monstri ali, quippe quinque partes indicari, quattuor tantum nomina adesse. Quin corrigamus: ὅτι τ. π. ἡ Πελοπόννησος εἰς ε' διῃρεῖτο μοίρας· Ἀργολικήν, (Ἀρκαδικήν,) Πυλικήν, Λακωνικήν, Μεσσηνιακήν, et omnia recta erunt. Speciosam insertionem, dixerit quispiam; etenim literarum elementa, e quibus vocabula

---

1) Observatt. p. 60.

'Αργολικήν et 'Αρκαδικήν constant, admodum inter se simili sunt, ut alterutrum facile excidere potuerit, sed potest et no ita factum esse. Certam igitur eam praestabo. Ad notissimun locum Thucydidis (I, 10): καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰ δύο μοίρας νέμονται (οἱ Λακεδαιμόνιοι), hoc Scholion habemus Πελοποννήσου αἱ πέντε μοῖραι· Λακωνική, 'Α ρ κ α δ ι κ ή, 'Α ρ γ ο λ ι κ ή, Μεσσηνιακὴ καὶ τῆς Ἤλιδος. Locus nostro simillimus, ut patet, nis quod nomina 'Αρκαδική et 'Αργολική inverso ordine se excipiunt [1])

---

1) Sero video Dindorfium tandem et ipsum quod verum est praecepisse. Nempe i Addendis (t. II. p. 383) monuit: »Μεσσηνιακὴν] Adde 'Αρκαδικὴν ex Codice Angelic apud Matrangam Anecd. vol. 2 p. 334, ubi καδικὴν scriptum." Nolui tamen supr scripta delere, et ne Dindorfii adnotatio in obscurissimum angulum detrusa caetero falleret, quemadmodum me fefellerat, et ut luculento exemplo ostenderem, quam cert *atque evidenti* ratione scripturae vitia interdum tolli possint, etiamsi Codices no addicunt, et quoniam nomine 'Αρκαδικὴν post Μεσσηνιακὴν reiecto, ut in Codic Angelico esse videtur, omnis causa evanescit cur in Veneto A exciderit.

Affine ei quod in textu posui vitium, quamquam non ab omni parte idem, hab mus in Scholiis ad Odysseam γ, 309, 310 (p. 150, 8—11): τάφος σημαίνει π έ ν τ ε τὴν νῆσον, ὡς τὸ »Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἄ ν α σ σ ε" (α, 419)· τὴν ἔκπληξιν, ὡ τὸ »ταφὼν δ' ἀνόρουσεν 'Οδυσσεύς", ἢ 'Αχιλλεύς· (»I, 193, et bis praeterea d Achille, de Ulysse nusquam". Buttm.) τάφος ὁ ἐπιτάφιος δεῖπνος, ὡς τὸ »ὃ δ δαίνυ τάφον 'Αργείοισι." τὸ μνημεῖον, καὶ τὸ σ ῆ μ α. (E) Plura in his sunt co rigenda. Primum in Homero est, non ἄνασσε, sed ἀνάσσει, neque magis ὃ δ ε δαί κτλ., sed pertinet hoc ad Scholiastae verba, ut interpungendum sit: ὡς τὸ ὃ δ »δαίνυ τάφον 'Αργείοισι", quod fecit Buttmannus. Deinde τὸ σῆμα, — Codex σῆμ habet, correxit scilicet Maius, — verum esse nequit; quid enim intersit inter μνη μεῖον et σῆμα nemo videt, et quatuor erunt pro quinque significationibus. Sed d hoc vitio statim videbimus, primum, — cuius causa haec adduximus, — agendu est de iis, quae initio posita sunt: τάφος σημαίνει π έ ν τ ε. Nempe ad α, 417 i eodem Codice legitur: τάφος σημαίνει τ έ σ σ α ρ α· τὴν νῆσον, ὡς τὸ »Ταφίοι φιληρέτμοισιν ἀνάσσει"· τάφος ἡ ἔκπληξις, ὡς τὸ »ταφὼν δ' ἀνόρουσεν 'Αχιλ λεύς·" τάφος ὁ ἐπιτάφιος δεῖπνος, ὡς τὸ »δαίνυ τάφον 'Αργείοισι"· τάφ καὶ τὸ μνημεῖον. Idem utrobique scholion legi vel caecus videat. Utrum aute sincerum est, τάφος σημαίνει τέσσαρα an πέντε? Utrumvis, credam. Talia eni pro lubitu aut compendifaciebant collectores aut amplificabant. In Etymologico Magn v. c. sub voce, ubi praeter alia est: σημαίνει δὲ τ ρ ί α· τὴν ἔκπληξιν, ὡς τὸ »τάφ δ' ἕλε πάντας 'Αχαιούς": — καὶ τὸν δεῖπνον, ὡς τὸ »ἤτοι τὸν κτείνας δαί τάφον 'Αργείοισι": — σημαίνει καὶ ὄνομα νήσου, ὡς τὸ »ξεῖνος δ' οὗτος (ἐμὸ πατρώιος ἐκ Τάφου ἐστί," *tres*, ut apparet, significationes adducuntur, ac sic eode fere ordine iisdemque exemplis Apollonii quoque Sophistae Lexicon et Scholl. Ill. I 193. Sed redeamus ad *quintam* significationem, quae, ut ostendi, in verbis quema modum nunc eduntur frustra quaeritur ac nusquam est. At nullo negotio evocab tur, comparato vel uno Suida, qui ita: Τ ά φ ο ς· καὶ τὸ π α ρ ὰ τ ο ῖ ς θ ύ τ α ι

Non minus certo remedio certum vitium sanari potest in his Herodiani verbis B, 808 ad Homericum *αἶψα δ' ἔλυσ' ἀγορήν*: *τινὲς ἀπὸ τοῦ λ τὴν ἀρχὴν ποιοῦνται καὶ προπερισπῶσιν, ἵνα ποιητικώτερον γένηται. ἔφαμεν δὲ τὸ τοιοῦτο παρὰ τῷ ποιητῇ διαφόρως ὀρᾶσθαι· „ἂν δ' ἄρ' ἔβη* Πρίαμος" (Γ, 261)· *„αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι"* (K. 73)· *„οὐδ' ἔλαθ'* Ἀτρέος *υἱόν"* (P, 1)· *„ἐμὲ δ' οὐ λάθεν"* (ι, 281). Quoniam erant, qui formas praeteritorum sine augmento magis Ionicas aut magis poëticas existimarent, — *ἵνα ποιητικώτερον γένηται*, cfr. v. c. A, 464 ad *κατὰ μῆρ' ἐκάη*: Πτολεμαῖος *τὸ ε τελευταῖον λαμβάνει τοῦ μῆρε, ἵνα ἰακώτερον ἐκδέξηται τὸ κάη*, — Herodianus contra monuit, Homerum utramque formam *promiscue* usurpare, ita ut neutra earum altera sit magis poëtica. Sine controversia igitur perversum est *διαφόρως*, pro quo prorsus

---

σημεῖον καὶ τὸ περίδειπνον. Ὅμηρος »Τάφον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο". *οὐ τὸν τύμβον.* (In Photio glossae caput tantum servatum). Iam satis certum est ex *σῶμα* emendandum esse, non *σῆμα*, sed *σημεῖον*, neque dubitari potest, quin post hoc verbum addendum sit *τὸ παρὰ τοῖς θύταις* vel simile quid, sive casu haec exciderunt, sive etiam stipes qui haec collegit sententia nondum ad finem perducta describendi sui fontis finem fecit, quod non adeo raro fit ac videtur. Totum igitur sic constituatur. *Τάφος σημαίνει πέντε· τὴν νῆσον* — — — *τὴν ἔκπληξιν·* — — — *τάφος ὁ ἐπιτάφιος δεῖπνος·* — — — *τὸ μνημεῖον καὶ τὸ σημεῖον (τὸ παρὰ τοῖς θύταις.)* Similia his, quae e Suida dedimus, sed uberiora leguntur in Etymologico Gudiano, vocabulum nostrum ter attingente, p. 523, lin. 21—26; l. 33—36; p. 524, lin. 1—8. Ultimum locum describam: Τάφος· *σημαίνει τὸ γινόμενον, πᾶς δεῖ πένειν ἐπὶ τῇ τῶν ἀρχομένων τιμῇ· σὺ δέ κεν τάφου ἀντιβολήσαις, καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῖς ἀγὼν Πατρόκλης τάφου μνημήϊον αὐτοῦ ταφιά· οὐδέποτε αὐτῶν τοῦ καθ' ἡμᾶς σήματος ἐκτίθησιν, ἀλλὰ τύμβον αὐτοῦ καὶ σῆμα τίθησι· καὶ ἐκπλήξεως τὴν λέξιν· τάφος δ' ἕλε πάντας Ἀχαιούς· καὶ πόλιν ἢ νῆσον· ξεῖνος δ' οὗτος ἐμὸς πατρώϊος ἐκ Τάφου ἐστί· καὶ σημεῖόν τι ἐν θυτικῷ.* Quis unquam vidit flagitiosius corrupta quam haec sunt? Descripsi omnia fideliter prout leguntur in Sturzii editione, quem tam insana dedisse non puduit, sive iam in Codice tam perverse scripta fuerunt, sive ipse haec ex Codicis ductibus sibi non intellectis procudit. Nec tamen de emendatione desperandum, modo scribamus: Τάφος *σημαίνει τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν οἰχομένων τιμῇ· »σὺ δέ κεν τάφου ἀντιβολήσαις"* (δ, 547)· *καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἀγῶνα, „Πατρόκλοιο τάφου μνημήϊον"* (apud Homerum Ψ 619 nunc est: *μνῆμ' ἔμμεναι*) *ἀντὶ τοῦ ἐνταφίον*(?). *οὐδέποτε* (δ' ins.) *αὐτὸ ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς σημαινομένου ἐκτίθησιν, ἀλλὰ τύμβον* (ἀντ' add.) *αὐτοῦ καὶ σῆμα· τίθησι καὶ* (ἐπ' add.) *ἐκπλήξεως τὴν λέξιν, »τάφος δ' ἕλε πάντας* Ἀχαιούς·" (φ, 122?) *καὶ πόλιν κτλ.* Ne quis de prioribus dubitet, inspiciat Hesychium i. v. — Τάφος: *τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ· ἢ τύμβος· ἢ σημεῖον.* — et videbit etiam haec negligentius excerpta *ex eodem fonte manasse.*

contrarium requiritur: ἔφαμεν τὸ τοιοῦτο παρὰ τῷ ποιητῇ ἀδι
φόρως ὁρᾶσθαι. Ne quis dubitet, conferat eundem ad δά
(O, 2): ὁμοίως τῷ „πολλοὶ δ' Ἀργείων οἱ μὲν δάμεν, οἱ δ' ἐ
ποντο" (M, 14) — — — ἀνεγνώσθη κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ἄρχον
χρόνου (cfr. O, 735)· ἔφαμεν δὲ τὰ τοιαῦτα ἀδιαφόρ
εὑρεθῆναι παρὰ τῷ ποιητῇ, quo loco iisdem fere verbis u
tur. Tangitur etiam eadem res B, 427 Δ, 3 Θ, 161, et — quod i
observavimus — A, 464, ubi paulo aliis verbis sed in eand
sententiam: τὸ δὲ τοιοῦτο πολὺ παρὰ τῷ ποιητῇ, λέγω δὲ τὸ
τὸν χρόνον τὸν ἔξωθεν φυλάσσειν τὸ ῥῆμα καὶ συνάρχεσ
τῷ ἐνεστῶτι.

Perperam quoque Cod. B (Marc. 453) ad Agamemno
verba: ἢ νῦν δηθύνοντ' ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα (Il. A, 27) p
alia haec dicere videtur: — — — τὸ δὲ νῦν τὸν ἐνεστῶτα ἐ
μανεν, οὐ τὸν πλατικὸν χρόνον, sic iterum apud utrumq
editorem, licet πλατικός hic verbum sit plane nihili. Rem
expediam. Iam antiquitus aliquid obscuri hic locorum quaesiti
esse videtur. Nam etiam Cod. A habet: δηθύνοντα: ἐν μέρ
λόγου. χρονίζοντα, βραδύνοντα, quae a Bekkero omissa bis pos
Dindorfius, suo loco in textu, iterum in App. tom. II. p. 299 cu
hac nota: „cavere vult ne quis pro δὴ θύνοντ' accipiat." Fuerun
igitur, qui hic (ut λ, 160) νῦν δὴ — vel potius νυνδή — copulare
ut pro ἀρτίως, ὀλίγον ἔμπροσθεν esset more Atticorum, et conto
legerent: ἢ νῦν δὴ (νυνδὴ) θύνοντ'? Non decernam, sed hoc vid
donec in grammaticorum scriptis ὁ πλατικὸς χρόνος reperiatur

---

1) Atqui *semel* reperitur, — observo hoc ἄχρι τοῦ μὴ δοκεῖν ἀγνοεῖν — vit
sive scriptum sive pronunciatum pro πλατυκός, nempe apud Choeroboscum p. 479
ed. Gaisford: παρὰ μὲν τοῖς γραμματικοῖς πλατικός ἐστιν ἐνεστώς, τοῦτ' ἔ
ἐν πλάτει, — — — παρὰ δὲ τοῖς φιλοσόφοις ἀκαριαῖός ἐστι, id est, Hasio in
prete, „diuturnioris temporis significationem habet." Quod etiamsi vitio careat
quo statim videbimus, tamen ne eo quidem id quod supra a me positum est ev
facile vincam. Nam si praesens tempus παρὰ τοῖς γραμματικοῖς — ut Choerobo
vult, — πλατικός ἐστι, oppositio esse nequit inter τὸν ἐνεστῶτα et τὸν πλατ
χρόνον, itaque quae Scholiasta dixit eo redirent ut doceret: τὸ νῦν τὸν ἐνεστῶ
ἐσήμανεν, οὐ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον. Praeterea aliud est dicere, opinor, ὁ ἐνεστὼς π
τικός ἐστι vel πλατικὴν ἔχει σημασίαν, aliud illo adiectivo certum verbi tempus design
quod aliud quam ἐνεστὼς nomen gerat. Sexcenties legitur ὁ παρατατικὸς χρόνο
πλατικὸς χρόνος nusquam. Sed ne apud Choeroboscum quidem πλατικὸς mihi
spicione carere videtur. Quae est, quaeso, illa interpretatio: ὁ ἐνεστὼς πλατ

interim rescribendum esse: τὸ δὲ νῦν τὸν ἐνεστῶτα ἐσήμανεν [1]) οὐ τὸν π α ρ α τ α τ ι κ ὸ ν χρόνον. — ut v. c. Herodianus dixit ad O, 735, — et hanc, vel similem, in Homeri textu lectionem hic respici et refutari. Hoc addo, quod secundum grammaticorum praeceptum τὸ νῦν (ἐπεὶ ἀόριστόν ἐστι, Scholl. ad H, 291) τοὺς τρεῖς δηλοῖ χρόνους, ἐνεστῶτα „νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστί," παρεληλυθότα „νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης", μέλλοντα „νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει", (Il. B. 12, iterum ex Veneto B) quae iisdem fere verbis et exemplis transierunt in Etymologicum Magnum et Gudianum.

Tandem advertamus animum quae in ipso fine Iliadis praebent Scholia Veneti B. Ad verba notissima ὣς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο observatur: Μενεκράτης φησὶν αἰσθόμενον ἑαυτοῦ ἀσθενείας τὸν ποιητὴν καὶ τοῦ μὴ ὁμοίως δύνασθαι φράζειν ἐᾶσαι τὰ μεθ' Ἕκτορα. καλῶς δὲ ἐταμιεύσατο ἑαυτῷ τὰ λοιπὰ τῶν ζ η τ η μ ά τ ω ν εἰς τὴν Ὀδύσσειαν· μικρὰ γὰρ ἦν ἡ ὑπόθεσις περὶ τῆς οἰκίας τοῦ Ὀδυσσέως μόνον· ἐν τῷ μέσῳ οὖν τὰ περὶ Μενελάου καὶ Νέστορος καὶ Ἀγαμέμνονος καὶ ἁπλῶς περὶ τοῦ ἀπόπλου διέξεισι καὶ τοῦ δουρείου ἵππου. ἄλλως τε πολιορκίαν μακρὰν οὐκ ἄξιον διηγεῖσθαι αὐτόν. Suavissima omnia, praesertim illa Homeri non iam dormitantis sed defatigati imago. Sed omnium suavissimum est illud,

---

ἐστι, τοῦτ' ἔστιν ἐν πλάτει? Putemusne grammaticum, etiam posterioris aetatis, nescire πλατικός et ἐν πλάτει plane idem esse et ex eadem stirpe prognatum? Sed cum videam Ictos Romanos de eadem re nunc adverbium παρατατικῶς usurpare, nunc locutionem ἐν πλάτει (v. c. Iulianus Dig. L. I, Unde legit.: „haec verba edicti — — — π α ρ α τ α τ ι κ ῶ ς *et cum quodam temporis spatio* accipiuntur", idemque Iulianus, Dig. L. XIII de Solutt: „ratum autem dominus habere debet, quum primum certior factus est; sed hoc ἐ ν π λ ά τ ε ι et *cum quodam temporis spatio* accipi debet."), hoc igitur cum videam, suspicor etiam apud Choeroboscum scribendum esse: παρὰ μὲν τοῖς γραμματικοῖς π α ρ α τ α τ ι κ ό ς ἐστιν ὁ ἐνεστώς, τουτέστιν ἐν πλάτει, quod a grammaticorum cogitandi enunciandique more non abhorrere comprobabit v. c. Stephanus nescio quis in Scholiorum farragine ad Dionysium Thracem, (in Bekk. Anecd. pag. 891): τὸν ἐνεστῶτα οἱ Στωϊκοὶ ἐ ν ε σ τ ῶ τ α π α ρ α τ α τ ι κ ὸ ν ὁρίζονται, ὅτι παρατείνεται καὶ εἰς μέλλοντα. κτλ. Sed utut hoc est, nemo iam Choerobosci testimonium ad firmandam vulgatam Scholii nostri lectionem adhiberi posse contendat.

1) Aoristum ἐσήμανεν, pro quo nonnemo praesens requirat, satis stabiliet Scholl. ad Odyss. β, 146: ἡ μὲν ἐξ ὄρους ἄφιξις τὴν ἐξ ἀγρῶν ἐπάνοδον Ὀδυσσέως καὶ τοῦ παιδὸς σ η μ α ί ν ε ι· — — — τὸ δὲ καταδρύψαι τὰς παρειὰς τὸν τῶν μνηστήρων ἐσήμανε φόνον.

Homerum τὰ λοιπὰ τῶν *ζητημάτων* εἰς τὴν Ὀδύσσειαν sibi reservasse. Qui autem Homerum quaestiuncularum Homericarum parentem et auctorem non libenter agnoscunt, mecum corrigant: καλῶς δὲ ἐταμιεύσατο ἑαυτῷ τὰ λοιπὰ τῶν *διηγημάτων* εἰς τὴν Ὀδύσσειαν, quemadmodum statim infra διέξεισι (quod sequioribus idem est ac διεξέρχεται) et διηγεῖσθαι recte usurpavit, ne tale sacrilegium aut Menecrates ille nescio quis commisisse aut nos comprobavisse videamur.

Disputavi de his locis paulo fusius, — in caeteris breviloquentiam servaturus, nisi ubi „dignus vindice nodus" se mihi offeret, — quo magis appareret id quod volo. Quo saepius et accuratius haec grammaticorum veterum excerpta considero, eo certius mihi est, quidquid Codices veteres intentiore cura collati novique excussi opitulentur, — quod novum prodiit, id vero quantum equidem videre potui non multum est, — sed quidquid opitulentur, innumera inesse, quae ex ingenio tantum, at evidenti plerumque ratione restitui et possint et *debeant*. Tanta enim sunt horum Scholiorum in summa interdum dicendi simplicitate ex excerpendo coarctandoque nata scribendi ac describendi vitia, ut licet apud nostrates Cobetus, Naberus VV. Cll., ego, item in Germania complures, iis emendandis operam navaverint, tamen multo plura vulnera relicta sint quam curata. Ad haec igitur tollenda opus est Codicibus perite collatis, opus est divinandi arte his subsidiis firmiter nixa,

alterius sic
altera poscit opem res et coniurat amice.

I.

α, 1. Initium mihi faciendum est ab eo Scholio, de quo iam antea in Observatt. p. 49—52 diligenter egi, quodque etiam post Valckenaerii, Porsoni, Buttmanni, Dindorfii summorum virorum curas multis locis impeditum ac sensu destitutum nunc circumfertur. Est longior disputatio de vi ac potestate vocabuli πολύτροπος in prooemio Odysseae, — de quo interpretando ut nunc recentiores ita olim veteres dissensisse apparet, — quam ex Antisthene excerptam Porphyrius nobis servavit. Antistheni epitheton πολύτροπος non tam in laudem

quam in vituperium Ulixis dictum videbatur. Οὐκ ἐπαινεῖν φησιν Ἀντισθένης Ὅμηρον τὸν Ὀδυσσέα μᾶλλον ἢ ψέγειν, λέγοντα αὐτὸν πολύτροπον. οὐκ οὖν τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Αἴαντα πολυτρόπους πεποιηκέναι, ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ γενναίους· οὐδὲ τὸν Νέστορα τὸν σοφὸν οὐ μὰ Δία δόλιον καὶ παλίμβολον τὸ ἦθος. ἀλλ' — — — εἰς τὸ στρατόπεδον εἴ τι ἀγαθὸν εἶχε συμβουλεύοντα καὶ οὐκ ἀποκρυπτόμενον τοσοῦτον ἀπεῖχε τοιοῦτον τρόπον ἀποδέχεσθαι ὁ Ἀχιλλεὺς ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι ὁμοίως τῷ θανάτῳ ἐκεῖνον „ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει (immo κεύθῃ) ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ." Non est opus demonstratione ut persuadeam, ultima ita esse interpungenda et corrigenda: — — — ἀποκρυπτόμενον. Τοσοῦτο δ' ἀπεῖχε (τοῦ) τοιοῦτον τρόπον ἀποδέχεσθαι ὁ Ἀχιλλεὺς ὡς κτλ. Distinctio maior post ἀποκρυπτόμενον iam apud Buttmannum est, quae cur in Dindorfiano textu sit neglecta, Buttmanni editionem inspicienti facile patebit. Caetera apud utrumque editorem inconcinna sunt, sed nullo negotio, ut ostendi, in integrum restituenda. Τοῦτον τοιοῦτον est in optimo Harleiano, (H) unde sponte sua τοῦ τοιοῦτον profluit; et cum τοσοῦτο δ' pro τοσοῦτον conferendae sunt variae lectiones v. c. ad p. 177, 19 (Dind.), ubi in Scholio ex HQR edito unus Q (Ambrosianus Part. Sup. 88) συγχωρεῖ δ' ἡμῖν ὑπονοεῖν καὶ τὰ μεταξὺ οἷα γίγνεται [1]) recte dat, HR prave: συγχωρεῖν ἡμῶν, ut paulo post p. 225, 22 pro necessario ἀγνοοῦσι δ' ὅτι unus H: ἀγνοοῦσιν ὅτι habet.

Ita τῇ ἀπορίᾳ nunc tandem suus constat sensus. Difficilior res est in λύσει, cuius paulo subtilior argumentandi ratio, — quam ipsius Antisthenis verbis ut plurimum expressisse puto suo more Porphyrium, qua de re infra agam explicatius, — compluribus locis ita impedita legitur ut intelligi nequeat. Quomodo autem Antisthenes praesentem difficultatem solvere adgressus est? Λύων οὖν ὁ Ἀντισθένης φησί· Τί οὖν; ἆρά γε πονηρὸς ὁ Ὀδυσσεὺς ὅτι πολύτροπος ἐκλήθη; καὶ μήν, διότι σοφός, οὕτως αὐτὸν προσείρηκε. Etenim vocabuli τρόπος *duplex* ratio est. Usurpatur de ingenio et indole, usurpatur etiam de sermocinandi more modoque. μήποτε οὖν, pergit, ὁ τρόπος τὸ

1) Ὑπονοεῖν dedi ex correctione Cobeti V. cl. in Mnemos. Nova Ser. Vol. III. p. 118. Codices habent ἐπινοεῖν.

μέν τι σημαίνει τὸ ἦθος, τὸ δέ τι σημαίνει τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν. [1]) *εὔτροπος γὰρ ἀνὴρ ὁ τὸ ἦθος ἔχων εἰς τὸ εὖ τετραμμένον· τρόποι δὲ λόγων αἱ ποικαὶ πλάσεις.* (quae acutissima Buttmanni emendatio est pro absurda librorum lectione: *αἴτιοι αἱ πλάσεις*). *κέχρηται τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ φωνῆς καὶ ἐπὶ μελῶν ἐξαλλαγῆς, ὡς ἐπὶ τῆς ἀηδόνος, „ἥ τε θαμὰ τρωπῶσα* (i. e. *τρωπῶσα*) *χέει πολυηχέα φωνήν.*" (*τ*, 521.) *εἰ δὲ οἱ σοφοὶ δεινοί εἰσι διαλέγεσθαι κτλ.* Itane vero? Et putabam de *duabus* tantum vocabuli *τρόπος* significationibus hic sermonem esse e regione sibi contrariis, eamque opinionem et loci sententia et grammatica ratione confirmari! Nonne *τὸ μέν τι*, — *τὸ δέ τι duo* tantum commemorari ostendit? Nonne quae sequitur dilucidior explicatio: *εὔτροπος γὰρ ἀνὴρ ὁ τὸ ἦθος ἔχων εἰς τὸ εὖ τετραμμένον, τρόποι δὲ λόγων αἱ ποικαὶ πλάσεις* manifesto haec duo tantum respicit, *τὸ ἦθος* et *τὴν τ. λόγου χρῆσιν*? Unde igitur tertia *τοῦ τρόπος* significatio hic infertur? Qua illata, quasi nihil extrinsecus accessisset, placide argumentari pergit: *εἰ δὲ οἱ σοφοὶ* et quae deinceps sequuntur, *τῆς φωνῆς* et *τῆς μελῶν ἐξαλλαγῆς* plane immemor. Haec sufficiant ad probandam sententiam meam, verba: [*κέχρηται τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ — — — πολυηχέα φωνήν*], quae argumentorum tenorem perturbent, quae *tertiam* significationem afferant, cum de *duabus* tantum agi debeat, quorum orationis forma cum antecedentibus et sequentibus non congruat, *uncinis inclusa e textu esse eliminanda*. Aliter Dindorfius iudicat, qui in adnotatione ad h. l.: „Grammaticus" inquit, „postquam duplicem vocabuli *τρόπος* usum explicuit, *ad tertium transit*, quem exemplo verbi *τροπῶ* (i. e. *τρωπῶ*) — — — ab *τρόπος* derivandi probat. Quod verbum explicando adjectivo *πολύτροπος* alio modo adhibet Eustathius." Quae quid faciant ad submovendas eas difficultates, quas supra posui, equidem non video. viderit ipse vir summus. Quanto sollertius Buttmannus, quo nemo in genere hoc acutius cernebat: „ambigi autem hoc quoque potest, Porphyriusne, qui Scholii Leidensis [2]) auctor laudatur, ad nostrum

---

1) Punctum posui post *χρῆσιν* pro interrogationis signo, quod et Buttmanni et Dindorfii editiones exhibent, quod cur factum sit ignoro. hoc scio disputandi tenorem eo signo perturbari.

2) Nempe pars nostri Scholii (inde a verbis *κέχρηται τῷ τρόπῳ* usque ad *τοῦ λόγου*

locum illa etiam de Antisthene praemiserit, *idemque caetera ejusdem aliis locis excerpserit, an potius vox* Κέχρηται *novum hic quoque scholium ordiatur idque solum et totum sit Porphyrii, cui illa certe de Pythagora debemus uni.*" (Add. p. 562.) Igitur bene sensit Buttmannus Scholion nostrum, prout apud ipsum — et nunc apud Dindorfium quoque, — singula continuantur,, pessime vel potius plane non cohaerere. Itaque hoc teneo, in caeteris eius rationibus non accedens. Omnia enim Porphyrio deberi censeo et Antisthenem excerpenti et de more quae ipse observaverit vel aliis sublegerit de eodem vel simili argumento non semper summa arte connectenti. Quae de Pythagora adiunxit, ipsiusne sint [1]) an Antisthenis non diiudico; certe ad rem apta sunt. Etiam quae secludenda puto ipsius fortasse Porphyrii vel sua vel aliorum observata referentis esse possunt, nec quae Eustathius affert a Dindorfio significata: *ὅτι δὲ τὸ πολύτροπον ἐπαινουμένην τινὰ σημαίνει καὶ πολυειδῆ ἐνέργειαν δηλοῖ καὶ τὸ περὶ ἀηδόνος ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεχθέν, τὸ „τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν." ἐν γὰρ τῷ τρωπῶσα — — πολύτροπον εἰς ᾠδὴν τὴν ἀηδόνα φησίν*, (p. 1381, 45) nec ea quoque, inquam, aliunde venisse quis existimet. Sed vel sic tam fatuum fuisse Porphyrium non possum in animum inducere, ut quae argumentationis seriem mirifice perverterent eiusque vim infringerent, ea mediae argumentationi insereret. Unde et quomodo in nostrum locum pervenerint, non exputo. Fortasse recentior manus, Scholio iam finito, ea in Codicum nostrorum archetypo supplendi causa appinxit ab eodem quem putabat auctore in eadem re profecta. Sed quoquomodo tandem haec se habeant, hoc nunc spero certum erit, verba inclusa eo loco quo nunc sunt incongrua esse et aut in marginem, quod malim, aut ad calcem Scholii ableganda.

τὸ μονότροπον, pro quo nunc ex H *τῷ τοῦ λόγου χρῆσθαι μονοτρόπῳ* recte restitutum est, p. 10, lin. 4—p. 11, lin. 1 Dind.) „praescripto *Πορφυρίου* nomine inter Scholia Iliadis libri decimi relata est in Codice Leidensi Vossiano apud Valcken. Animadv. ad Ammonium p. 248."

1) Porphyrii ea mentem referre dubitari nequit. Pythagoras enim auctore Dicaearcho narratur *οὕτω διαθεῖναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν ὥστ' ἐπεὶ τὸ τῶν γερόντων ἀρχεῖον ἐψυχαγώγησεν πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθείς, τοῖς νέοις πάλιν ἡβητικὰς ἐποιήσατο παραινέσεις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθείς· μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόοις συνελθοῦσιν· εἶτα ταῖς γυναιξίν.* apud Porphyr. Vita Pythag. c. 18.

His iam expeditis videamus caetera. Est itaque, Antisthene et Porphyrio auctoribus, πολύτροπος is quoque, qui de *eodem* argumento secundum variam auditorum indolem *variis modis* disserere potest. Εἰ δὲ οἱ σοφοὶ δεινοί εἰσι διαλέγεσθαι, καὶ ἐπίστανται (Buttm. ἐπίστανται καὶ, quo fortasse opus non est) τὸ αὐτὸ νόημα κατὰ πολλοὺς λέγειν τρόπους· ἐπιστάμενοι δὲ πολλοὺς τρόπους λόγων περὶ τοῦ αὐτοῦ πολύτροποι ἂν εἶεν. εἰ δὲ οἱ σοφοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσι, διὰ τοῦτό φησι τὸν Ὀδυσσέα Ὅμηρος σοφὸν ὄντα πολύτροπον εἶναι, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἠπίστατο πολλοῖς τρόποις συνεῖναι. Res ipsa clamat dixisse Antisthenem: — διὰ τοῦτό φησι τὸν Ὀδυσσέα Ὅμηρος ἀγαθὸν ὄντα πολύτροπον εἶναι, ὅτι κτλ., et σοφὸν nihil esse videtur, nisi γραφικὸν σφάλμα librariorum. Argumentandi enim ratio, syllogistica forma inclusa, haec est. Nemo potest πολύτροπος esse, quin idem σοφὸς sit; ὁ σοφὸς autem non potest non ἀγαθὸς esse: itaque qui πολύτροπος, idem ἀγαθὸς est. Est hic argumentandi modus cum omnium philosophorum, qui Socratis sectam secuti sunt, tum inprimis Antisthene dignus, Stoicorum antecursore et quasi avo. Sic igitur crimen quod in ἀπορίᾳ posuerat dilutum est videlicet, nec amplius Ulixes πονηρὸς habendus ὅτι πολύτροπος ἐκλήθη. Comprobantur haec omnia exemplo Pythagorae pro variis hominum generibus vario sermonis genere uti soliti et medicorum, qui, ut corporis constitutio non est eadem in singulis, ita in simili morbo dissimilia medicamenta adhibere consueverunt Itaque — τρόπος μὲν οὖν τὸ παλίμβολον, τὸ τοῦ ἤθους πολυμετάβολον! Haud vidi magis! Et tota disputatione hoc unum agitur ut demonstretur, haec *non ita esse!* At vero ista verba non Antisthenis esse possunt, non Porphyrii, sed inepti cuiusdam grammatici dicam an lectoris, qui per notissimam formulam μὲν οὖν stultissime obloquitur iis, quae magno molimine hucusque extructa erant. Interstrepit anser olores. Istud additamentum igitur ne in margine quidem ponendum est, sed una litura delendum ut caetera stare possint.

Hucusque philosophus, in explicanda natura τῆς τοῦ λόγου πολυτροπίας occupatus, non sine sophistica arte probare adgressus est, ea non vitium notari sed sollertiam adeoque virtutem. Quae sequuntur sophistica sunt, ut nihil supra. Etenim λόγου

δὲ (l. οὖν) *πολυτροπία* καὶ χρῆσις ποικίλη λόγου εἰς ποικίλας ἀκοὰς *μονοτροπία γίνεται.* ἓν γὰρ τὸ ἑκάστῳ οἰκεῖον. διὸ καὶ τὸ ἁρμόδιον ἑκάστῳ τὴν ποικιλίαν τοῦ λόγου εἰς ἓν συναγείρει τὸ ἑκάστῳ πρόσφορον. *τὸ δ' αὖ μονοειδὲς ἀνάρμοστον τὸν πρὸς ἀκοὰς διαφόρους πολύτροπον ποιεῖ τὸν ὑπὸ πολλῶν ἀπόβλητον ὡς αὐτοῖς ἀπόβλητον λόγον.* Facilius est haec admirari quam intelligere. Ultima saltem interpretetur qui possit. Quid velit dicere philosophus, etsi est illud admodum contortum, intelligere mihi videor, verba corrupta autem quomodo evidenti prorsus ratione emendem, non habeo. Sed, nisi me omnia fallunt, inesse debet aliquid in hanc sententiam. Sermonis πολυτροπία, inquit, si rem penitus inspicias, revera μονοτροπία dicenda erit. Nam quod unicuique consentaneum sit, unum tantum est. Contra si quis apud homines dissimili ingenio praeditos semper eodem modo verba facit, is vero nomine non μονότροπος est dicendus sed πολύτροπος, quod est argutius multo quam verius. Quidni igitur scribamus: τὸ δ' αὖ μονοειδὲς ἀνάρμοστον ON πρὸς ἀκοὰς διαφόρους πολύτροπον ποιεῖ τὸν ὑπὸ πολλῶν *ἀπόβλητον ὡς αὐτοῖς ἀπρόσβατον* λόγον. Requiritur enim oppositio. Ὁ πολύτροπος loquitur τὸ ἑκάστῳ οἰκεῖον, τὸ ἑκάστῳ πρόσφορον. Igitur ὁ μονότροπος id quod ἀνοίκειον, ἀνάρμοστον, οὐ πρόσφορον ἑκάστῳ est, quod variandae orationis causa expressisse auctorem puto per exquisitius ἀπρόσβατον, eo sensu, quo Thucydides de se ipse profitens inducitur: εἰμὶ γὰρ οὐ πάντεσσι βατός. Erroris causa etiam hic fuit, quam supra notavi, ἡ παρήχησις, quae bis inferendo ἀπόβλητον, cum semel oporteret, aliud vocabulum sono affine extrusit. Quis sit ἀπόβλητος λόγος et per se patet et v. c. ex Apollonio Dyscolo (περὶ ἐπιρρημάτων in Bekk. Anecd. p. 554), et sic tandem philosophorum nostrorum sententiae, licet nihil conferat ad veram vocabuli Homerici πολύτροπος significationem aut aperiendam aut stabiliendam, suus sensus constabit.

α, 8. Ex intricata ἀπορίᾳ et λύσει pervenimus ad aliam, et ipsam Porphyrii sine dubio, atque si fieri potest etiam intricatiorem molestaeque loquacitatis plenissimam, mendis insuper omne genus scatentem. Editum est Scholion longiusculum ex duobus codicibus, emendatius sed contractius ex D (Parisino 2403),

plenius ex optimo Harleiano (H), verum hic „vitiis et lacunis multis" deformato, ex quo cum „plurima in hoc scholio non recte legisset Cramerus," — monente Dindorfio Praef. p. xiv et xxviij — haec partim ipsius Harleiani ope, partim ex Parisino D integriora exhibere studuit editor. Nihil itaque mirandum, si etiam post summi viri curas tot vulnera relicta sint, quorum partem ipse nunc curare conabor, caetera alii acutiores sanabunt. Sed videamus singula. Διὰ τί, inquit, μιᾶς ὑφ' Ἡλίου νεὼς ἀπολωλυίας, ἕνδεκα δὲ παρὰ Λαιστρυγόσιν, ὁ ποιητὴς ἔφη· „οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος Ἠελίοιο || ἤσθιον, αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ," ὡς δὴ πάντων ὑφ' Ἡλίου ἀπολωλότων; Respondetur: Φαμὲν οὖν ὅτι ἑταῖροι ἦσαν μὲν πάντες οἱ ἐπανιόντες ἐξ Ἰλίου μετὰ Ὀδυσσέως, ἰδίως δὲ οἱ συμπλέοντες αὐτῷ ἐν τῇ αὐτῇ νηΐ· καὶ ἡ μὲν σπουδὴ ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας, δυνατὴ δὲ μᾶλλον ἡ τῶν ἐν τῇ αὐτῇ νηΐ συμπλεόντων. καὶ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν „κοινὴ ναῦς κοινὴ σωτηρία" κτλ. At non id quaeritur, quinam ex sociis facillime servari potuerint, sed in quibusnam servandis plurimum studii ponere potuerit Ulixes. Itaque ultimis inserendam censeo praepositionem, ut sit: δυνατὴ δὲ μᾶλλον ἡ (ὑπὲρ) τῶν ἐν τῇ αὐτῇ νηΐ συμπλεόντων. Fidem faciant, quae paucis sententiis interiectis mox in eundem sensum sequuntur: — — τὸν Ὀδυσσέα σαφῶς φάναι ὅτι ὑπὲρ τούτων μάλιστα ἐσπούδασεν, ὑπὲρ τῶν μὴ ἔξωθεν αἰτίας ἀπολεσθέντων, ἀλλὰ τῶν σωθέντων ἄν, εἰ μὴ ἄφρονες ἦσαν καὶ παραίτιοι αὐτοῖς τοῦ θανάτου (l. 24—27), ex quo itidem loco mendum tollendum est scribendo: ὑπὲρ τῶν μὴ ἔξωθεν αἰτίᾳ ἀπολεσθέντων. Nam ἡ ἔξωθεν αἰτία Graecum est, — quemadmodum ὁ ἔξωθεν θάνατος (p. 14 l. 10), διὰ τύχην ἔξωθέν τινα (l. 4), τὰ ἔξωθεν (l. 23) — ἔξωθεν αἰτίας non est. Recte scriptum habemus τὰ μὲν παρὰ τύχην καὶ τὴν ἔξωθεν αἰτίαν pagina sequenti l. 8. Sed ut ad eum locum revertar, cuius causa haec attulimus, — in eundem prorsus sensum etiam dicuntur ea, quae Porphyrius amplificandi causa statim subiungit. τὸ γοῦν

πολλὰ δ' ὅ γ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν,
ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων,

ἰδίως τῶν ἐν τῇ Ὀδυσσέως νηΐ δηλοῖ, ὧν καὶ μάλιστα ὡς ἂν σὺν αὐτῷ ὄντων τῆς σωτηρίας φροντίζειν ἐδύνατο, ἐπεὶ τοῦ

μόνον εἰς οἶκον ἀνακομισθῆναι τὸν Ὀδυσσέα αἴτιος γέγονεν ὁ Ἥλιος, τοὺς περιλειπομένους ἀποκτείνας. Sed etiam ex his verbis foedissima macula est eluenda, quae totum argumentandi tenorem ita pervertit, ut scriptor plane ineptire videatur. Quid enim? Ideone potuit Ulixes servandis iis, qui in ipsius nave erant, maxime operam dare, *quoniam* Sol causa fuit cur solus in patriam reverteretur? Est haec mirifica sane conclusio. Qua liberabimur interpunctione melius constituta et duabus literulis repetitis. Scribendum est: -- τῆς σωτηρίας φροντίζειν ἐδύνατο. ἔπειτα τοῦ μόνον εἰς οἶκον ἀνακομισθῆναι τὸν Ὀδυσσέα αἴτιος γέγονεν ὁ Ἥλιος κτλ., et notandum, *tres* causas adducere Porphyrium, cur Homerus eos κατ' ἐξοχὴν commemoret Ulixis ἑταίρους, qui ob facinus contra Solis boves commissum miserrimo naufragio perierunt, de reliquorum interitu nunc sileat. Porro et hoc notandum, transitum ex alia ad aliam fieri per particulam ἔπειτα, quae l. 20 recte scripta est, nostro quoque loco, ut feci, restituendam. Harum autem causarum prima est, quod eos socios maxime respicere solemus, qui nobis proximi sunt; altera, quod his quoque sociis amissis, Ulixis infortuniis quasi cumulus accessit; tertia, quod eorum mors nobis maxime deploranda videtur, qui servari potuerant, nisi ipsi stultitia sua in calamitates irruissent. Primam causam emendatam dedimus. Secundam quomodo intelligat Porphyrius, exemplo illustrat. Ὥσπερ οὖν ἄν τις λέγοι (ita, — quod Dindorfius dubitanter tantum proposuit in adnotatione, — omnino legendum est pro: εἴ τις λέγει) [1]) τοῦ τοὺς Τρῶας ἀπολέσθαι αἴτιον Ὀδυσσέα γενέσθαι τὰ περὶ τὸν ἵππον μηχανησάμενον, καίτοι τῶν πλείστων προαπολωλότων ὑπὸ Ἀχιλλέως, Νεοπτολέμου, Αἴαντος καὶ τῶν λοιπῶν ἀριστέων — — — οὕτως κἀνταῦθα αἰτίου τοῦ μόνον ὑποστρέψαι τὸν Ὀδυσσέα γεγονότος Ἡλίου δικαίως εἶπεν „αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ." **** ἔπειτα οὐ πάντων κτλ. Tota autem haec altera causa (a v.v. ὧν κ. μάλιστα l. 11 ad v.v. νόστιμον ἦμαρ l. 20) abest a Parisino D. In Harleiano, quem igitur solum ducem habemus, ante ἔπειτα „lacuna est tot literarum capax", quot sunt in uno circiter versu editionis

1) Est hic usitatus etiam apud Atticos harum particularum ordo. Cfr. L. Dindorf. ad Xenoph. Memorab. I, II § 8.

Dindorfianae. Atqui ad sententiam nihil deesse videtur. Finit est secundae causae expositio, incipit tertiae. Dicam, qui excidisse suspicer. Solet Porphyrius, — quod in sequentibu pluribus exemplis demonstratum dabo, — quae modo prolix explicuerat, eorum brevem quasi summam verbis aut nihi aut parum immutatis proponere, antequam ad novam disputa tionis suae partem transeat. Notavimus haec obiter in exit primae partis, in verbis τὸ γοῦν - - - φροντίζειν ἐδύνατο (l. 8—12), et sic luculentius etiam apparet, verum esse quod supr dixi, his verbis et periodum et primam partem finiri. Prolixio etiam est recapitulatio tertiae partis, p. 14 l. 15—27, inde verbis: ἀκουστέον οὖν τὸ „πολλὰ δ' ὅ γ' ἐν κτλ. usque ad: ἐ τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων, qua tamen nihil novi continetur, u locum relegenti facile patebit. Eadem igitur nostro loco us veniebant. Sed haec casu quodam perierunt, levi sane detri mento, nam, ut monui, sententiarum nexus salvus est.

Iam tertiam causam respiciamus. Ἔπειτα οὐ πάντων δι' ἀβου λίας (ἀβουλίαν D, fortasse melius) ἀπολωλότων, ἀλλὰ τῶν μὲ διὰ δυστυχίας, ὥσπερ οἱ εἰς τοὺς Κίκονας ἐμπεσόντες, ἢ εἰς τὸ Κύκλωπα, ἢ εἰς τοὺς Λαιστρυγόνας, ἢ εἰς τὴν Σκύλλαν, τῶν δ δι' ἀβουλίαν, ὥσπερ μόνοι εὑρίσκονται οἱ εἰς τὸν Ἥλιον ἀκουσίω ἀσεβεῖν ἑλόμενοι, τὸν Ὀδυσσέα σαφῶς φάναι ὅτι ὑπὲρ τούτω μάλιστα ἐσπούδασεν, ὑπὲρ τῶν μὴ ἔξωθεν αἰτίᾳ ἀπολεσθέντων ἀλλὰ τῶν σωθέντων ἄν, εἰ μὴ ἄφρονες ἦσαν καὶ παραίτιοι αὐτοῖς το θανάτου. Ultima iam tetigi nec nunc citarem, nisi monendun videretur, omnia a vv. τὸν Ὀδυσσέα σαφῶς φάναι usque ad period finem deësse in D, licet his remotis sententia exitum non in veniat apodosi sua truncata, unde facilis est coniectura, cuius modi tandem vel illi Codices sint, quibus optimis in his reliquii constituendis utimur. In priore sententiae parte non intelligo ὥσπερ μόνοι εὑρίσκονται οἱ εἰς τὸν Ἥλιον ἀκουσίως ἀσεβεῖ ἑλόμενοι. Intelligerem: ὅπερ μόνοι εὑρίσκονται οἱ εἰς τὸν Ἥλιο ἑκουσίως ἀσεβεῖν ἑλόμενοι, nam nemo, opinor, infitiabitur e Porphyrii certe mente facinus comitum Ulixis in Solis bove esse τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων. Pergit, ut in secund parte, sententia comparationis forma per ὡς — οὕτως enunciata ὡς γὰρ ἑαυτὸν σώζει ἐκ παντὸς τοῦ παρ' ἑαυτὸν ῥυόμενο θανάτου, οὕτως καὶ τοὺς ἑταίρους ἐκ τοῦ παρ' ἑαυτὸν δυνατ

μόνος σοφὸς ῥύεσθαι θανάτου, εἰ τὸ παρ' ἑαυτοὺς αἴτιον μὴ πρόφασιν ἐνδοῦναι πείσειεν. Etiam haec quincuplici vitio liberanda sunt. Ac primum delendum est [ῥυόμενος], quod et arctissime coniungenda divellit et plane supervacuum est. Ῥύεσθαι et σώζειν vel ἐλευθεροῦν prorsus idem significant, estque illud vetus et poëticum, hoc omnibus in ore, ut nemo nescit. Porphyrius, qui insano nonnunquam orationis ornandae variandaeque studio flagrat, ea modo copulavit, ut in Pythagorae vita c. 6: φιλοσοφίαν δ' ἐφιλοσόφησεν ἧς ὁ σκοπὸς ῥύσασθαι καὶ διελευθερῶσαι τῶν τοιούτων εἱργμῶν τε καὶ συνδέσμων τὸν -- νοῦν, modo, ut nostro loco fecit, in altero sententiae membro alterum verbum posuit. Sed ἑαυτὸν σώζει ἔκ τινος ῥυόμενος θανάτου non multo sanius est quam si quis ἑαυτὸν σώζει ἔκ τινος σώζων θανάτου dixisset, quod vere balbutientis foret, non scribentis. Deinde emendemus censeo: ὡς γὰρ ἑαυτὸν σώζει ἐκ παντὸς (i. e. πάντως ut l. 33 et p. 14, l. 12) ΕΚ τοῦ παρ' ἑαυτὸν θανάτου, οὕτως καὶ τοὺς ἑταίρους ἐκ τοῦ παρ' ἑαυΤΟΥC δύναται μόνΟΣ σοφὸς ῥύεσθαι. [θανάτου], quamquam vitiosae scripturae in utroque Codice esse videntur. Requiri id quod reposui et sana ratio docet, et ea quae continuo sequuntur: ἀθανάτους δὲ οὔτε σοφία ποιῆσαι ἐπαγγέλλεται οὔθ' ὁ σοφὸς σώσειεν ἂν ἐκ παντὸς θανάτου, ἀλλ' ἐκ μόνου ἄρα τοῦ παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν ὑφισταμένου, εἰ πεισθεῖεν αὐτῷ οἱ συνόντες, quibus eadem sententia verbis paulo aliter conformatis inesse apparet. Itaque Ulixes quoque comites ex mortis periculo servare potuisset, in quod sua se culpa implicuerant, si eius consiliis dicto audientes esse voluissent. Sed noluerunt. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦ πεῖσαι ἐκ παντὸς κύριος ὁ σοφός. Hoc eum pupugit. Servari potuerant: mentis vecordia abrepti perierunt. πολλὰ (οὖν) ὁ μὲν ἔπαθεν ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων ἐν τοῖς παρ' ἑαυτῷ (immo: - τὸν) σωστικοῖς ἔργοις τῶν κινδύνων, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς μὴ παρ' ἡμᾶς ἀποβαινόντων. Cur οὖν inseruerim neminem latere potest. Nam quae universe de sapiente dicta erant, ea nunc ad Ulixem referuntur, cuius causa allata sunt. Sed eius inceptum frustra fuit. καὶ ὁμοίως ἐν τοῖς παρ' ἡμᾶς αὐτὸς μὲν ἔσωσεν ἀρετῇ πειθόμενος τοὺς συνηθέντας ἂν μὴ διὰ τύχην ἔξωθέν τινα καθ' εἱμαρμένην ἀποθανεῖν, ἐκ δὲ τῆς παρ' ἑαυτῶν αἰτίας, καίπερ πολλὰ προ-

θυμηθείς, οὐκ ἔσωσεν. Quid tandem vult? An comites ἔσωσεν? An οὐκ ἔσωσεν? Alterutrum tantum fieri potest, ne quaeram, qui quis servare aut non servare possit τοὺς δυνηθέντας -- ἀποθανεῖν. Sed omittamus plura quaerere. Etenim ex allatis verbis nemo aliquem probabilem sensum eliciet, donec ita constituentur: καὶ ὅμως ἐν τοῖς παρ' ἡμᾶς αὐτὸς μὲν ἐσώθη ἀρετῇ πειθόμενος, τοὺς (δὲ) δυνηθέντας ἂν (διὰ τὸ) μὴ διὰ τύχην ἔξωθέν τινα καθ' εἱμαρμένην ἀποθανεῖν, ἐκ δὲ τῆς παρ' ἑαυτοὺς αἰτίας, καίπερ πολλὰ προθυμηθείς, οὐκ ἔσωσεν. Ac sciendum est τοὺς δὲ δυνηθέντας esse in D (Dind. Praef. p. xxviij i. f.); reliqua uterque Codex aeque mendosa habere videtur, sed nunc, ut spero, sanata. Se ipsum servavit, inquit, reliquos servare non potuit. Namque „αὐτοὶ γὰρ σφετέρῃσιν (ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο." οὗτοι δ') ἦσαν (οἱ) εἰς τὸν Ἥλιον μόνοι ἀσεβήσαντες. Sic lacuna in H probabiliter expleri potest duce Dindorfio qui Homerica omissa in Praef. p. xxix iam supplevit, simul monens in contractiore Parisino (D) haec ultima quoque plane desiderari. Sed in hoc nostrum Scholion valeat aliquando Horatianum: „ohe, iam satis est!"

α, 44. Attamen ne nunc quidem nos dimittit Porphyrius. Ad Homericum: γλαυκῶπις Ἀθήνη longum adscriptum est in Harleiano Scholion, ad verbum fere conspirans cum maiore parte eorum, quae edita sunt in eius Quaestionibus Homericis c. IX quod caput totum repetivit Venetus B ad Iliad. N, 340. Textus Porphyrianus in plurimis integrior est et sincerior et Veneto et Harleiano, qui tamen in fine plenior esse videtur. Nam post verba: ἀφ' οὗ αἱ δεκτικαὶ τοῦ φωτὸς δαΐδες, quibus verbis disputatio concluditur et in Veneto et in editis, Harleianus haec addit: οὕτως ἐβουλόμην (ἂν add.?) τὰς Ὁμηρικὰς λέξεις καὶ τοὺς ἐξηγητὰς σκοπεῖσθαι, καὶ τοὺς τοῦτον τὸν τρόπον ἐξηγησαμένους ἀποδέχεσθαι, quae utrum Porphyrii sint sua an lectoris Porphyriana admirantis, equidem interim in medio relinquo, de scripturae vitiis nunc unice agens. Potior autem est lectio editionis Porphyrianae [1]) in his:

1) Utor editione Ζητημάτων Porphyrii, quae prodiit apud Aldum (Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri) MDXXI, media interposita inter Scholia quae olim perperam Didymi, nunc Vulgata audiunt ad Iliadem et Odysseam, apud eosdem edita anno MDXXVIII, cuius editionis et Buttmannus et Dindorfius ignari vel certe immemores fuerunt, ut post apparebit.

γλαυκιόωντες δὲ λέοντες καὶ Ἀθηνᾶ γλαυκῶπις ἀπὸ τοῦ γάλακτος, ὅ ἐστιν ἄσκιον καὶ διὰ τοῦτο λευκόν, (ὑπ') αὐτοῦ εἴρηται· μέλαινα γὰρ ἡ σκιά· οἷον, „σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί" (β. 388.) ἤτοι (τουτέστι Ven.) ἡλίου δύνοντος συνεσκοτοῦντο. ὀξὺ δὲ τὸ λευκόν, ὡς τὸ μέλαν ἀμβλύ· ἡ οὖν ὀξὺ ὁρῶσα γλαυκῶπις, in quibus οἱ λέοντες et ἡ Ἀθηνᾶ Harleianus fortasse rectius, quemadmodum recte praebet ὑπ' αὐτοῦ εἴρηται, ubi praepositio abesse nequit, in reliquis mendosus. Nam neque διὰ τοῦτο [τὸ] λευκόν probari potest, neque σκιόωντο δέ, neque ὀξὺ δὲ τὸ λευκόν, καὶ τὸ μέλαν ἀμβλύ, neque ἡ ὀξ. ὁρ. [Φρόνησις] γλαυκῶπις, in quibus omnibus Porphyriana editio verum praebet, cum praeterea οἷον post ἡ σκιά et ἤτοι ἡλίου δύνοντος συνεσκοτοῦντο, ab Harleiano plane absint. (p. 19 l. 12—15). Iterum in his (ibid. l. 21—23.): καὶ ζοφουμένη θάλασσα „μελάνει δέ τε πόντος" (Η, 64) λέγεται. ἀτάραχος γὰρ οὖσα καὶ διειδὴς „λευκὴ δ' ἦν ἀμφὶ γαλήνη," (κ, 94.) quocum consentit Ven., multum praetulerim quae in vetere editione leguntur: καὶ ζοφουμένης μὲν τῆς θαλάσσης „μελάνει δέ τε πόντος" λέγει, ἀταράχου δὲ οὔσης καὶ διειδοῦς „λευκὴ κτλ., et in iis, quae proxime antecedunt, (ἱμάτια) στιλπνὰ διὰ καθαρότητα, quemadmodum apud Porphyrium est, melius intelligam quam διὰ καθαρότητος Harleiani, ubi tamen compendium ab editoribus male expletum esse potius suspicor. Paulo aliter se res habet in iis, quae prope finem disputationis leguntur, nam et in Harleiano et in Porphyrii editione et in Veneto B mendosa sunt, etsi in his quoque vetus editio veritati propior est. Καὶ οὐχ οἱ φιλόσοφοι πρῶτοι τὸ λευκὸν ἀφωρίσαντο τὸ διακριτικὸν ὄψεως, ἀλλὰ πρὸ αὐτῶν Ὅμηρος μαρμαίρειν λέγων τὸ λάμπειν, ὅ ἐστι μερίζειν καὶ διαιρεῖν, ἀφ' οὗ τὸ διακρίνειν· ὅθεν τὸ μὴ μερίζον, ἀλλὰ σκοτεινόν, ἀμαυρόν. καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ μερίζειν καὶ διακρίνειν καὶ διαιρεῖν κέκληται τὸ σκοτεινόν, μαρμαίρειν δὲ δηλοῖ τὸ φῶς δάος καλέσας „δάος μετὰ χερσὶν ἔχουσα" (l. -αι), ἀφ' οὗ αἱ δεκτικαὶ τοῦ φωτὸς δαΐδες. Ita Harleianus — nisi quod insuper οὐχὶ habet pro οὐχ οἱ, ἠφορίσαντο pro ἀφωρίσαντο, et πρὸ αὐτῶν Ὅμηρος -- μερίζειν in lacuna omittit, — absurda omnia, ut nihil magis. Nam, ne tangam, in ultimis eam philosophi mentem non esse, quod in μαρμαίρειν insit significatio *tenebras* dividendi vel discernendi, sed res visui subiectas, in

quo quis tricari possit, ut in re abstrusa et intricatiore, hoc certe unusquisque mihi dabit, et ὅτι ἀπὸ τ. μερίζειν καὶ διακρίνειν καὶ διαιρεῖν κέκληται τὸ σκοτεινόν, non habere cui referatur, et similiter: μαρμαίρειν δὲ δηλοῖ τὸ φῶς δάος καλέσας nec caelum, ut aiunt, tangere nec terram. Paulo melius est in vetere editione: καὶ ὅτι παρὰ τὸ μερίζειν καὶ διακρίνειν καὶ διαιρεῖν κέκληκε τὸ φωτίζειν, μαρμαίρειν δὲ δηλοῖ τὸ φῶς δάος καλέσας, unde discimus et κέκληκε per compendium scriptum male lectum esse κέκληται aut ab Harleiani scriba aut ab eius editoribus, et alienum hic σκοτεινόν ex superiore versu male huc illatum esse pro necessario φωτίζειν, fortasse ob evanidam archetypi scripturam, fortasse ad veterem lacunam utcunque explendam [1]). At vel sic gravissimae molestiae restant ita tollendae: καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ μερίζειν καὶ διακρίνειν καὶ διαιρεῖν κέκληκε τὸ φωτίζειν μαρμαίρειν, δηλοῖ τὸ φῶς δάος καλέσας, lenissima sane medicina, quam totam comprobat Venetus B. Nam et interpunctionem tantum mutatam oportuit, et quemadmodum supra in scholio ad vs. 8 particula δέ inserenda erat oscitanter ante δυνηθέντας omissa, ita nostro loco contra expungendum fuit δέ ante δηλοῖ non minus praepostere insertum. Nempe hoc vult. Τὸ φωτίζειν Homerus dicit μαρμαίρειν, quemadmodum τὸ φῶς expressit interdum per δάος, quoniam utrique vocabulo discernendi significatio inest, quam lucis et lucendi propriam et quasi primigeniam iam sibi esse, — ut postea philosophi docuerunt —, ita declarat. Scilicet μαρμαίρειν et Porphyrius et plures alii grammatici, quandam soni affinitatem secuti, cum μέρος et μερίζειν iungebant, et sic δάος eiusdem originis ac potestatis atque δαΐζω, δαίομαι esse et credebant et docebant. Hinc quoque remedium quaero eorum, quae paulo supra (l. 24) leguntur, ubi in omnibus lacuna certa est, spes lacunae explendae incertior. Verba dico: - - μαρμαίρειν λέγων τὸ λάμπειν, ὅ ἐστι μερίζειν καὶ διαιρεῖν, ἀφ' οὗ τὸ διακρίνειν. Nam quid hoc monstri est: διαιρεῖν unde ductum est τὸ διακρίνειν? Aut, verbis aliter coniunctis, μαρμαίρειν - - ἀφ' οὗ τὸ διακρίνειν? Immo vero ἀφ'· οὗ verbum Homericum requiri

---

1) In Veneto B indicante Dindorfio est φω̃ (superscr. τν), unde vitii origo fortasse explicationem accipit.

ostendit a *μαρμαίρειν* ductum vel cum eo cognatum, ut paulo post: -- *δάος*, -- *ἀφ' οὗ αἱ δεκτικαὶ τοῦ φωτὸς δαΐδες*. Fuitne: -- *καὶ διαιρεῖν, ἀφ' οὗ (μέρδειν) τὸ διακρίνειν*? Nusquam comparere *μέρδειν*, sed esse de nihilo fictum ad explicandum *ἀμέρδειν*, quod *τὸ στερητικὸν ἄλφα* habere videbatur, non impedit quominus Porphyrium hic eo usum esse censeamus. Prorsus eodem verbo initio huius capitis usus est, simul cum verbo nihil meliore *μαίρειν*, unde *μαρμαίρειν* repeteret, ibique *μαρμαίρω, ἀμέρδω, ἀμαυρός* non absimili ratione copulavit. Exscribam totum hunc quoque locum, hic illic paulo emendatiorem: *φωτὸς γὰρ* — inquit — *ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὄντος συμμέτρου, δι' οὗ ὁρῶμεν τὰ πεφωτισμένα, τὴν τυφλότητα ὁτὲ μέν φησιν „ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν," ἀφῃρῆσθαι τὸ λεύσσειν παριστάς, ὁτὲ δὲ „ὀφθαλμοῦ ἄμερσε," τὸ τοῦ μαίρειν ἐστερῆσθαι* (sic Venetus B, *ἐστερημένον* caett.) *λέγων*. [*σκοτεινόν*.] *καὶ τὸ τοῦ μαίρειν ἐστερημένον* [1]) *εἴδωλον ἀμαυρὸν ἔφη. φωτὸς γὰρ παρουσία* (immo *παρουσίᾳ*) *καὶ ὀφθαλμὸς ἐρῶν τὰ ὁρώμενα φαίνεται. διττῆς οὖν ὀφθαλμῶν οὔσης καὶ κατὰ Πλάτωνα ἐπιταράξεως, — ἢ γὰρ διὰ σκότος ἢ δι' ὑπερβολὴν τοῦ συμμέτρου φωτός, — τὸ μὲν* (*τὸ* add.) *διὰ σκότος μὴ μαίρειν ἢ μαρμαίρειν, ἀμέρδειν εἶπε καὶ ἀμαυρόν, τὸ δὲ* (*τὸ*) *διὰ στιλβηδόνα,* [2]) (*ὡς* inser.) *ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ „ὄσσε δ' ἄμερσεν* (*ἄμερδεν* nunc Homeri edd.) *αὐγὴ χαλκείη" κτλ.* (utrumque enim per *ἀμέρδειν* expressisse dicitur Homerus.) --- *εἰ δὲ τὸ μέρδειν* [*τὸ*] *μαίρειν ἐστὶ, καὶ τὸ μὴ μέρδειν ποιοῦν ἀμέρδειν, τὸ ἄγαν μέρδειν σμερδαλέον ἂν εἴη, τῆς ζα ἐγκειμένης ὡς ἐν τῷ* (*τὸ* Ven.) *ζαχρηεῖς. ὅταν οὖν ἐπὶ τοῦ δράκοντος λέγῃ κτλ.*, ubi Scholion nostrum Harleianum incipit. Nec aliter auctor Epimerismorum Homericorum, in Crameri Anecdd. Oxonienss. Vol. I p. 81, ubi est: *Ἀμέρδω --- παρὰ τὸ μείρω, τὸ σημαῖνον τὸ μερίζω, --- καὶ ὡς σκαίρω, σκαρίζω, εἴρω ἐρίζω, οὕτως μείρω μερίζω. τοῦτο συγκοπτόμενον γίνεται μέρδω,*

---

1) Hic praeferenda est lectio Veneti: *ἀφῃρημένον* ob notum Porphyrii variandae orationis studium.

2) Ne quae de Veneto B et supra dixi et saepius in sequentibus repetam nimis inclementer dixisse videar, subiungam quomodo haec paulo difficiliora repraesentaverit vel corruperit potius: *τὸ μὲν διὰ σκότος καὶ τὸ μήτε μαίρειν μήτε μαρμαίρειν ἀμέρθη εἶπε καὶ ἀμαυρόν, τὸ δὲ διὰ στιλβηδόνα ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ κτλ.*, quae qui intelligat erit mihi „magnus Apollo."

τοῦ ζ διὰ (τὴν ins.) τοῦ ῥῶ συμπλοκὴν εἰς τὸ δ μεταπεσόντος μέρδω οὖν, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἀμέρδω κτλ., quae iisden prope verbis transierunt in Etymologicum Magnum, hinc initi eius paragraphi emendandum. Hoc enim ita: Ἀμέρδω: —· ἐστέρισκεν, ἠμαύρου. κυρίως τὸ μέρους στερῶ· καταχρηστικῶς δ καὶ ἐπὶ τοῦ στεροῦμαι. οἷον „ὁππότε δὲ (δὴ) τὸν ὁμοῖον ἀνὴ ἐθέλησεν (ἐθέλῃσιν recte nunc in textt.) ἀμέρσαι." κτλ. (Π, 53) Immo vero: καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ στερῶ μόνον· οἷο κτλ., ut in Epimerismis est. [1]) In Etym. Gudiano eiusden rei exiles tantum laciniae sunt, sic optime editae: Ἀμέλδειν παρὰ τὸ μερίδας τινὸς ἀφαιρεῖσθαι, idque inter ἀμενηνὸς e ἀμερές! (p. 44 ed. Sturz.) Apparet rescribendum esse: Ἀμέρ δειν: παρὰ τὸ (μερίζειν, οἷον) μερίδα τινὸς ἀφαιρεῖσθαι Sed ad rem ut redeam, nunc tandem lacunam quam indicav non nimis audacter sarsisse videbor scribendo, ut dixi: —· μαρμαίρειν λέγων τὸ λάμπειν, ὅ ἐστι μερίζειν καὶ διαιρεῖν, ἀφ οὗ (μέρδειν) τὸ διακρίνειν· ὅθεν τὸ μὴ μερίζον ἀλλὰ σκοτεινόν ἀμαυρόν. Esse haec omnia etymologiae philosophantis scilice deliramenta, — τεχνικὰ μὲν πάνυ, οὐδὲν δὲ χρήσιμα, ut Arist de dialecticorum argutiis iudicavit, — vix opus est ut moneam

α, 48. Leve vitium eximendum est ex iis, quae ad ἀμφ Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι observantur in Scholiis Vulgatis quae dicuntu in hunc modum: Δαΐφρονι: πολεμόφρονι. δαῒς γὰρ ἡ μάχη. ὅτα δὲ ἐπὶ τῆς Πηνελόπης λέγῃ, (spectant haec: κουριδίης ἀλόχοι δαΐφρονος, Od. ο, 356) δεδαηκυίᾳ κατὰ φρένας, τουτέστι μεμα θηκυίᾳ, ἐξ οὗ τὴν συνετὴν καὶ σώφρονα βούλεται δηλοῦν. Legen dum: δι' οὗ τὴν συνετὴν κ. σώφρονα βούλεται δηλοῦν, confusi notissimo errore δι' et ἐξ, quamquam etiam Bodleianus libe (O) non minus quam Aldina editio ἐξ habere videtur. Dindoı fius certe nihil ex eo enotavit. Monendum praeterea est, ma nasse haec ex Epimerismis Homericis (in Cramer. Anecdd Oxonn. Vol. I p. 115 et 116), qui sub hac voce et haec e alia bene multa insuper praebent. Hi igitur ita: -- ἐπὶ δ τοῦ „κουριδίης ἀλόχοιο δαΐφρονος" οὐ σημαίνει τὴν πολεμικήν, ἀλλ

---

1) Ubi tamen prave: καὶ καταχρηστικῶς δὲ τὸ στερῶ μόνον pro καταχρ. δ καὶ τὸ στερῶ μόνον. Sic haec omnia ἔλκεσι βρύει.

τὴν σώφρονα καὶ συνετήν. Locus Epimerismorum de more transiit in Etymologica, quorum Gudianum omnia accuratissime descripsit, auctor Etymologici Magni paulo brevius. Obiter tangitur eadem res in Scholiis ad Iliad. B, 23 ex Codd. BL. Similiter i. a. δ, 659 non scribendum est: τοὺς μνηστῆρας δὲ οἱ δύο ἀρχηγοὶ --- κατέπαυσαν τῶν ἀγώνων ἐξ ὧν ἐτέρποντο (B), sed δι' ὧν. Hoc enim paulo exquisitius dictum est pro οἷς ἐτέρποντο, illud non est.

α, 69. Neptunus Ulixi

Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν.

Ad haec ex HM Scholion est huiusmodi: οὐκ ἦν δὲ μονόφθαλμος ὁ Κύκλωψ καθ' Ὅμηρον ὡς καθ' Ἡσίοδον. Φησὶ γοῦν „πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας („adde εὗσεν ἀϋτμή." Dind.) (ι, 389), οὐχ ὡς Θεόκριτος· „οὕνεκά μοι πλατεῖα (immo λασία) μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ." μονόφθαλμος οὖν ἦν καθ' Ὅμηρον, τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ ὀφθαλμοῦ προτυφλωθέντος. Fuit qui ita iudicaret Aristarchus, criticorum acerrimus, cui haec vindicavit Cobetus V. Cl. Ne autem Aristarchus ineptiat, idque aliena culpa, — etenim in fine monente Dindorfio „μονόφθαλμος obliteratum in H," — emendandum est ἑτερόφθαλμος οὖν ἦν καθ' Ὅμηρον, quod occupavit reponere Cobetus. Nec ego hunc huius Scholii mentionem iniecissem, nisi et de eo alia quaedam essent monenda et ab eo iam emendato aliorum scholiorum emendationes repetendae. Ac primum non rectum mihi videtur quod in fronte legitur: οὐκ ἦν δὲ μονόφθαλμος ὁ Κύκλωψ καθ' Ὅμηρον, pro quo requiro solennem concludendi particulam: οὐκ ἦν ἄρα μονόφθαλμος, confusis modo non minus solenni δέ, γὰρ, ἄρα. (Cfr. i. a. Bast. Comm. Palaeogr. p. 713.) Sic, — ut rei pervulgatissimae exempla afferam, — in νεκυίας parte altera notatur inter Aristarchi atheteses ad vs. 570: οὐκ ἄρα ὑπεξῆλθεν ὁ Μίνως, ἵνα συνοφθῇ. ἄλογον γὰρ τὸ καὶ σὺν δικαζομένοις καὶ αὐτῷ δίφρῳ ἐξελθεῖν. In quo loco, ex Codd. HQT edito, Harleianus noster (H) simul cum Hamburgensi (T) λόγον γὰρ praebent pro ἄλογον γὰρ, bellissime, ut apparet. [1]) Idem

1) „Quippe hoc agit criticus —— ut demonstret personas quas hic recenseat omnes videre non potuisse Ulyssem, ut qui a fovea sanguine repleta non recesserit." Buttm.

ἄλογον — quod obiter moneo — aliud infortunium passum est in eodem Harleiano in iis quae statim sequuntur: εἴροντο: ἀντὶ τοῦ ἔλεγον· ὅθεν καὶ ἱρὰ ἡ ἐκκλησία. ἄλογα· καθήμενος γὰρ οὐδεὶς δικάζεται, quae verba apud editorem ἀλόγως πάνυ omnia referuntur ad vs. 570: ἥμενον· οἳ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα, cum luce clarius sit, priora tantum: εἴροντο -- ἡ ἐκκλησία ad hunc versum pertinere, caetera ad sequentem

ἥμενοι ἑσταότες τε, κατ' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ, (vs. 571)

aptius referri ita scripta: ἄλογον· καθήμενος γὰρ οὐδεὶς δικάζεται. Est tamen Harleianus ad hunc usque diem longe optimus ex iis codicibus, unde vetera Scholia ad Odysseam nobis innotuerunt, unde coniecturam facere possumus de deteriorum conditione. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Iterum particulam ἄρα offendimus in scholio ad suavissimam partem, ubi Ulixes narrat quomodo in Circen stricto gladio irruerit ei quasi mortem minitans. ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ὑπέδραμε καὶ λάβε γούνων. (κ, vs. 323). Ibi λυτικοὺς mirari, parum memores eorum quae in Iliade legerant. διὰ τί δὲ ἐφοβήθη ἡ Κίρκη τὸ ξίφος τοῦ Ὀδυσσέως θεὰ οὖσα; Respondetur varie. Φαμὲν ὅτι τοὺς πολὺν χρόνον ζῶντας δαίμονας, θανάτῳ δὲ ὅμως καθυποβαλλομένους, θεοὺς εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ ποιητής. ἡ φυσικῶς φοβεῖται τὸ ξίφος ἡ Κίρκη, ὡς καὶ ἄλλας τινὰς ὕλας τινὲς τῶν δαιμόνων, κτλ. (ex HQT), quae Porphyrium sapiunt. [1]) Brevius T: θνητὴ ἄρα οὐ πάντως, ἀλλὰ τὴν τρῶσιν φοβεῖται, quae sic edita plane contrarium dicunt eorum, quae auctor voluit. Quid enim? Circe dea vocatur. Attamen Ulixis ensem reformidat. Potuitne itaque sic dici: non igitur tota mortalis est, sed vulnerari metuit? Immo vero: non igitur tota *immortalis* est, et ἀθάνατος ἄρα οὐ πάντως potius expectaremus. Sed res salva est, commate posito inter ἄρα et οὐ omnia bene habebunt: θνητὴ ἄρα, οὐ πάντως, ἀλλὰ τὴν τρῶσιν φοβεῖται. Igitur mortalis est, inquit, non quidem tota, at in eo tamen quod laedi reformidat, quae est, ut vidimus, Porphyrii sententia. Quod in ea quaestione respondere simplicissimum foret, deos Home-

---

1) Cohaerent enim cum iis quae leguntur ad vs. 239, 240 et infra 329, ut suo loco ostendetur.

ricos interfici non posse, vulnerari posse, id philosophi respuunt, eo ipso quod simplex est.' Sed monuerunt grammatici, quorum unus ad eundem versum: orat Circe *δεδοικυῖα τὴν πληγὴν, οὐ τὸν θάνατον*, [1]) (T) ut rectissime correxit Cobetus. Quoniam huc delapsus sum, dabo et alium locum unde magis etiam appareat, quantopere nos signis diacriticis adsuetos interpunctio prave posita fallere et impedire possit. Est locus nobilissimus *α*, 215, ubi Telemachus Mentae:

μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω,

cuius Scholion Porphyrianum iam in Observatt. p. 61 triplici vitio liberavi. Nempe ita ratiocinatur. Si *nemo* eorum, qui nati sunt, patrem cognoscere potest, — *οὐ γάρ πώ τις* -- *ἀνέγνω* — unde tandem liberi scire possent, quis ipsorum pater sit? Itaque quae Telemachus dicit, de ipso valere possunt, quippe qui, cum pater peregre proficisceretur, plane infans fuerit, de omnibus in universum valere non possunt. *ἔδει γὰρ φάναι, ἐγὼ γὰρ οὐκ εἶδον τὸν γεγεννηκότα, ἀλλὰ μὴ καθόλου ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν ὡς μηδενὸς εἰδότος τὸν αὐτοῦ πατέρα.* Haec est difficultas, quam videamus quomodo expediverit Seleucus

1) Similiter BQ ad vs. 296: *φοβηθεῖσα ὡς τρωθησομένη, οὐχ ὡς ἀποθανουμένη*, et Vulgata ad eundem versum 323: *διὰ τὸ φοβεῖσθαι τρωθῆναι, οὐκ ἀποθανεῖν*, quae omnia ex eodem fonte fluxisse apparet. Cobeti correctio legitur Mnemos. Nov. Ser. I. p. 12. — Occasione data hoc addo. Quod aliter evenire non poterat in eodem investigationum genere occupatis, saepiuscule mihi accidisse comperi, nempe ut quas correctiones invenisse mihi videbar, eas iam a Cobeto, V. Cl. occupatas deprehenderem et publici iuris factas in Mnemos. Nov. Ser. I p. 1—51; III p. 104—112; III p. 113—119; IV p. 231—232. Quod ut cognovi sedulo expunxi mea, non potui autem in iis quae in Mnemosynes Novae Vol. VII p. 424—445 accesserunt, magna iam huius opusculi parte in chartas nitidas transscripta. In his igitur ubi cum meis *συνέμπτωσιν* deprehendam, diligenter adnotabo. Idem feci in Germanorum inventis, qui permulti his temporibus huic literarum Graecarum parti operam suam navaverunt, anxie intentus, ut suum cuique a me tribueretur. Ubi tamen quae ipse proposui iam ab aliis praerepta sunt nec a me commemorata, ignorantiae, non culpae, hoc tribuant aequi lectores, nec recuso quominus ab iis priori inventori inventionis suae laus, — si qua laus est, — iure meritoque habeatur. Etenim tantus, ut modo dicebam, proximis annis de his rebus provenit numerus scriptionum omne genus, programmatum quae dicuntur, dissertationum Academicarum, disputationum variis horreorum generibus insertarum, ut neque haec omnia mihi comparare mearum opum sit, neque perlegere mei temporis

nescio quis. *ὀρθῶς οὖν ὁ Σέλευκος εἴρηκεν ὅτι δεῖ προσλαβεῖν* [1] *τό, εἰ μὴ μήτηρ φαίη τοῦ ἔμμεναι. καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐτεθνήκει ἅμα τῷ γενέσθαι τὸν παῖδα, ἡ μήτηρ διδάσκει τοῦ πατρὸς τοὔνομα· κἂν περιῇ καὶ παρῇ ἡ μήτηρ, δεικνυσιν ὅτι τούτου ἐστὶ παῖς.* Non est indice ullo opus ut perspiciatur, quam absurda sint haec omnia. Si mater, inquit, supersit et adsit, puero ostendit quis eius pater sit existimandus. Si non supersit et non adsit, id profecto facere non potest. Verum quidem, sed quis hoc docendus est? Praeterea sermo hic non de matre esse debet, sed de *patre*. Ad hunc omnia referuntur artificiosissimis oppositionibus. Verbis *εἰ καὶ ἐτεθνήκει*, nempe *ὁ πατήρ*, opponitur *κἂν περιῇ καὶ παρῇ*, quorum non *ἡ μήτηρ*, sed *ὁ πατὴρ* itidem subiectum esse oportet. Patre mortuo ante natum filium, mater tantum *διδάσκει τοῦ πατρὸς τοὔνομα*,

---

1) Verissime Buttmannus pro *λαβεῖν* correxit *προσλαβεῖν*, idque a Dindorfio receptum oportebat. Quodsi ob codices noluit recipere, quidni retineat *ρυ* pro *δόρυ* ζ, 44), *ἄπαιδα* pro *ἄρρενα παῖδα* (η, 64), *δίχα λαγμοῦ* pro *δίχα διεσταγμοῦ* (ι, 335), *τοῦ λαίου* pro *τοῦ σπηλαίου* (μ, 84), quae (collecta a me iam in Observatt. p. 60, 61) non minus codicum auctoritate nituntur? Qui talia scribere non reformidarunt, eos in verbis nominibusque compositis praepositiones pro lubitu omisisse, etsi plerumque cum sententiae damno, non est quod miremur. Ex ingenti messe stipulas quasdam hic quoque colligam, ne quis semel tantum atque iterum hoc factum existimet. α, 298 pro *ἐξ ὁμοίων ἡ προτροπή* in E est *ἡ τροπή*. — α, 346 pro *λαμβάνεται ἐπὶ τοῦ κωλύειν* (ex Eustathio correctum) in unico Codice E est *ἐπὶ τοῦ λύειν*. — β, 51 pro *ὁ Τηλέμαχος κατασμικρύνει* in Q est *σμικρύνει*. — β 77 *ποτιπτυσσοίμεθα: — — δηλοῖ δὲ τὸ στερνιζοίμεθα*, receptam oportuerat Buttmanni correctionem *προστερνιζοίμεθα*, quod est in breviore Scholio ex B. — β 148 pro *οὐδὲ ὑποστιγμὴν ἀποτελεῖ ἀλλὰ στιγμήν* S habet *οὐδὲ στιγμὴν ἀποτ. ἀλλὰ στιγμήν*. — β, 320 in Scholio ex Porphyrii *Ζητημάτων* c. 1. excerpto contra pro: *τὸ ἐμὲ μὴ ἔχειν ἰδίαν ναῦν, ἀλλ' ἔμπορος πλεῖν* in V est *ἔμπορον ἀποπλεῖν*, hoc quidem male, sed vel hinc vel ex Porphyrii editione adsumendum erat *ἔμπορον*. — γ, 36 pro *παρέπεται γ. τ. ἀγαθοῖς τῶν νέων προλαμβάνειν τοὺς λοιποὺς ταῖς ἀγαθοεργίαις* in T est *ἕπεται*. — γ, 43 pro (*Τηλέμαχος*) *ἀόκνως διαλέγεται τῇ Ἀθηνᾷ* Q habet *λέγεται*. — γ, 68 pro *ὁ ἐν Γερήνοις ἀνατραφείς* in T *τραφείς*. — γ, 200 pro *ἐν συντόμοις ἡ προτροπή* (nomen scribis odiosum, ut videtur) in T *ἡ πρώτη*. — γ, 293 pro *ἢ κατὰ μεταπλασμὸν εἶπε* T *κατὰ πλασμόν*. — δ, 726 pro *ἀπολοφύρεται* T *ὀλοφύρεται*. — ε, 337 pro *οὐ μεταμεμόρφωται ἄρα εἰς αἴθυιαν* T *οὐ μεμόρφωται*. — ζ, 116 pro *δίνῃ: τῇ τῶν ὑδάτων συστροφῇ* in Q *στροφῇ*. — ζ, 173 pro *ἅμα* (Homerus) *τὸ ἔθος τῶν δυστυχούντων διαφυλάττει* Q *φυλάττει*. — η, 18 pro *δεῖ νοεῖν ὅτι ἑσπέρας εἰσῆλθεν ἡ Ναυσικάα* in T est *ἦλθεν*. — ν, 16 pro *εἰ — — — προοικονομεῖ τι ὁ ποιητής* in Q *οἰκονομεῖ*. Haec in praesentia sufficiant.

patre superstite, mater non solum διδάσκει τοὔνομα, sed ipsum patrem ostendit. Δείκνυσιν ὅτι τούτου ἐστὶ παῖς. Haec si vera sunt, — ut sunt sine dubio, — quidni corrigamus: κἂν περιῇ κ. π. ὁ πατήρ? Quoniam, ut significavi, etiam facilior est ratio rei restituendae. Interpungamus: καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐτεθνήκει ἅμα τῷ γενέσθαι τὸν παῖδα, ἡ μήτηρ διδάσκει τοῦ πατρὸς τοὔνομα· κἂν περιῇ καὶ παρῇ, ἡ μήτηρ δείκνυσιν ὅτι τούτου ἐστὶ παῖς, etiam sic concinnitati membrorum prospicientes. Nam in utraque bimembris periodi protasi ὁ πατὴρ subiectum est, neque ad ἐτεθνήκει neque ad περιῇ καὶ παρῇ expressum, utriusque apodosis subiectum est ἡ μήτηρ, contra bis adiectum: ἡ μήτηρ διδάσκει et ἡ μήτηρ δείκνυσιν. Sed missum faciemus et Seleucum et eius λύσιν, ubi unum addidero. In exitu eiusdem disputationis e contrario pater *matri* locum cedat necesse est. Porphyrius, Seleuci explicatione non contentus, (ἀλλὰ κ. οὕτως ζητοῦσι τίς ὁ νοῦς κτλ. immo: ζητοῦμεν), ἀνέγνω interpretatus est ὡς πρὸς τὴν ἀκοὴν ἐπίστευσε. Quodsi ita accipimus, pergit, ἔσται ὁ λόγος, ἡ μήτηρ μέν (necessario addendum μ') ἔφη ἐκείνου εἶναι, ἐγὼ δ' οὐκ οἶδα· οὐ γάρ τις δι' ἑαυτοῦ παρὰ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς τὴν πίστιν ἔσχεν. ἐνθάδε δεῖ πάλιν ἀκοῦσαι, εἰ μὴ παρὰ πατρὸς πύθοιτο καὶ σεβαστικῶς ἐκδέξαιτο τὸν λόγον. Buttmannus, acutissime ut semper, vidit scribendum esse et περὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς et εἰ μὴ παρὰ μητρὸς πύθοιτο. Prius Harleianus postea demum excussus probavit; secundum, quod idem codex non probare videtur, indigne spretum est, licet sit verissimum et sententiae unice aptum, ideo fortasse quod dubitanter tantum Buttmannus id proposuit, haec addens: „sed nimis impedita totius hujus loci argumentatio ut pro certo quicquam pronuntiem." Miror virum sagacissimum ita iudicasse, nam mihi haec, de quibus nunc agimus, intricata quidem videntur et multifariam corrupta, caeteris tamen solutionibus longioribus nihil magnopere impeditiora. Sed utut haec sunt, Buttmanni verissima emendatio, quam futurus editor, spero, in textum recipiet, planissime confirmatur iis quae continuo sequuntur: οὐδεὶς γὰρ αὑτοῦ (l. δι' αὑτ.) τὸν πατέρα ἀνεζήτησε καὶ ἀνηρεύνησεν, εἰ ὄντως εἴη ὁ λεγόμενος, λεγούσῃ δὲ τῇ μητρὶ πᾶς πεπίστευκεν ἄνευ ζητήσεως διὰ τὸ σέβας τὸ πρὸς τοὺς τεκόντας.

Satis longe a Cyclope aberravimus, ad quem redeundi iam

tempus est. Vidimus Aristarchi sententiam, eum ex Homeri mente non *μονόφθαλμον* sed *ἑτερόφθαλμον* fuisse, nostro scholio inesse. His quoque nonnulla habeo, quae adiiciam. Primum ex hoc vel tali praecepto non optime intellecto mihi fluxisse videntur quae Phrynichus in summa brevitate falsissima de Atticorum in vocabulis *μονόφθαλμος* et *ἑτερόφθαλμος* adhibendis usu in Ecloga sua admonuit. Μονόφθαλμον *οὐ ῥητέον, ἑτερόφθαλμον δέ. Κρατῖνος γὰρ μονόμματον εἶπε τὸν Κύκλωπα* (p. 136 Lob.), quem Photius s. v. et Moeris (p. 153, ubi videnda Piersoni nota) sequuntur, id est describunt. [1]) Rectius Ammonius: Ἑτερόφθαλμος *καὶ* Μονόφθαλμος *διαφέρουσιν. Ἑτερόφθαλμος μὲν γὰρ ὁ κατὰ περίπτωσιν πηρωθεὶς τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν· μονόφθαλμος δὲ ὁ ἕνα μόνον ὀφθαλμὸν ἔχων ὡς ὁ Κύκλωψ*, (Π 85) et auctor *λέξεων ῥητορικῶν* in Bekk. Anecd I. p. 280: Μονόφθαλμος: *ἔθνος τι ἀνθρώπων ἕνα ὀφθαλμὸν ἐχόντων. τοὺς γὰρ τὸν ἕτερον ἐκκοπέντας ὀφθαλμὸν ἑτεροφθάλμους καλοῦσιν*, quos locos qui indicavit Lobeckius ita pergit in adnotatione critica ad Phrynichum suum: „mihi fateor hoc totum de Cratino ab aliena manu adscriptum videri, eandemque sententiam habere quam Ammonius et Grammaticus Bekkeri p. 280 profitentur, eos qui unoculi nati sint, Cyclopes, Arimaspos, recte *μονοφθάλμους* dici, ut dixit Herodotus, Philostratus [2]), Strabo II, 189, (l. I, 21) Pausanias I, 24, 92. Hos poëtae *μονομμάτους, μουνῶπας* et *μονοδέρκτας* appellant, *ἑτεροφθάλμους* nemo." Haec ille, nec multum aliter ante eum Sallierius ad Moeridem, ad Ammonium Valckenaerius. Praeterea observandum est, eandem prorsus Aristarchi sententiam, verbis paulo aliter conformatis, iterum in M aptiore loco legi, nempe ad ι, 383: *ὁ Κύκλωψ κατὰ μὲν Ὅμηρον οὐκ ἦν μονόφθαλμος φύσει, ἀλλὰ κατά τινα συντυχίαν τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀποβεβλήκει.*

---

1) Photius ita, Ἑτερόφθαλμος: *οὕτως λέγουσιν, οὐ Μονόφθαλμος*, Moeris: Ἑτερόφθαλμον, *Ἀττικῶς, μονόφθαλμον Ἑλληνικῶς.*

2) Locus Philostrati, quem notare supersedit vir summus, videtur legi in Vita Aristidis (Vitae Sophist. L. II, IX, § 3), sed ibi est poëticum *μονόμματος. Οἱ αὐτοὶ* — inquit — *κατηγοροῦσι καὶ σκώμματος, ἐπειδὴ τοὺς Ἀριμασποὺς τοὺς μονομμάτους ἔφη ξυγγενεῖς εἶναι τοῦ Φιλίππου*, ex quo ioco illud potius quam clarissime apparet Aristidis tempore omne discrimen inter *μονόφθαλμος* (sive *μονόμματος*) et *ἑτερόφθαλμος* ex hominum tunc viventium mentibus evanuisse.

δύο γὰρ ὀφρύας εἶχε· φησὶ γὰρ „πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας εὖσεν ἀϋτμή," ubi mihi quidem concinnius videtur: -- ἀλλὰ κατά τινα συντυχίαν τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀποβεβληκώς. Denique eundem fere cogitandi ratiocinandique tenorem deprehendimus in longiore disputatione Etymologici Gudiani s. v. Κύκλωπες (p. 352 l. 43 seqq. Sturz.), ad quam etiam Dindorfius in adnotatione ad Scholia Od. ι, 106 ablegavit, quae tamen disputatio ita comparata est, ut Aristarchei cuiusdam esse possit, — ut mox apparebit, — Aristarchi ipsius esse, hac quidem forma, non possum in animum inducere. Apponam totum locum, quo corruptiorem non memini me in grammaticorum et lexicographorum reliquiis legere, quamquam foedum plerumque ulcus est, quidquid in Etymologico Gudiano tetigeris. Κύκλωπες, ὡς Ἡσίοδος „Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτοῖς || κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ." Κυκλόωπες καὶ κατὰ συγκοπὴν Κύκλωπες· ἐν τῇ φωνῇ εἴρηται τῶν Κυκλώπων· Κύκλωπες οὖν κατὰ συγκοπὴν Κυκλάωπες, οὗ χάριν αὐτοὺς ἔφησαν Φαίακας „οἱ πρὶν μέν ποτ' ἔναιον ἐν εὐροχόρῳ Ὑπερείῃ, || ἀγχοῦ Κυκλώπων ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων, || οἱ σφεας σινέσκοντο, βίηφί τε φέρτεροι." ἀλλ' οὐδ' ἦσαν πάντες μονόφθαλμοι· οὐ γὰρ ἀνέστησεν Ὅμηρος τὸ τεράτευμα. ἀλλ' οὐδ' ὁ Πολύφημος μονόφθαλμος ὤν, παρὰ τὸ τόπον ἔχει τὴν θέσιν τοῦ ὀφθαλμοῦ, εἰ κατεκλάσθησαν μέγαν ἴδοντες ὀφθαλμόν, οὐκ ἐνεκρώθησαν ἐπὶ τῇ μορφῇ· ἔδει γὰρ Ὅμηρος εἴποντος „ἡμῖν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ || δεισάντων φθόγγον τε βαρὺν αὐτόν τε πέλωρον," προσεπιζεῦξαι τοιοῦτόν τοι· „μοῦνόν τ' ὀφθαλμῶν ἓν ἔοντα μετώπῳ." Ex his pauca quaedam divinando restitui possunt, v. c. ἀλλ' οὐδ' ἦσαν πάντες μονόφθαλμοι· οὐ γὰρ ἂν ἐσίγησεν Ὅμηρος τὸ τεράτευμα, quemadmodum v. c. ad Euripidis Hecubam: ἔγνω δέ σ' Ἑλένη καὶ μόνη κατεῖπ' ἐμοί; (243) et quae deinde sequuntur, in Scholio Codicis Veneti 471 (V) dicitur[1]): ἀπίθανον τὸ πλάσμα καὶ οὐχ Ὁμηρικόν. οὐ γὰρ ἂν ἐσίγησεν Ἑκάβη πολέμιον θεασαμένη κατοπτεύοντα τὰ κατὰ τοὺς Τρῶας πράγματα. ἡ δὲ

1) Scholia antiqua in Euripidis Tragoedias partim inedita, partim editis integriora ed. C. G. Cobet, post Euripidis Phoenissas cum commentario editas a Jac. Geelio. L. B. 1846. p. 255.

Ἑλένη εἰκότως, quae Didymi esse videntur, nec tamen a Mauricio Schmidtio inter Ὑπομνημάτων Εὐριπίδου fragmenta recepta, credo, quod *nomen* non est adscriptum. Item quae locum nunc emendatum in Etymologico excipiunt, sic scribenda sunt: [ἀλλ'] οὐδ' ὁ Πολύφημος μονόφθαλμος ὢν παράτοπον ἔχει τὴν θέσιν τοῦ ὀφθαλμοῦ. Tandem extrema, quibus emendandis praeivit Cobetus, recte ita constituentur: ἔδει γὰρ Ὅμηρον εἰπόντα „ἡμῖν δὲ --- αὐτόν τε πέλωρον," προσεπιζεῦξαι τοιοῦτόν τι· „μοῦνόν τ' ὀφθαλμὸν (μέσσῳ) ἐνεόντα μετώπῳ," qui versus fictus est ad similitudinem eius, qui versibus ex Hesiodi Theogonia citatis (144, 145) antecedit:

μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.

Sed quid his corrigendis profecimus? Candide fateor, me nunquam ex hoc fumo lucem dare potuisse, nisi forte fortuna eadem nostra Etymologici Gudiani disputatio *tribus* aliis locis legeretur, quorum unusquisque et sua vitiorum remedia et vero etiam altera propria vitia exhibet. In Etymologico Magno nihil est praesidii. Habet tantum (p. 544, 7): Κύκλωπες (sequuntur versus Hesiodi): Κυκλώπες καὶ κατὰ συγκοπὴν κύκλωπες. καὶ Κυκλώπειον ὄρος ἐν Λιβύῃ. παρὰ τὸ κύκλος καὶ τὸ ὤψ· ἢ παρὰ τὸ κυκλοτερῆ ὦπα ἔχειν. Sed inveniuntur nostra in Epimerismis Homericis in Crameri Anecdd. Oxoniensibus, t. I. p. 254; paulo melius in Eclogis Variis, quas idem Vir Doctus ex Codice Barocciano 50 excerptas in Anecdd. Oxoniensium Volumine II. p. 457 edidit: omnium integerrime, nec tamen vitiis immunia, in Etymologico Sorbonico cuius textum Gaisfordius ad calcem Etymologici Magni s. h. v. in editione sua proposuit. His omnibus coniunctis tota disputatio ita mihi constituenda videtur: Κύκλωπες· [illegible] ὡς Ἡσίοδος·

Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον οὕνεκ' ἄρ' αὐτοῖς
κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

Κυκλώπες κα[illegible] κατὰ συγκοπὴν Κύκλωπες· (οὔτε γὰρ τὸ ἕεις οὔτε τὸ [illegible] ἐν τῷ [illegible] εὕρηται (τῷ add.) τῶν Κυκλώπων. Κύκλωπες οἱ κατὰ συγκοπὴν (εἰς. [illegible]) [1]) Κυκλώ-

---

[1]) [illegible] in Anecd. Oxon. II p. 457 est [illegible] [illegible]

τες (qui circum se solitudinem efficiunt?), οὗ χάριν αὐτοὺς ἔφυγον Φαίακες

οἳ πρὶν μέν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ
ἀγχοῦ Κυκλώπων ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων
οἵ σφεας σινέσκοντο βίηφί τε φέρτεροι ἦσαν.

ἀλλ' οὐδ' ἦσαν πάντες μονόφθαλμοι· οὐ γὰρ ἂν ἐσίγησεν Ὅμηρος τὸ τεράτευμα· [ἀλλ'] οὐδ' ὁ Πολύφημος μονόφθαλμος ὢν παράτοπον ἔχει τὴν θέσιν τοῦ ὀφθαλμοῦ, εἰ κατεκλάσθησαν [καὶ ἐθάμβησαν] [1]) (τὸ) μέγεθος ἰδόντες αὐτοῦ, οὐκ ἐνεκροτήθησαν (δ') ἐπὶ τῇ μορφῇ. ἔδει γὰρ Ὅμηρον εἰπόντα

ἡμῖν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ
δεισάντων φθόγγον τε βαρὺν αὐτόν τε πέλωρον

προσεπιζεῦξαι τοιοῦτόν τι „μοῦνόν τ' ὀφθαλμὸν (μέσσῳ) ἐνεόντα μετώπῳ." Est autem hic locus inprimis διδασκαλικός, — ut Aristarchus dicebat, — et ad ostendendum quam flagitiose prae caeteris corrupta sint scripta grammatica et quam saepe error initio levissimus eundo crescat. Nam οὐ γὰρ ἀνέστησεν pro ἂν ἐσίγησεν in tribus ex quattuor codicibus, duplex ἀλλ' et monstrum ἐνεκρώθησαν in *omnibus* est. Pulchrior etiam res est, ubi error errorem procreavit, ut dixi. Est in Sorbonico, est in Barocciano παρὰ τόπον pro adiectivo παράτοπον. Gudiani Codex iam habet παρὰ τὸ τόπον, Codex Epimerismorum suavissime παρὰ τὸ μέτωπον! Similiter εἰ κατεκλάσθησαν τὸ (in Epimerismis tantum servatum) μέγεθος ἰδόντες ὀφθαλμοῦ scriptum est in Sorbonico et Barocciano, iam peius in Epimerismis: τὸ μέγεθος ἰδόντες ὀφθαλμόν, pessime in ipso Gudiano: μέγαν ἴδοντες (sic) ὀφθαλμόν, ut grammatica ratio constaret scilicet. Nullum horum rectum est, sed quod reposui: αὐτοῦ, quandoquidem Homericum αὐτόν τε πέλωρον respicitur. De caeteris vitiis iam tacere licebit. Quorsum autem haec omnia? Nempe ut hinc emendentur, quae Scholiis nostris ex eodem fonte inserta sunt, ex iisque ea quae e Gudiano attulimus vicissim novam lucem accipiant. Suo loco, id est ad verba: αὐτόν τε πέλωρον (ι, 257) in Hamburgensi (T) hoc Scholion adscriptum est: θαυμάσιον καὶ ἄγαν φοβερὸν ἰδεῖν.

---

1) Verba uncinis inclusa sunt in Epimerismis l. l., et in Etym. Sorbonico; in Anecdd. Ox. II. p. 457 est ἐθαμβήθησαν (sic.)

ἐχρῆν δὲ φάναι, εἴπερ αὐτὸν ἤδη μετέβαλλεν. καὶ τοῦτο αὐτὸ ἐπισυμβαίνεσθαι ὑποζεύξαντα αὐτὸν ἰδιάλλαξιν ἐν τῷ μέσῳ ἔχοντα. Quomodo haec verba struenda sint, nemo facile dixerit. Quis intelligat ἐχρῆν — φάναι — — ἐπισυμβαίνεσθαι? Quis: ὑποζεύξαντα α. ἰδ. — — ἔχοντα? Pendetne ὑποζεύξαντα ab ἐχρῆν an ab ἐπισυμβαίνεσθαι? Merae tenebrae. Sed memor eorum, quae in exitu disputationis ex Etymologico Gudiano petitae leguntur, unusquisque statim corriget: ἐχρῆν δέ, φησίν, εἴπερ αὐτὸν ᾔδει μεταβάλλειν, καὶ τοῦτο αὐτὸ ἐπισημαίνεσθαι, ὑποζεύξαντα αὐτὸν ἰδιάλλαξιν ἐν τῷ μέσῳ ἔχειν. In caeteris codex ipse deliquisse videtur, in ineptissimo φάναι inferciendo, quod omnem loci constructionem pessumdat, innocens nihil peccavit. Prellerus est, cui inter plurimas et hanc παραδιόρθωσιν debemus, teste Dindorfio in App. (p. 778), cum in codice sit „φη cum lineola (i. e. φησί)." Sed nondum contenti sumus. Quis est ille, cuius sententiam epitomator per illud „φησίν" referat? Circumspicientibus nobis offert sese Porphyrii Scholion ad verba Κύκλωπες δ' ἐς γαῖαν ι. 106 ex H et Q editum, ubi inepte duae ζητήσεις in unum coaluerunt, altera de ipsius Polyphemi genere: ζητεῖ Ἀριστοτέλης πῶς ὁ Κύκλωψ Πολύφημος μήτε πατρὸς ὢν Κύκλωπος, Ποσειδῶνος γὰρ ἦν, μήτε μητρός, Κύκλωψ ἐγένετο, et quae sequuntur usque ad τεράστιον ὃ παρηλλαγμένα (p. 414. 29—415. 2, quae quaestio verbis aut parum aut nihil mutatis ad ι. 311 (p. 430 l. 18—24 Dind.) non multum aptiore loco relata est in T); altera, quae propria est huius loci, de caeteris Cyclopibus, quam iam inspiciamus. Γελοίως δ' αὐτοὺς ἐπισυλλογεῖ Ἡσίοδος „Κύκλωπες δ' ἦσαν [illegible] — — ἐνέκειτο μετώπῳ." ὁ δ' Ὅμηρος [illegible] τὸν ἀλλ' [illegible] αὐτὸν [illegible] (an exciderunt hic Homerica quaedam, v. c. [illegible]) εἰ γοῦν (sic enim Buttmanno omnino est scribendum pro γάρ) ἦν τι τοιοῦτον, [illegible] τὴν ἰδέαν ἔγραφεν ἐπ' [illegible] ἄλλοι Κύκλωπες, [illegible] ἰδιάλλαξιν [illegible]. Horum sententia, quod neminem fugere potest, eadem est atque eorum, quae modo ex Etymologicis apposuimus. Sed audiamus diligenter quae statim sequuntur. φησὶ δὲ ὁ Φιλόξενος [illegible] τὸν Ἡσίοδον τὸ τὸν [illegible] ἰδιάλλαξιν [illegible]. Hoc vult: Homerus de uno tantum [illegible] loquitur, qui [illegible] Cyclops tamen *plane*

μὴ πέρχσι διχφόροις ἀφυρίζεσθαι κατὰ στέρησιν τοῦ α. ἢ διὰ τὸ πολλὰ πέρατα ἔχειν κατ' ἐπίτασιν τοῦ α. οὐ γὰρ ἂν ἔλθῃ τις, τοῦτο αὐτὸ πέρας ἴσως ἔχον διὰ τὸ ἰσοπέρατον εἶναι διὰ τὴν ἐκ τοῦ μέσου πρὸς τὸ πέριξ ἴσην ἀπόστασιν κατ' ἰσότητα τοῦ α. (E) Ita Dindorfius. Aliquanto etiam corruptiora erant, quae in Buttmanni editione ex eodem codice Ambrosiano (E) petita legebantur, quae Dindorfius correxit in auxilium adhibitis Parisino D et Scholiis ad Iliadem, ubi idem „hoc Porphyrii Scholium prolixius appositum" legitur ad Ξ, 200. Non tamen virum summum emendationem perfecisse apparet. Quis enim intelligat, quis struat: *οὐ γὰρ ἂν ἔλθῃ τις, τοῦτο αὐτὸ πέρας ἴσως ἔχον διὰ τὸ ἰσοπέρατον εἶναι*? Ubi hic verbum est, quod sententiam concludat? Arena est, aiunt, sine calce. Sed fac adsit, quid tum? Verumne hoc est, quo quis progrediatur, hunc ei esse terminum *διὰ τὸ ἰσοπέρατον εἶναι τὴν σφαῖραν*? Sed iam nolo loci tenebras densare. Dicam potius, quo modo mihi dispellendae videantur. Nempe *tres* causas enumerat Porphyrius cur *ὁ κύκλος* et *ἡ σφαῖρα ἄπειρος* (*ἀπείρων*) dicantur, omnes ex etymologia scilicet vocabuli petitas. Aut quod non *certis* terminis distinguantur, (*διὰ τὸ μὴ πέρασι διαφόροις ἀφορίζεσθαι,*) *κατὰ στέρησιν τοῦ* $\bar{α}$, aut quod *multos* habeant terminos, $\bar{α}$ intensive sumto, aut, quod ab omni parte terminos habeant *aequales*, quod rotundorum corporum proprium est, ut $\bar{α}$ *aequalitatis* notionem habeat, (*κατ' ἰσότητα τοῦ α*). Iam quivis perspiciat, his *οὐ γὰρ ἂν ἔλθῃ τις κτλ.* explicationem contineri *secundae* causae, non *tertiae*, eaque igitur emendata superioribus esse adnectenda. Quod si quis nondum perspexit, assensum ei extorquebunt quae in explicatiore Scholio Iliaco leguntur, quoniam hoc, licet et ipsum alio nomine corruptum sit [1]), hic tamen

---

1) Tria nunc tantum exempla ponam; Scholiorum enim Iliacorum emendatio hoc tempore non *ἔργον* mihi est sed *πάρεργον*. Primum vitium est in his: (t. IV p. 49 l. 33 seqq. Dind.) *σημαίνει δὲ καὶ* (sc. *τὸ ἄπειρον*) *ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸ εἶδος διαφέροντος καὶ ἄγαν καλοῦ, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ. — — — τὸ γὰρ ἀπειρέσιον ἐν τούτοις ἐπὶ τοῦ κατ' εἶδος ἐξόχου καὶ καλοῦ ἄγαν τέτακται.* Quae haec constructio est, *σημαίνει ἐπὶ τοῦ*? Optime noster Codex: *λαμβάνεται γὰρ τὸ ἄπειρον καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸ εἶδος διαφέροντος κτλ.* Deinde non recte habent: — — *δύο γὰρ ὄντων περάτων τὸ μέν ἐστιν ἀρχὴ ἀφ' οὗ, τὸ δὲ τέλος εἰς ὅ· ἔστι γὰρ ἐπ' αὐτοῖς τὸ ποθέν ποι· τῆς δὲ ὅλης τοῦ κύκλου περιφερείας οὐκέτι. πᾶν γὰρ ὃ ἄν τις ἐπι-*

verum praebet: -- οὕτω καὶ ἄπειρος κύκλος ὁ πολυπείρων· οὗ γὰρ ἂν ἔλθῃ τις, τοῦτο αὐτὸ τὸ πέρας ἐστί. σημαινούσης δὲ τῆς α καὶ τὸ ἴσον κτλ. Satin certum est in hac verborum collocatione οὗ γὰρ ἂν -- πέρας ἐστί referenda esse ad οὕτω κ. ἄπειρος κύκλος ὁ πολυπείρων? Simul confirmatum videmus, quod dicebam, pro ἔχον in Odysseae Scholio verbum finitum requiri, eiusdem potestatis ac ἐστί in Iliacis. Sed ne sic quidem omnia recte habent. Non verum est, quo quis progrediatur, *id ipsum* eius rei terminum esse; id *ipsi* terminum esse, equidem potius crediderim. Itaque prave editur τοῦτο αὐτὸ πέρας ἐστί, pravius etiam, quae Scholiorum Iliacorum lectio videtur, τοῦτο αὐτὸ τὸ πέρας ἐστί, ultima vocabuli αὐτὸ syllaba oscitanter repetita. Verum est: τοῦτο αὐτῷ πέρας ἐστί, et nostro loco: τοῦτο (ἂν add.) αὐτῷ — vel potius propter intolerabilem hiatum τοῦτ' (ἂν) αὐτῷ — πέρας ἴσως ἔχοι, quomodo nudum ἐστί non ineleganti periphrasi redditur. Adscribam nunc totum locum, quemadmodum constituendum esse supra carptim significavi: Ἰστέον δὲ ὅτι ἄπειρος ὁ κύκλος καὶ ἡ σφαῖρα λέγεται ἢ διὰ τὸ μὴ πέρασι διαφόροις ἀφορίζεσθαι κατὰ στέρησιν τοῦ α· ἢ διὰ τὸ πολλὰ πέρατα ἔχειν κατ' ἐπίτασιν τοῦ α — οὗ γὰρ ἂν ἔλθῃ τις, τοῦτ' (ἂν) αὐτῷ πέρας ἴσως ἔχοι· — (ἢ ins.) διὰ τὸ ἰσοπέρατον εἶναι διὰ τὴν ἐκ τοῦ μέσου πρὸς τὸ πέριξ ἴσην ἀπόστασιν κατ' ἰσότητα τοῦ α, quae nunc perspicua esse arbitror, et intellectu facilia. Eadem opera eximamus leviusculum mendum paulo infra (l. 24), ubi quod ad Iliadem ll. legitur: ὁ γὰρ λόχος ἐστὶ τάξις, ἐπεὶ καὶ ὁ λοχαγὸς ταξίαρχος, multo melius est

---

νοήσῃ σημεῖον, ἀρχή τέ ἐστι καὶ πέρας· ξυνὸν γὰρ ἀρχὴ καὶ πέρας ἐπὶ κύκλου περιφερείας κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. (p. 50, l. 11--15). Quae diductis literis significavi vera esse nequeunt. Non enim in universum hoc valet, sed de circulo tantum. Itaque praetulerim: πᾶν γὰρ ὃ ἄν τις ἐκεῖ νοήσῃ σημεῖον, ἀρχή τέ ἐστι καὶ πέρας. Statim sequitur: τοῦ τοίνυν κύκλου κατὰ τὴν περιφέρειαν ὄντος πεπερασμένου καὶ μὴ ἀπείρου κατὰ τὸ διεξίτητον, οὐκ ἂν λέγοιτο πρὸς πέρασιν αὐτὴ πεπεράνθαι, κατὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν ποθέν ποι διάφορα πέρατα, πᾶν τε τὸ ληφθὲν ἀρχὴν εἶναι καὶ πέρας, ἄπειρον ἐκάλουν τὸν κύκλον. Porphyrius cum dicere deberet: οὐκ ἂν λέγοιτο πρὸς πέρασιν ἄπειρος εἶναι, variare maluit sed non ita ut plane contrarium diceret eorum quae dicere debebat. Sed dedit, opinor: οὐκ ἂν λέγοιτο πρὸς πέρασιν αὐτοῖς (μὴ) πεπεράνθαι. Insunt multa alia male scripta, plura etiam prava interpunctione laborantia, sed ea omnia in praesentia omitto.

quam: ἐπεὶ καὶ λοχαγὸς ὁ ταξίαρχος, in quibus verbis desinit nostrum Scholion, et contractum, — ut supra diximus, — et vero etiam distractum. Nam altera pars disputationis Porphyrianae, quae cum superioribus uno tenore coniuncta legitur in Veneto B ad Iliadem, in nostris Scholiis hinc avulsa ad θ, 340 relata est, quam, cum non magis corruptelis vacet, ibi suo loco tractabimus.

α, 110 seqq.

οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ,
οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
νίζον καὶ πρότιθεν, τοὶ δὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.

Legebatur olim vs. 112: νίζον καὶ προτίθεντο, ἰδὲ κρέα κτλ., verbis ex scriptura antiqua, unciali ac continua, aliter ac peius quidem diremptis. Ad haec Scholion: ἄμεινόν φησιν Ἡρωδιανὸς — immo *Aristarchus*, cfr. Cobeti et Dindorfii ad h. l. annotationes et Scholion ad γ, 10, quod rem conficit, — ἀναγινώσκειν „καὶ πρότιθεν, τοὶ δὲ —." καὶ γὰρ ὁ λόγος οὕτω μᾶλλον ἀκόλουθος· οἱ μὲν οἶνον ἔμισγον, οἱ δὲ σπόγγοισι νίζον, οἱ δὲ κρέα ἐμέριζον. καὶ ἄλλως τὸν παρατατικὸν τοῦ τίθημι ἐνεργητικῶς οἶδε λεγόμενον ὁ ποιητής, οὐ παθητικῶς, „παρὰ δέ σφι τίθει." (α, 142.) ἀκόλουθον πληθυντικόν, νίζον καὶ πρότιθεν. Servatum est in tribus Codd. MDE, optime in M, qui tamen cum caeteris habere videtur verba non cohaerentia ἀκόλουθον πληθυντικόν, ad quae Dindorfius: „scribendum videtur ᾧ ἀκόλουθον vel ἀκόλουθον οὖν." Posterius amplectar, sed ne ita quidem oratio satis concinna exit. Quamobrem scripserim: ἀκόλουθον (οὖν καὶ τὸ) πληθυντικόν, „νίζον καὶ πρότιθεν," verbis, quae lunulis inclusi, nescio qua de causa omissis.

α, 113. Intrat Athene et

τὴν δὲ πολὺ πρῶτος ἴδε Τηλέμαχος θεοειδής.

Adnotatur ad haec: καλῶς πρῶτος Τηλέμαχος Ἀθηνᾶν ἐφορᾷ (recte sic D, ὁρᾷ E) ὡς αὐτὸς μόνος ἀπὸ τῶν ἄλλων φρονιμώτερος, τῶν μνηστήρων περὶ συμπόσια ἀσχολουμένων (DE) Non sunt hercle magni haec momenti, sed ut aliquid significent, suaserim ut legatur: ὡς αὐτὸς μόνος ἀπὸ τῶν ἄλλων φανταζόμενος.

α, 130. Ad *αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων* quatuor Codices (EMTD) habent: *ὑποφαίνει διὰ τούτου καὶ ἄλλο τι καθῆκον, ὅτι τοῦ ἰδίου θρόνου παρεχώρησε τῷ ξένῳ ὁ Τηλέμαχος. πάντα οὖν ἐλέγχει τὸ σῶφρον τοῦ νέου, τὰ τοῦ λόγου καὶ τὰ τοῦ τόπου, τό τε ἔγχος ἀναλαμβάνων καὶ τοῦ θρόνου παραχωρῶν.* In his unum vitium codicum ope correctum est, — poterat et sine iis, — cum ex DT necessarium *διὰ τούτου* repositum sit, caeteris *διὰ τοῦτο* praebentibus confusione notissima. Eadem fere medicina sanandum — ne nunc alios locos tangam eodem mendo laborantes, — Scholion ad *α*, 197: *ἀλλ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται εὐρέϊ πόντῳ*, ad quae verba EQ: *διὰ τοῦτο εὔελπιν ποιεῖ τὸν νέον*. Verum EQ non hoc habent, sed *διὰ τοῦτο δύσελπιν ποιεῖται τὸν νέον*. Quoniam autem requiritur *prorsus contrarium* Dindorfius haec „correxit ex Scholio praecedente" MP, ubi eadem verba sed incorrupta adscribuntur ad vs. 194: *νῦν δ' ἦλθον*. Recte, sed quantillum fuerat simul corrigere *διὰ τούτων*, nam sic est emendate in MP: *διὰ τούτων εὔελπιν ποιεῖ τὸν νέον*. Sed hoc *ἐν παρόδῳ*. In nostro Scholio tria adhuc vitiosa sunt, quibus codices non videntur opitulati esse. Scribendum enim, ut et sententia constet et oratio Graeca sit: *πάντα οὖν ἐλέγχει τὸ σῶφρον τοῦ νέου, τὰ τοῦ λόγου καὶ τὰ τοῦ τρόπου* [1]), *τό τε ἔγχος ἀναλαμβάνειν καὶ* (*τὸ* ins.) *τοῦ θρόνου παραχωρεῖν*. Modestum et decorum Telemachum ostendunt et eius verba, — respicit *Χαῖρε, ξεῖνε, παρ' ἄμμι φιλήσεαι κτλ.* (vs. 123) — et eius *mores*, quod advenientis hospitis hastam accipit eique de sede sua adsurgit.

α, 132.

> *πὰρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο ποικίλον, ἔκτοθεν ἄλλων*
> *μνηστήρων κτλ.*

Recte ita fecit Telemachus. *τὸ γὰρ μεταβῆναι εἰς ἕτερον οἶκον ὑποψίαν ἂν παρέσχε τοῖς μνηστῆρσιν ἐπιβουλῆς, ὁπότε καὶ ἑξῆς*

---

1) Tam evidens hoc quidem est *τρόπου* requiri, ut *τόπου* vel calami vel operarum vitium haberem, nisi et in textu et in adnotatione critica textui subiecta et in Praefatione p. xxxj ita scriptum legeretur, etsi margo Pluygersianus, quo collationis Codicis M a Cobeto V. Cl. confectae apographum continetur, *τρόπου* clare habet, de quo tacet Dindorfius.

διὰ τὸ ἰδιολογεῖν αὐτὸν *πολυπραγμονεῖ* τίς ὁ ξένος (EQ). Quis πολυπραγμονεῖ? Omne enim subiectum deëst. Sed scimus unum ex procis, Eurymachum, haec e Telemacho quaerere, (α, 405 seqq.), itaque legamus: — ὁπότε καὶ ἑξῆς διὰ τὸ ἰδιολογεῖν αὐτὸν πολυπραγμονεῖ (*τις*), *τίς* ὁ ξένος.

α. 142. Ad χρύσεια κύπελλα legitur in EQ aurea τοῦ κυπέλλου etymologia, quam levi vitio liberabo. κύπελλον ἐτυμολογεῖται *παρὰ τοῦ* ἐν αὐτῷ χεῖσθαι τὸν πηλὸν ἢ τὸν οἶνον, χύπελλον καὶ κύπελλον. Constans est etymologorum Graecorum mos, ut dicant ἀπὸ τοῦ (τῆς) antiquiores, recentiores παρὰ *τό*, idque reponendum. Fluxerunt haec ex Epimerismis Homericis i. v., unde cum aliqua lectionis varietate in Etymologica et in Scholia ad Iliadem (A, 596) [1]) et decurtata in nostrum locum pervenerunt. Locus Epimerismorum ita se habet (in Cram. Anecd. Oxonn. I, 238): *Κύπελλον*: παρὰ τὸ *κῦφος* (Etym. M. κύφος. l. *κυφός*)· ἢ παρὰ τὸ κύπτω, τὸ κεκυρτωμένον καὶ περιφερὲς *ὄντα* (l. *ὄν*. [2])· ἢ) παρὰ τὸ *κύειν* (l. *χύειν* ut in Etym. M. et Scholl. Ill.) τὸν πηλόν. πηλὸς δὲ ὁ οἶνος παρὰ Ἀττικοῖς, παρὰ τὸ πάλλειν καὶ καταβάλλειν [3]) τὰς φρένας (*καὶ τὰς καρδίας τῶν πινόντων τοῦτον πολύν*. add. Scholl. ad Ill. l. l.) ἐξ οὗ (ὅθεν Et. M.) καὶ κάπηλος παρὰ τὸ *χέειν* τὸν πηλόν. In hac ultima etymologia cum Epimerismis consentiunt Etymologica, dissentiunt Scholia ad Iliadem, quae etiam lepidius ita habent: ἀφ' οὗ καὶ κάπηλος, παρὰ τὸ *κακύνειν* τὸν πηλὸν ἤγουν τὸν οἶνον. Utra origo potior sit, etymologis ac strenuis potatoribus diiudicandum relinquo. Sciendum autem est et has et alias nonnullas vocis κύπελλον origines, superioribus non multo saniores, praebere Athenaeum Lib. XI, c. 65. *Κύπελλον*: τοῦτο πότερόν ἐστι ταὐτὸν τῷ ἀλείσῳ καὶ τῷ δέπαϊ, ἢ ὀνόματι μόνον *διαλλάσσει*;

---

1) Bekkeri fide si standum est, illud Scholion in BL legitur; quoniam apud Dindorfium plane deëst, in solo Lipsiensi comparere videtur.

2) ὄν vel ὄντα plane abest a Scholio Iliaco, ubi: —— καὶ περιφερές. ἢ παρὰ τὸ χύειν κτλ.

3) In Scholio Iliaco tantum: παρὰ τὸ πάλλειν τὰς φρένας. In Et. Gud. i. v. κάπηλος est: πάλλοντα κ. βλάπτοντα τὰς φρένας.

τοὺς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις υἷες Ἀχαιῶν
δειδέχατ' ἄλλοθεν ἄλλος ἀνασταδόν.

ἢ διάφορος ἦν ὁ τύπος, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ δέπας καὶ τὸ ἄλεισον ἀμφικύπελλον οὕτω δὲ καὶ τοῦτο, κυφὸν δὲ μόνον; ἀπὸ γὰρ τῆς κυφότητος τὸ κύπελλον ὥσπερ καὶ τὸ ἀμφικύπελλον· ἢ ὅτι παραπλήσιον ἦν ταῖς πέλλαις, συνηγμένον μᾶλλον εἰς τὴν κυφότητα. --- Σειληνὸς δέ φησι „κύπελλα ἐκπώματα σκύφοις ὅμοια, ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος· κύπελλα δ' ἔνειμε συβώτης." Εὔμολπος δὲ ποτηρίου γένος ἀπὸ τοῦ κυφὸν εἶναι. Σιμάριστος δὲ τὸ δίωτον ποτήριον Κυπρίους, τὸ δὲ δίωτον καὶ τετράωτον Κρῆτας· Φιλητᾶς δὲ Συρακοσίους κύπελλα καλεῖν τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα. (Ath. 482e seqq.) Hinc discimus et quam varie grammatici iam Athenaei tempore de forma veterum poculorum senserint, et Eumolpum quendam auctorem videri etymologiae τοῦ κύπελλον παρὰ τὸ κυφός vel τὸ κύπτειν, quam sequitur etiam Apollonius Sophista i. v., κύπελλον: τὸ ἐξ ἀμφοτέρων μερῶν περικεκυφωμένον ποτήριον interpretatus. Locum Athenaei ideo quoque pleniorem adscripsi, ut eum mendo initium obsidente liberarem, quod et Meinekius V. Cl. tollere conatus est, me quidem iudice minus feliciter. Unicus codex habere dicitur: ἢ ὀνόματι διαλλάσσει, quod iam Casaubonum offendit ita monentem: „locutio digna quae nos advertat: nam erat dicendum, καὶ ὀνόματι μόνον διαλλάσσει," similiterque Schweighaeuserum, qui breviter: „immo καὶ ὀνόματι." Meinekius ἢ retinuit, post ὀνόματι autem adiecit μόνον, qua de re lectorem monuit in Analectis Criticis (Athen. t. IV p. 224.) Verum quid hoc prodest? Fatui est rogare: τοῦτο (κύπελλον) πότερόν ἐστι ταὐτὸν τῷ ἀλείσῳ κ. τ. δέπαϊ, ἢ ὀνόματι μόνον διαλλάσσει; Qua tandem alia ratione differre possunt res nomine diversae forma pares, nisi nomine? Si quid video, Athenaeus scripsit: τοῦτο πότερόν ἐστι ταὐτὸν τῷ ἀλείσῳ καὶ τῷ δέπαϊ, [ἢ] ὀνόματι (μόνον) διαλλάσσον, „τοὺς μὲν ἄρα --- ἀνασταδόν," Ἢ διάφορος ἦν ὁ τύπος, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ δέπας καὶ τὸ ἄλεισον ἀμφικύπελλον οὕτω δὲ καὶ τοῦτο, κυφὸν δὲ μόνον; — expuncto ἢ post δέπαϊ dittographia orto vel praepostere inserto, et διαλλάσσειν in διαλλάσσον mutato, ita ut πότερόν ἐστι ταὐτὸν --- ἢ διάφορος ἦν sibi invicem respondeant, quemadmodum rerum natura postulat.

α, 145. Proci ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε. κλισμοὶ μέν εἰσιν οἱ ἔχοντες κλιντῆρα ἐξέχοντα πρὸς τὴν τῶν ὤμων ἀνάπαυσιν. ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐπερείδουσι τοὺς ὤμους οἱ καθήμενοι. οἱ δὲ μὴ ἔχοντες ταῦτα, θρόνοι. (EPQMTD.) Verborum: κλιντῆρα ἐξέχοντα in codicibus nec vola est nec vestigium. Repositum est e coniectura Buttmanni aliud agentis, quod non saepe facit, et iniuria probatum ac receptum a Dindorfio. Codices habent ἀπέρ εἰσιν, vel καὶ ἅπέρ εἰσίν vel etiam, omisso εἰσίν, καὶ ἅπερ, quae verba quomodo ex κλιντῆρα corrupta fuerint, nemo facile intelligat. Rem acu tetigit Ludwichius, οἱ ἔχοντες ἀπέρεισιν ἐξέχουσαν corrigens. Nempe librarii, candidum genus, ubi nescio quo errore in vocabulo ΑΠΕΡΕΙCΙΝ sibi videre visi sunt ἅπερ εἰσίν, verba optime Graeca, haec nonnulli bona fide ita descripserunt, ut esse dicitur in Q; caeteri pars καὶ inseruerunt, pars εἰσίν omiserunt, ut error errorem parere solet et corrupta lectio semper corruptior fit, donec quod verum est a perita manu restituatur. Non debuerat autem Ludwichius dubitare, utrum ἀπέρεισιν, an, — ob sequens ἐπερείδουσι, — ἐπέρεισιν praestaret. Nam prius certam fidem habet et unice est probandum, quod hoc tantum confirmatur notissimo Scholio Porphyriano ad Iliad. I. 90: ὅλου βιβλίου (de quo, cum editores βίου legissent, multi egerunt) ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου. In hac igitur disputatione inter alia multa et haec habemus: καὶ οἱ μὲν ἔχοντες ἀπέρεισιν τοῖς ὤμοις κλισμοί, οἱ δ' ἄλλοι θρόνοι. Quae verba et Scholion nostrum cuius sit originis declarant, — est enim longioris disputationis Porphyrianae ἀποσπασμάτιον, — et Ludwichianum ἀπέρεισιν mihi quidem extra omnem dubitationem ponere videntur. Quin etiam in iis quae proxime sequuntur, malim legere ἐν αὐτοῖς (hoc quoque Codices nonnulli in ἑαυτοῖς corruperunt, videlicet ex ΕΑΥΤΟΙC) γὰρ ἀπερείδουσι τοὺς ὤμους οἱ καθήμενοι, quam ἐπερείδουσι, quod editur.

α, 147. Ne minutiora omittam, non scribendum est, quod editores fecerunt, παρενήνεον: παρεσώρευον. ἐκ τούτου δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων ἐκφαίνει. κτλ., (EPVT. App. p. 735) sed ἐμφαίνει, quod habet Vulgatorum Scholiorum editio Aldina, —

de Bodleiano eorum Codice (O) Dindorfius hoc loco tacet, — sed iam in editione non multum recentiore (Argentorati, 1539) in ἐφαίνει depravatum. Solennis haec confusio est, iterum commissa ad α, 334, ad quem versum in EQDH excerptum legitur ex ampla Porphyriana doctrina, quae in antecedentibus integra apposita est. Editur autem ad α, 334: τὸ δὲ ἄντα παρειάων οὐ πάρεργον (περίεργον verum esse postea demonstrabitur) οὐδὲ ἑτερορρεπές· ἀλλὰ πρὸ τῶν παρειῶν παρασχοῦσα, τουτέστι προκαλυψαμένη τῷ καλύμματι τοῦ προσώπου, φησὶν ὁ ποιητής, καὶ πρὸ τῶν λόγων (τὴν add. H) σωφροσύνην αὐτῆς ἐκφαίνων. Immo vero: ἐμφαίνων, ut est in D, nec multum aliter in H qui minus recte ἐμφανίσας dat. Nec contrarium exemplo suo caret. Ad α, 186: διαφέρει Νήριτον καὶ Νήϊον, — — — ὅπερ κάθυγρον ὂν εἰς τὸν ὑποκείμενον λιμένα πλεῖστον ῥεῦμα ἐνδίδωσι, sed Dindorfium sequamur notantem: „scribendum ἐκδίδωσι (ἐκδίδωσιν?) ex Dª. Dᵇ." (Praef. p. xxxij). Hoc verum est. (Τὸ Νήϊον) κάθυγρον ὂν εἰς τὸν ὑποκείμενον λιμένα πλεῖστον ῥεῦμα ἐκδίδωσιν, ὅθεν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ῥεῖθρον προσηγόρευσε τὸν λιμένα, quae mihi magis Porphyrii, quam Aristarchi dicendi modum referre videntur.

Sed purum putum Porphyrium habemus in hisce, ad α, 255. Τὰ ἔπη ταῦτα ὄντινα ἔχει λόγον ζητοῦμεν, τὸ „εἰ γὰρ νῦν ἐλθὼν δόμου ἐν πρώτῃσι θύρῃσι || σταίη ἔχων πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε, || τοῖος ἐὼν οἷόν μιν ἐγὼ τὰ πρῶτ' ἐνόησα || οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ πίνοντά τε τερπόμενόν τε" · εἶτα μετ' ὀλίγον· „τοῖος ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειεν Ὀδυσσεύς," — quorum etiamsi nomen non in margine appositum habuisset D non difficile tamen esset Porphyrium auctorem agnoscere. Sunt haec in pluribus codicibus (HEMQD) variis modis servata, modo plenius, modo decurtata, ita inde edita, ut sensus constet, sed grammatica ratio in quibusdam laboret, de qua pauca nunc agere in animo est. Δεῖ δ' ἡμᾶς οὐδὲ τὰ μικρὰ παροδεύειν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων τὴν λεπτὴν ἐξετάζειν τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης φροντίδα, ut Heracliti qui dicitur verbis paulum immutatis utar. (Alleg. Hom. c. LXVIII Mehl.) Iam primum duplex vitium est in iis quae verba supra laudata statim excipiunt. ἄτοπος ἡ εὐχὴ τῆς Ἀθηνᾶς εὐχομένης, εἰ ἔλθῃ ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ στῇ ἐν τοῖς μνηστῆρσι τερ-

πόμενος, ἅπαντας ὠκυμόρους γενέσθαι. πῶς γὰρ ἦν Φοβερὸς ὁ εἰς ποτὰ καὶ τέρψιν δείπνων τρέψας τὴν διάνοιαν; Non possum in animum inducere, haec ita profecta esse a Porphyrio, cum deberet dare: ἄτοπος ἡ εὐχὴ τ. 'Αθ. εὐχομένης, εἰ ἔλθοι ὁ 'Οδ. καὶ σταίη ἐν τοῖς μνηστῆρσι τερπόμενος, ἅπαντας ὠκυμόρους γενέσθαι. πῶς γὰρ (ἂν add.) ἦν (εἴη?) Φοβερὸς ὁ εἰς ποτὰ κ. τέρψιν δείπνων τρέψας τ. διάνοιαν; sed librarios insimulare malo; utrumque enim vitium est e tralaticiis. Ac prius — coniunctivos dico pro optativis, — e vitiosa recentiorum pronunciatione repetendum maxime opinor, qui cum apud eos ἔλθῃ et ἔλθοι idem sonarent haec et talia perpetuo inter scribendum confundebant, et sic σταίη — στέῃ scriptum — στῇ valere opinati sunt. Contrarium factum est in Herodiani Scholio ad Iliad. M, 33, ubi dubitat utrum ἵεν καλλίρροον ὕδωρ scribendum sit an ἵεν vel etiam singularis ἵει, post quae ita pergit: καὶ μήποτε εἴη (sic) πιθανώτερον· πάντα γὰρ ὁρᾶται (ubi quivis alius εὑρίσκεται posuisset, de quo usu Herodianeo dixit Lehrs in Epimetr. II ad eius Herodiani Scripta tria emendatt. p. 409) τὰ παρακείμενα ἑνικῶς τεθειμένα „τεῖχος ἀμαλδύνας ποταμοὺς δ' ἔστρεψε νέεσθαι." Exclamativa vocula *sic* Lehrsii est, Dindorfius soloecam constructionem sine ulla animadversione praetermisit. Sed quoniam μήποτε cum coniunctivo aliquoties struitur in summa dubitatione (in nostris statim in vicinia, ad κ, 254), nunquam cum optativo, in promptu est corrigere: καὶ μήποτε ᾖ πιθανώτερον. Alterum quod significabam vitium etiam multo frequentius est. In unoquoque Graeco scriptore, sive antiquiorum sit sive recentior, sexcenties ἂν cum sententiae detrimento abest; de qua re et alii dixerunt et Cobetus in Varr. Lectt. p. 100. Ita eo loco, de quo agimus, potuit dixisse Porphyrius: πῶς γὰρ Φοβερός, quod est in M, etsi est hoc paulo abruptius quam in eius scribendi genus cadit, non potuit: πῶς γὰρ ἦν Φοβερός. Cum in HQ sit: πῶς γὰρ ἂν ἡ Φοβ. rescribendum censeo quod iam supra significavi: πῶς γὰρ (ἂν) ἦν Φοβερὸς ὁ εἰς ποτὰ — — — τρέψας τὴν διάνοιαν; aut, quod malim: πῶς γὰρ ἂν εἴη, ut v. c. apud eundem Porphyrium in Scholio ad Iliadem modo laudato (Ξ, 200): πῶς γὰρ ἡ ἀπεσπασμένη τῷ πέρατα ἂν ἔχοι; atque in notissimo gripho apud Athenaeum p. 451 a: οὐδὲν λέγεις· πῶς γὰρ γένοιτ᾽ ἄν, ὦ πάτερ, [illegible] ἄφωνος;

Minerva Ulixi densa nebula obvoluto terrae natalis spectatissima quaeque (344—352):

ἀλλ' ἄγε τοι δείξω Ἰθάκης ἕδος ὄφρα πεποίθῃς.
Φόρκυνος μὲν ὅδ' ἐστὶ λιμήν, ἁλίοιο γέροντος, κτλ.,

ac tum demum dea nebulam discutit: ὣς εἰποῦσα θεὰ σκέδασ' ἠέρα, εἴσατο δὲ χθών. (vs. 352) Hinc interpretum dubitationes: τοῦτο (immo: τούτου) ἐπιλαμβάνεται Πτολεμαῖος. ἔδει γὰρ πρῶτον σκεδάσασα, φησί, τὸν ἀέρα εἶτα δεῖξαι· εἰ μὴ ἄρα ὅμοιόν ἐστι τῷ „τὰς μὲν ἄρα θρέψασα τεκοῦσά τε." (μ, 134) Tum sequi debet quae male praecedit λύσις, initio ut videtur mutila: οὐκ εἶπεν (l. εἶπε δέ,) ἐσκεδάννυεν, ἀλλ' ἐσκέδασε, δεικνὺς ὅτι πρῶτον ἐσκέδασε τὴν ἀχλὺν εἰποῦσα τὸ „ἀλλ' ἄγε τοι δείξω," καὶ οὕτως αὐτῷ ἔδειξε „Φόρκυνος μὲν ὅδ' ἐστὶ λιμήν." οὐ γὰρ ἔτι ἀορασίας οὔσης ἐφαίνετο αὐτῷ τὰ μὴ ὁρώμενα. qui locus et alio nomine vitiosus est, nam etiam ἀορασίας μὴ οὔσης quis tandem perspicere possit ea quae *non* conspiciuntur? Melius intelligetur: οὐ γὰρ (ἂν) ἔτι ἀορασίας οὔσης ἐφαίνετο αὐτῷ τὰ νῦν ὁρώμενα. — ρ, 407. τὸ δὲ ἀληθὲς βούλεται εἰπεῖν ὅτι τρεῖς μῆνας μένοι (ἂν) πόρρω τῆς οἰκίας δυνάμενος εἰ τοσαύτας παρὰ τῶν μνηστήρων λάβοι πληγὰς ὅσας παρ' ἐμοῦ. Paulo supra (p. 648, 1) μένοι ἂν πόρρω τῆς σῆς οἰκίας recte scriptum est. — ρ, 475. Νοθεύονται ς'. (Nempe vs. 475—480; quae Ulixes Antinoo imprecatur:

ἀλλ' εἴ που πτωχῶν γε θεοὶ καὶ Ἐρινύες εἰσίν,
Ἀντίνοον πρὸ γάμοιο τέλος θανάτοιο κιχείη,

et Antinoi responsum: ἔσθι' ἕκηλος, ξεῖνε, καθήμενος, ἢ ἄπιθ' ἄλλῃ et quae sequuntur.) πῶς γὰρ (ἂν) ὁ Ἀντίνοος ἐκαρτέρησεν ἐπὶ ταῖς κατάρξεις, ὃς ἐπὶ τοῖς ἐλάττοσιν οὕτως ἠγρίαινε; πῶς τε συναλγοῦσιν αὐτῷ (Ulixi) οἱ λοιποὶ εἰ τοιοῦτος ὢν οὕτω κατηρᾶτο πικρῶς; [1]) quemadmodum paulo post ex iisdem codicibus (H et Vindobon. 133) recte editum est in athetesi ad vs. 501—504, meliore tantum interpunctione adiuvanda: νοθεύει Ἀρίσταρχος δ'. πῶς γὰρ ἂν ταῦτα εἰδείη; εἰ μή πως κατὰ τὸ σιωπώμενον. — σ, 269, ubi ad ea, quae Penelope Eurymacho de mandatis mariti domo iamiam discessuri refert: αὐτὰρ ἐπὴν δὴ παῖδα

1) Idem nunc Cobetus quoque reposuit Mnemos. N. S. Vol. VII, Pars IV (1879) pag. 441.

γενειήσαντα ἴδηαι, || γήμασθ' ᾧ κ' ἐθέλῃσθα adnotatur: ἐν ᾧ προτρέπει, ἐν τούτῳ ἀποτρέπει· γραῦς γὰρ (ἂν) τότε ἐγένετο. — χ, 240: οὐκ ἀληθῶς εἰς χελιδόνα μετεβλήθη ἡ θεός, οὐδὲ Ἑρμῆς ὁ λόγος ὄρνιθι ἐοικὼς οὐδὲ ἡ αἰθυίῃ εἰκυῖα Λευκοθέα, οὐδὲ ὁ Πρωτεὺς πῦρ ἐγένετο· ἔκαυσε γὰρ (ἂν) τὸν Μενέλαον, ubi ἂν video iam adiecisse Struvium (Dind. Praef. p. LXIX), sed simul et aliud hinc vitium tollendum olim dixi, et ipsum e pervulgatissimis. Etenim qui revera Ἑρμῆς ὁ λόγιος θεὸς audit, fere semper in Scholiorum codicibus et editionibus, ut nostro loco factum est, Ἑρμῆς ὁ λόγος pessime dicitur. — Et α, 226, — ut tandem aliquando ad primum librum, unde digressi sumus, reditus fiat, — quaerit Minerva e Telemacho: εἰλαπίνη ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν. Ad haec Scholion: εἰλαπίνη ἡ πολλῶν εὐωχία. -- ἔρανος ἡ ἐκ κοινῶν εὐωχία. -- εἰ γὰρ ἦν ἔρανος, Φειδωλῶς ἤσθιον ὡς ἴδια ἐσθίοντες. Forte fortuna eadem paraphrasis ad praecedentem versum relata est in Heidelbergensi (P), ubi recte et ordine scribitur: εἰ γὰρ ἦν, Φησίν, ἔρανος, Φειδωλῶς ἤσθιον ἂν ὡς ἴδια ἐσθίοντες, unde liquido constat necessariam particulam, qua omissa sensus ruit, librariorum socordia in pluribus codicibus (BMQ) esse omissam, non scriptoris, quo confidentius talia et in caeteris reponamus.

Simul et hoc ex exemplis supra scriptis apparet, notissimum sane, particulam ἂν saepissime absorptam esse a praecedenti γάρ, ut rari admodum in nostris loci sint, ubi γὰρ ἂν sine labe evaserit, quod i. a. factum est ad γ, 106, ubi Nestor Telemacho exponit, quot quantosque labores Graeci in obsidenda Troia pertulerint, ἠμὲν ὅσα ξὺν νηυσὶν ἐπ' ἠεροειδέα πόντον || πλαζόμενοι κατὰ ληΐδ', κτλ. Recte haec adiecta sunt, — enarrator inquit — οὐκ ἂν γὰρ τοσοῦτον ὑπέμειναν τοὺς πόνους, ubi et notandus locus est quem ἂν occupat et οὐκ ἂν γὰρ τοσοῦτον χρόνον ὑπέμειναν τ. π. scriptum oportet. Bellissimum autem vitiorum hoc genus specimen habemus in antiquo Scholio ad γ, 255, — sive Aristonici est sive Herodiani, — ad hunc Homeri versum: ἦ τοι μὲν τάδε καὐτὸς οἴεαι ὥς κεν ἐτύχθη. Dubitabant veteres grammatici, utrum crasis in καὐτὸς resolvenda esset in καὶ αὐτός an in κε αὐτός. Herodianus, Ptolemaeum Ascalonitam secutus auctorem, κε inesse censebat, errore ut mihi quidem videtur, sed est hic sive error sive opinio omnium Aristarcheo-

rum. Herodiani sententiam habemus in eius animadversione ad Iliad. Z, 260: ἔπειτα δὲ καὐτὸς ὀνήσεαι, αἴ κε πίησθα. Ad haec Herodianus: δε καὐτός: τοῦτο διχῶς ἀναγινώσκεται. ὅσοι γὰρ ἡγοῦνται ἐγκεῖσθαι τὸν κέ ἐγκλιτικόν, ῥωννύουσι τοῦ δέ τὴν ὀξεῖαν, ὡς καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης· οὕτως γὰρ καὶ τὸ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ἀναγινώσκει „ἤτοι μὲν τόδε καὐτὸς οἴεαι." ὅσοι δὲ τὸν καί κατὰ κρᾶσιν καὶ ἔκθλιψιν, καὶ αὐτός — καὐτός, ἐγκλίνουσι τὸν δέ. Componamus cum his ea, quae ad nostrum locum (γ, 255) in HM adscripta sunt: καὐτός: τὸ πλῆρές ἐστι τῆς συναλοιφῆς κέν ἀντὶ τοῦ δή. τὸ δὲ ὅμοιον ἐν Ἰλιάδι (Z, 260) „ἔπειτα δέ καὐτὸς ὀνήσεαι", quae sunt, ut apparet, τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν, sed et hoc apparet, quam emendate in optimis codicibus, Harleiano et Marciano, haec ultima scripta sint indeque edita pro: κέ ἀντὶ τοῦ ἄν. Illud enim certum est, opinor, et apud Aristonicum, — ad Δ, 176 notantem: καί κέ τις ὧδ' ἐρέει: ἤτοι ὅτι (praestaret ὅτι ἤτοι, quod habet editio Dindorfiana, sed iure Friedländer confert simillimum ad B, 488) ὁ κε περισσὸς ἢ τὸ ῥῆμα ἐνήλλακται, ἐρέει (multo malim κε ἐρέει) ἀντὶ τοῦ εἴποι ἄν, et ad N, 127: -- ὅτι δὶς παρείληφε τὸν σύνδεσμον, ἄν καὶ κέν, — et apud Aristarchum et omnino apud veteres grammaticos κέ vel κέν idem valere ac ἄν, quod si est, cum adfirmativa vocula δή adversa fronte pugnat et statuendum scribas etiam optimorum codicum solenni modo in formis literarum prope similibus — ΔΗ pro ΑΝ — titubasse. Rem ut persequar, ex Aristonici quoque nota ad hunc eundem Iliadis versum, de quo et Herodianum egisse vidimus: ὅτι τὸ πλῆρές ἐστι κε αὐτός. Ὁμηρικὸν δὲ τὸ τὸν κε περιττὸν εἶναι, — ex huius igitur nota duo conficimus. Nam si conferatur cum Aristoniceis ad Υ, 311. ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἦε σαώσεις: ὅτι περισσὸς ὁ κέν, καὶ ἔστι τὸ ἑξῆς, ἢ ἐρύσεις ἢ αὐτὸν ἐάσεις. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀναγνώσεις, ὅτι „πρῶτον μέν, ἔπειτα δέ καὐτὸς ὀνήσεαι," (Z, 260) „μάλιστα δέ καὐτὸς ἀνέγνω." (N, 734, ubi eadem sed brevius,) — quae si, inquam, cum nostro Scholio conferantur, palam est et in ea re, de qua hic sermo fuit, (καὐτός apud Homerum esse κε αὐτός non καὶ αὐτός), Aristarchum ipsum esse τὸν πατέρα τοῦ λόγου, et ea quae Scholion nostrum praebet ob verborum conformationem magis etiam Aristonici videri quam Herodiani.

Atque hi fere loci sunt, ubi ἄν male videtur deësse, praeter eos quos praeterea et alia graviore corruptela urgeri post apparebit. Multo minor eorum numerus est ubi ἄν invita grammatica superest, quippe in tota Scholiorum farragine duos tantum notavi. Primum tenemus in alia nota ad hunc ipsum versum γ, 255, de quo supra multis egimus. Verba nempe Homerica ἤ τοι μὲν τάδε καὐτὸς ὀΐεαι κτλ. in B (Ambros. 99) sic paraphrasi redduntur: ὑπολαμβάνεις ὃν τρόπον γεγόνασιν [ἄν] τὰ περὶ τοῦ Αἰγίσθου, ubi ἄν, — „soloece positum," iudice Dindorfio, App. p. 749, — expungendum arbitror, ex -σιν quod praecedit fortasse dittographia repetitum, nisi quis existimet Scholiastam Homerica ὥς κεν ἐτύχθη adeo ad verbum reddere voluisse, ut ne soloecismum quidem reformidaverit. Alter legitur ad ι, 297 seqq.

αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωψ μεγάλην ἐμπλήσατο νηδὺν
ἀνδρόμεα κρέ' ἔδων καὶ ἐπ' ἄκρητον γάλα πίνων
κεῖτ' ἔντοσθ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων.

Ad haec est in Q: εἰς ἔμφασιν τοῖς παρατατικοῖς κέχρηται ἀδιαλείπτως ἐσθίοντος καὶ πίνοντος. καὶ τὸ „ἀνδρόμεα" μεῖζον τοῦ ἀνθρώπεια, καὶ τὸ „κεῖτο" ἐμφαντικῶς. οὐ γὰρ [ἄν] ἐκ προνοίας ἀνεκλίθη, ἀλλὰ κατηναγκασμένην ἀνατροπὴν σημαίνει τὸ ῥῆμα. Et hic abundare ἄν per se patet.

Sed iam ad Porphyrianam ζήτησιν redeundi tempus est, in cuius fine unum adhuc minutum mendum corrigam. Postquam ostendit, verba „πίνοντά τε τερπόμενόν τε" non esse τῆς εὐχῆς μέρος, τῆς δὲ πρὸς τὸν 'Οδυσσέα πατρικῆς ξενίας ὑπόμνησις (p. 45 l. 22), itaque et illa „τοῖος ἐὼν οἷόν μιν τὰ πρῶτ' ἐνόησα," non votum spectare, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἡλικίας ἀκμαλέον, οἷος ὤφθη ἐλθὼν τότε, (p. 46 l. 2 seqq.), ita hanc explicationem concludit: ἐνθάδε μὲν οὖν τοιούτου ὀφθησομένου χρεία (nempe armatum ac terribilem)· ἐπὶ δὲ οἴκῳ τῷ ἡμετέρῳ ἐνόησα πίνοντά τε τερπόμενόν τε. Non intelligo hic ἐπὶ δὲ οἴκῳ τῷ ἡμετέρῳ, intelligerem ἐν δὲ οἴκῳ. Sed quoniam in H est: ἐγὼ δὲ οἴκῳ, fortasse et hoc vocabulo servato scribendum: ἐγὼ δ' ἐν οἴκῳ τ. ἡμ. ἐνόησα πίνοντά τε, ut apud Homerum: οἷόν μιν ἐγὼ τ. πρ. ἐνόησα || οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ.

Paulo graviora vitia insunt in eiusdem quaestione secunda,

ad *α*, 259 adscripta. *'Ανωτέρω μὲν γράψαντες*, inquit, *λελύκαμεν τὸ τοῦ „σταίη πήληκα καὶ δύο δοῦρε," ὅπερ ἐστὶ τὸ πρῶτον ζήτημα. νῦν δὲ σκοπήσωμεν πῶς καὶ τὸ δεύτερον τὸ τοῦ „παρ' Ἴλου Μερμερίδαο,"* quae sententia non videtur exitum invenire, quippe quae in his: *σκοπήσωμεν πῶς κ. τ. δεύτερον,* verbum post *πῶς* necessarium, — *λύσομεν* vel simile quid, — desideret. Non amplius desiderabit, si mutato tantum accentu scribamus: *νῦν δὲ σκοπήσωμέν πως καὶ τὸ δεύτερον*, quemadmodum v. c. apud Platonem in Phaedone c. XV (p. 70c) Socrates inquit: *σκεψώμεθα δὲ αὐτὸ τῇδέ πῃ κτλ.*, et ita demum recte sequitur apud nostrum: *καί φαμεν οὑτωσὶ λύοντες* caet., quemadmodum praecesserat *ἀνωτέρω μ. γράψαντες λελύκαμεν*. Ne in duabus sententiis deinceps idem verbum *λύειν* compareret, sic variare maluit.

Rem, de qua hic agit, iam in superiore quaestione (ad vs. 255) tetigerat Porphyrius. *εἰ γὰρ ὁ Ἶλος θεοὺς σεβόμενος, — „θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας"* in Homero est v. 263, — *τὸ θανάσιμον φάρμακον οὐκ ἔδωκεν* (Ulixi), *ὁ δοὺς 'Αγχίαλος ὁμολογουμένως ἂν εἴη ἀσεβής*. Sed non est ita, Porphyrio iudice, atque illud *„θεοὺς νεμεσίζετο"* Ilus praetendebat tantum. Namque *εἰ ἦν ἀσεβὲς τὸ διδόναι, ἀσεβὲς ἦν καὶ τὸ κεκτῆσθαι*, attamen venenum possidebat et Ilus ipse. *'Αλλ' ὁ μὲν Ἶλος οὐκ ἔδωκε, τοὺς θεοὺς φάμενος* (praetendens) *εὐλαβεῖσθαι, ὁ δὲ 'Αγχίαλος ἔδωκεν, οὐδὲ εὐλαβήθη [πρὸς] τὴν δόσιν, ὅτι οὐδὲ τὴν κτῆσιν.* Qui cum omnibus aliis scriptoribus, nec hic solum sed et in caeteris eius operibus, *εὐλαβεῖσθαι* semper recte cum accusativo struxit, et cum de personis sermo est et cum de rebus vita carentibus, [1]) eum non puto semel hic a consuetudine recepta deflectere voluisse, sed aut *πρός* esse inducendum, aut iterum in encliticum *πως* mutandum. [2])

1) Adscribam fidei faciendae causa locos aliquot ex libris *περὶ ἀποχῆς*. Lib. I c. 8: *εἰ δὲ πάντες ἐδύναντο βλέπειν ὁμοίως καὶ μνημονεύειν τὸ συμφέρον, οὐδὲν ἂν προσεδέοντο νόμων, ἀλλ' αὐθαιρέτως τὰ μὲν εὐλαβοῦντο, τὰ δὲ ἔπραττον*, quo loco omnino cum Nauckio expungenda sunt *τῶν ἀπειρημένων* post *τὰ μέν εὐλ.* et *τῶν προστεταγμένων* post *ἔπραττον*. — Lib. I. c. 35: *καὶ εὐλαβητέον τὴν ἐκ τῆς πείρας μάχην*. — Lib. I c. 42: *καὶ ἡμεῖς οὖν (οὖν ἄν?), φασίν, ἐὰν εὐλαβηθῶμεν βρῶσιν, ἐδουλώθημεν τῷ τοῦ φόβου φρονήματι*. — Lib. I. c. 53: *καθόλου δὲ ὀρθῶς ὁ 'Επίκουρος ἔφασκεν εὐλαβητέον εἶναι τροφὴν κτλ.* — Lib. II c. 61. *μήτε κινδύνους τοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν εὐλαβούμενον κτλ.* Sed nolo iam plura exscribere in re manifesta.

2) *Πρός* insiticium esse etiam eo confirmatur, quod, si genuinum foret, necessario esset

Alia igitur fuit causa, — Porphyrius pergit, — cur Ilus Ulixi venenum negaverit, Anchialus tribuerit. Etenim hic ei amicus erat, ille non erat. *ὧν γὰρ ἡ κτῆσις οὐκ ἄδηλος, οὐδὲ ἡ τούτων μετάδοσις πλημμελής, εἰ φίλοι εἶεν οἱ λαμβάνοντες· καὶ ὧν ἡ κτῆσις εἰς τὰς ἀνάγκας οὐκ ἀσεβής, τούτων ἡ μετάδοσις τοῖς ἄγαν φίλοις οὐ νεμεσητή.* Manifesto mendosum est *ἡ κτῆσις οὐκ ἄδηλος*, quae neque dici neque cogitari potest. Nam etiamsi *δήλη* et *ἄδηλος κτῆσις* idem significarent ac *φανερὰ* et *ἀφανής*, — eo significatu quo apud Athenienses dicebatur *φανερὰ οὐσία* et *ἀφανής*, — quod non potest, vel sic tamen quod editur nunc absurde dictum foret, ineptissima copulatione et comparatione instituta inter *κτῆσιν οὐκ ἄδηλον* et *μετάδοσιν οὐ πλημμελῆ*. Quae quis sibi *palam*, non *clam* paraverit, num eorum cum amico communicatio necessario *iusta* est ac *pia?* Argumentorum tenor alia omnia requiri ostendit. Quae cuiquam ipsi parare *licet*, ea cum amico communicare nefas esse nequit. Itaque corrigamus: *ὧν γὰρ ἡ κτῆσις οὐκ ἄδικος, οὐδὲ ἡ τούτων μετάδοσις πλημμελής, εἰ φίλοι εἰσὶν* — nam sic pro *εἶεν* scribi oportet — *οἱ λαμβάνοντες*, et notemus, *ἡ κτῆσις οὐκ ἄδικος* et *οὐδὲ ἡ μετάδοσις πλημμελής* ita sibi invicem respondere, ut in sequenti membro *ἡ κτῆσις οὐκ ἀσεβής* ad amussim respondet his: *τούτων ἡ μετάδοσις οὐ νεμεσητή.* Eandem sententiam nunc quoque bis expressam esse apparet verbis paululum tantum immutatis ex constanti Porphyrii consuetudine,

qui variare cupit rem *prodigialiter* unam.

α, 262. Plura animadvertenda sunt in alia Porphyrii quaestione, quam contractam complures Codices (EHMQD) exhibent,

---

repetendum ante *τὴν κτῆσιν*. Id ipsum fieri oportet in Scholio male ad *δ*, 824 relato, cum — iam Buttmanno verissime observante, — ad vs. 830 pertineat, ubi Homerus de Penelope somniante imaginemque sororis adloquente: *Τὴν δ' αὖτε προσέειπε περίφρων Πηνελόπεια.* Ad haec igitur verba adscriptum est, — vel potius adscribendum est, — scholion in HPT: *τὸ δὲ „τήν" ὡς πρὸς τὴν φανεῖσαν ὄψιν, ἀλλ'* (addit. ex T) *οὐ τὸ εἴδωλον.* Immo: *ἀλλ' οὐ (πρὸς) τὸ εἴδωλον.* Notatur enim constructio *κατὰ σύνεσιν.* Contra ad vs. 838: *ὣς εἰπὸν σταθμοῖο παρὰ κληῖδα λιάσθη || ἐς πνοιὰς ἀνέμων* dicitur, sed nunc in solo P: *ὅτι νῦν περὶ* (*τοῦ* add.) *εἰδώλου ὁ λόγος*, quae sunt ambae Aristonici notae. Iterum *πρὸς* excidit ad *χ*, 236: *τότε λέγεται εἶναι ἑτεραλκὴς ἡ νίκη, ὅταν τὸ ἕτερον μεταστραφῇ.* (H) Corrigendum: *ὅταν (πρὸς) τὸ(ν) ἕτερον μεταστραφῇ*, quod ne sic quidem optime expositum est.

integram fere solus servavit Hamburgensis. Ἐζήτηται πῶς ἐν τῇ Ἰλιάδι οὔτε τοὺς ἥρωάς φ α σ ι χριστοῖς χρῆσθαι βέλεσι· τῶν γὰρ τοξευθέντων πολλοὶ σώζονται· οὔτε τὸν Ὀδυσσέα τόξῳ χρῆσθαί φ α σ ι ν. Ita in epitomes initio. Igitur Porphyrius quae in Iliade geruntur ea fando tantum audiverat? Quod qui mecum absurdum existimat, quoniam in Codicibus nostris φησί, φασί, φαμέν ob compendia male expleta perpetuo de loco certant, bis hic φ η σ ί esse scribendum, — Homerus nempe. — facile mihi dabit. Fidem faciat, si quis adhuc dubitat, initium integrioris disputationis. Διὰ τί οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως — „Iliadem dicit," monente Dindorfio, — χριστοῖς βέλεσιν ε ἶ π ε χρῆσθαι τ ο ὺ ς π ο λ ε μ ί ο υ ς ε ἴ τ ε τ ο ὺ ς π ο λ ε μ ο ῦ ν τ α ς, ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν τοξευομένων διασώζονται καὶ τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἑλλήνων; Quod hic dicitur εἶπε, id in contractiore Scholio per φησὶ redditum fuisse planum est. Sed miserrime laborant ea quae sequuntur. Nam bellissimum sane est illud: χριστοῖς βέλεσι εἶπε χρῆσθαι τ ο ὺ ς π ο λ ε μ ί ο υ ς ε ἴ τ ε τ ο ὺ ς π ο λ ε μ ο ῦ ν τ α ς, quasi dicas: *hostes sive bellatores!* An igitur optio dabitur inter τοὺς πολεμίους et τοὺς πολεμοῦντας? Et cur Troiani bellatorum nomine indigni censendi erunt? Sed iam missas faciamus argutias et legamus: διὰ τί οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως χριστοῖς βέλεσιν εἶπε χρῆσθαι — malim: κ ε χ ρ ῆ σ θ α ι — (ο ὔ τ ε) τ ο ὺ ς π ο λ ε μ ο υ μ έ ν ο υ ς ο ὔ τ ε τ ο ὺ ς π ο λ ε μ ο ῦ ν τ α ς, quibus accurate respondent quae statim sequuntur: πολλοὶ -- καὶ τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἑλλήνων, oppositione omnibus veteribus usitatissima. Nam ut omittam pervulgatissimum illud Sallustianum: „neque *regerentur* magis quam *regerent* casus" (Iug. I § 5), et post paulo: „animus incorruptus. aeternus -- agit atque *habet* cuncta, neque ipse *habetur*" (II § 3), item simile Ciceronianum: „*Habeo*, non *habeor* a Laide" (Ad Famm. IX, 26 § 6); ne commemorem innumera Graeca, ab Homerico inde: „ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων" usque ad Heracliti, Allegoriarum Homericarum scriptoris ineptissimi, saepius repetitum καταλάμπον φῶς et καταλαμπόμενος τόπος (c. XLVI p. 97 et 98 Mehl.), pauca de multis ex solo Porphyrio exempla excitabo, quae demonstrent quam hoc oppositionis genus huic quoque fuerit adamatum. Ad β, 51 dixit: τ ῷ ἡ γ ε μ ο ν ο ῦ ν τ ι, κἂν ὀλίγον ᾖ, πείθεται τὸ ἡ γ ε μ ο ν ο ύ μ ε ν ο ν πλῆθος. (ita ex HM, p. 80 l. 10, 11 Dind.) In libris περὶ ἀποχῆς habemus: (συν-

θήκη) πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων ὑπὲρ τοῦ μὴ κτείνειν μηδὲ πρὸς ἡμῶν ἀκρίτως αὐτὰ κτείνεσθαι (Lib. I c. 12; p. 51, 23 Nauck.). — καὶ γὰρ φθειρομένων τῶν καρπῶν τοὺς φθείροντας οὐκ ἀποκτείνουσιν (οἱ γεωργοί), (Lib. I, c. 16; p. 54, 11) ubi pro ἀποκτείνουσιν, quod et per se et in mediis futuris absonum est, unice verum est ἀποκτενοῦσιν a Feliciano repertum. — τριῶν —— ὡς καθ' ἕκαστον σκοπὸν τελῶν ὄντων, ἡμῖν τοῦ (τὸ?) τυχεῖν τῆς τοῦ ὄντος θεωρίας τὸ τέλος, τῆς τεύξεως τελούσης τὴν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν σύμφυσιν τῷ θεωροῦντι καὶ θεωρουμένῳ (Lib. I. c. 29; p. 61, 2). — ὅσαι δὲ ψυχαὶ τοῦ συνεχοῦς πνεύματος οὐ κρατοῦσιν, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ καὶ κρατοῦνται, δι' αὐτὸ τοῦτο ἄγονταί τε καὶ φέρονται λίαν κτλ. (Lib. II, c. 38; p. 107, 22). — οἶδεν δὲ ἐπὶ τῶν ζῴων τὰς ὠδῖνας ὁ σύνοικος, καὶ συνωδίνει γε τὰ πολλά, ὥσπερ καὶ ἀλεκτρυόνες· τὰ δὲ καὶ συνεκλέπει, ὡς ταῖς περιστεραῖς οἱ ἄρρενες· καὶ τόπου προνοεῖ, οὗ μέλλουσι τίκτειν. καὶ γεννῆσαν ἕκαστον ἐκκαθαίρει τὸ γεννώμενον καὶ ἑαυτό. (Lib. III c. 10; p. 134, 9), ubi equidem praetulerim: καὶ γεννῆσαν ἕκ. ἐκκαθαίρει τὸ γεννώμενον ὡς καὶ ἑαυτό.

Sed haec iam sufficiant ad fulciendum illud: οὔτε τοὺς πολεμουμένους οὔτε τοὺς πολεμοῦντας [1]). Nunc ad caetera huius

1) Verba ipsa leguntur Scholl. ad Iliad. Z, 480 ex Veneto B: οὐκ ἀεὶ πολεμεῖσθαι καὶ πολεμεῖν εὔχεται, ἀλλ' ἐν μόναις ἄριστον εἶναι ταῖς χρείαις, et, ne quis testem ex antiquioribus requirat, Demosthenes in tertia Oratione contra Philippum, § 9: τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ τῶν ἀναλισκομένων χρημάτων πάντων Φίλιππος ὠνεῖται, αὐτὸς μὲν πολεμεῖν ὑμῖν, ὑφ' ὑμῶν δὲ μὴ πολεμεῖσθαι. Sed utilius admonebo idem mihi restituendum videri apud Heraclitum qui dicitur in Allegoriis Homericis c. XXXI i. f., ubi postquam multis scilicet argumentis probare conatus est Martem allegorice dici pro bello, totum locum his verbis concludit: ὥστ' ἐναργέσι τεκμηρίοις καὶ διὰ τῶν κατὰ μέρος ἐδείξαμεν, οὐ τὸν Ἄρην τετρωμένον ὑπὸ Διομήδους ἀλλὰ τὸν πόλεμον. Scio equidem Heraclitum istum non reformidare calamistros et tinnitus orationis, at πόλεμος τετρωμένος non mihi tantum nimia audacia sive potius ineptissima dictum videtur, sed etiam Mehlero, V. Cl. in editione sua ἀλλὰ τοὺς πολεμίους coniicienti, quod in Scholiorum editione probavit nunc Dindorfius (ad E, 336, t. III p. 245). Recte habet: ὁ Ἄρης οὐδέν ἐστιν ἄλλο πλὴν ὁ πόλεμος, recte etiam ἐπιθέτοις γὰρ ἁρμόζουσι πολέμῳ κέχρηται (Homerus) μᾶλλον ἢ θεῷ, peius iam (in fine capitis XXXII) ἐκ δευτέρου δὲ πάλιν, ὁμοίας ταραχῆς ἀναφθείσης, ἔδοξεν ὁ Ἄρης ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου λελύσθαι, τουτέστιν ὁ πόλεμος, quae Mehlerus etiam alias ob causas damnavit. Sed utut hoc est, tam inepte sublime vel ventosum tamen non est quam id de quo agimus, pro quo non cum Mehlero τοὺς πολεμίους legerim sed: ——— ἐδείξαμεν οὐ τὸν Ἄρην τετρωμένον ὑπὸ Διομήδους, ἀλλὰ τὸ πολεμούμενον.

Scholii non minus corrupta nos convertamus. Καὶ διὰ τί — quaerere pergit — ἐν μὲν τῇ Ἰλιάδι οὐδ' ὅλως — sic, recte Codex, quod Prellerus imperite legit οὐδὲ ὡς (Dind. App. p. 737) — τόξῳ χρώμενον ποιεῖ τὸν Ὀδυσσέα, — — ἐν μέντοι τῇ Ὀδυσσείᾳ „φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενον" ἀπελθεῖν πρὸ τοῦ ἀπόπλου τοῦ εἰς τὴν Ἴλιον αὐτόν φησιν „ὄφρα οἱ εἴη ἰοὺς χρίεσθαι," καὶ τυχεῖν ..... παρὰ Ἀγχιάλου, „ἀλλὰ πατήρ οἱ δῶκεν ἐμός," κτλ., ubi nihil aliud obliteratum esse potest quam τούτου, ut sit: καὶ τυχεῖν τούτου παρὰ Ἀγχιάλου. Respondetur: ῥητέον οὖν ὅτι ταῦτα πάντα πρὸς κατασκευὴν τοῦ μεγίστου ἀγῶνος τῆς μνηστηροφονίας, αὐτὸς μὲν γυμναζόμενος ἐν ..... ἵνα φανῇ τηρῆσαι τὴν ἰδίαν ἕξιν κτλ., quae ita supplenda esse: αὐτὸς μὲν γυμναζόμενος ἐμφανίζεται, ἵνα κτλ. iam dixi in Observatt. p. 39. Haec igitur causa est cur in Odyssea tantum Ulixes et iaculandi arte praestans et venenatis sagittis utens inducatur, ἵνα φανῇ τηρῆσαι τὴν ἰδίαν ἕξιν, et cur in ea una venenatarum sagittarum mentio fiat, ἵνα συμβαίνῃ λέγειν αὐτῷ „βάλλε τιτυσκόμενος, τοὶ δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον." (χ, 118). Contra est in Iliade: ὅταν οὖν τὰ βέλη ἐν τῇ Ἰλιάδι κοινοτέρως πικρὰ καὶ πευκεδανὰ λέγῃ καὶ ἐχεπευκῆ, πάντως διὰ τοῦ φαρμάκου κεχρῖσθαι ἀκουστέον· οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο ἐν τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ ἐπεσημήνατο, διὰ δὲ τὸ τὰς ἐξ αὐτῶν πληγὰς ἐπωδύνους οὔσας (Cod. ὄντας), καθὰ καὶ τὸν πόλεμον πευκεδανὸν ἔφη καταχρηστικῶς, ἐπώδυνον βουλόμενος ἐμφανίσαι. Quam absurda et malesana! Atque in priore quidem sententiae parte praeter alia perverse scripta ipsa negandi particula οὐ deëst, de quo mendi genere postea plura exempla dabuntur. Nam prorsus contraria requiri eorum quae edita sunt, quivis rationis non plane expers sponte videat. Itaque verum erit: ὅταν οὖν τὰ βέλη ἐν τ. Ἰλιάδι κ. πικρὰ — — λέγῃ καὶ ἐχεπευκῆ, πάντως οὐ διὰ τὸ φαρμάκῳ κεχρῖσθαι ἀκουστέον, atque ita demum intelligetur: οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο ἐν τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ ἐπεσημήνατο. Quae sequuntur eiecto τὸ sic sunt constituenda: διὰ δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν πληγὰς ἐπωδύνους οὔσας, nam et haec necessario ab ἀκουστέον pendent, sed mutata constructionis forma. Simplicius dictum foret: οὐ διὰ τὸ φαρμάκῳ κεχρῖσθαι ἀκουστέον, διὰ δὲ τὸ τὰς ἐξ αὐτῶν πληγὰς ἐπωδύνους εἶναι, sed maluit Porphyrius de more exquisitius dicere οὐ διὰ τὸ — κεχρῖσθαι, διὰ δὲ τὰς — —

πληγὰς ἐπ. οὔσας, sed in hac mutatione. ut dixi, iterato articulo τό iam nullus locus est, quo amoto tota sententia, integra nunc ut spero, ita legatur: ὅταν οὖν τὰ βέλη ἐν τῇ Ἰλιάδι κοινοτέρως πικρὰ καὶ πευκεδανὰ λέγῃ καὶ ἐχεπευκῆ, πάντως (οὐ) διὰ τὸ Φαρμάκῳ κεχρῖσθαι ἀκουστέον· οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο ἐν τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ ἐπεσημήνατο· διὰ δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν πληγὰς ἐπωδύνους οὔσας, καθὰ καὶ τὸν πόλεμον πευκεδανὸν ἔφη καταχρηστικῶς, ἐπώδυνον βουλόμενος ἐμφανίσαι.

α, 279. σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι. — Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα — Scholiasta ait nescio quis — περὶ τῆς κτήσεως ἦν καὶ τῶν μνηστήρων καὶ τῆς μητρός, τὰ δὲ ἑξῆς πρὸς αὐτὸν μόνον, ὅσα ἔμελλεν ὠφεληθήσεσθαι ἐκ τῆς ἀποδημίας συντυχὼν τοῖς πρεσβυτέροις ἀνδράσι. (EMQT). Alienum, quin etiam subabsurdum videtur mihi περὶ τῆς κτήσεως. Nihil minus quam matri μνηστῆρας κτᾶσθαι cupiebat Telemachus; sibi vero matrem κτᾶσθαι incredibile dictu est quam sit ridiculum. Suspicor scribendum esse minima mutatione: τὰ μὲν γὰρ πρῶτα περὶ τῆς χρήσεως ἦν καὶ τῶν μνηστήρων καὶ τῆς μητρός, id est: τὰ μὲν πρῶτα ἡ Ἀθηνᾶ παρῄνεσε, πῶς αὐτὸν δεῖ χρῆσθαι κ. τ. μνηστῆρσι κ. τ. μητρί, eodem significatu, quo Xenophon consimili vocabulo χρεία usus est et alibi et in Memorab. II, IV § 1: ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ (Socrates) καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου ἐξ ὧν ἔμοιγε ἐδόκει μάλιστ' ἄν τις ὠφελεῖσθαι πρὸς φίλων κτῆσίν τε καὶ χρείαν.

Ad α, 284 revocat nos iterum ad se Porphyrius; nam prolixum Scholion (p. 51, 21—p. 54, 8 Dind.), quod servaverunt nobis H a manu secunda et Parisinus D, nullius nisi Porphyrii esse mihi persuasum est et in altera huius opusculi parte demonstratum dare conabor. Scatet hoc, ut in omnibus longioribus Scholiis usu venire solet, plurimis et gravissimis corruptelis. Οὐκ ἀποδέχονταί τινες — inquit — τῆς Ἀθηνᾶς τὴν ὑποθήκην ἐκπεμπούσης Τηλέμαχον, ὅτε ἦν ἐν μεγίστοις κινδύνοις ἡ οἰκία, πρὸς τὴν ἄπρακτον ζήτησιν τοῦ πατρός, τῶν μνηστήρων ἑτοίμων ὄντων καὶ βίαν προσφέρειν τῇ Πηνελόπῃ διὰ τὴν πολυχρόνιον μνηστείαν, τῆς δὲ οἰκίας οὐκ ἐχούσης τὸν προϊστάμενον ἄνδρα· καὶ ὅμως ὑπ' αἰτίας οὔσης τῆς συμβουλῆς οὐκ ὀκνεῖ ἡ Ἀθηνᾶ

λέγειν „σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι," ἐπαινοῦσα ὡς σοφὴν τὴν τοιαύτην παραίνεσιν. Non multis verbis opus esse arbitror ut persuadeam coniunctim esse scribendum: καὶ ὅμως ὑπαιτίου οὔσης τῆς συμβουλῆς. Nempe deae consilium non *reprehensum est*, — debuerat certe ὑπ' αἰτίᾳ, — sed *reprehensioni ansam dare* poterat iudice Porphyrio, quam vanam esse et praeposteram suo more, id est operose ac laboriose, sic ostendit. Patris investigatio — inquit — πάρεργον tantum est peregrinationis Telemachi, vera causa alia est. Φαίνεται τοίνυν Ὅμηρος ἀδύνατον νομίσαι ἄνδρα ὑπὸ γυναικὶ τεθραμμένον -- καὶ ἐν οἴκῳ κατακεκλειμένον πλήρει ὑβριστῶν ἀνθρώπων, ἐν θεραπαινίσι τε ἀσελγέσιν ἐναυξόμενον --- μηδὲ μετασχόντα ἀνδρῶν καὶ ἀγωνιάσαντα· ἐν ὅσαις ἀδημονίαις γέγονε Τηλέμαχος προσιέναι μέλλων Νέστορί τε καὶ Μενελάῳ καὶ Ἑλένῃ· Φαίνεται οὖν μήτοι ἂν δυνηθῆναι νομίσαι ἀρετῆς ἄλλως πως μετασχεῖν. In his primum mutavi interpunctionem, nam verba ἐν ὅσαις ἀδημονίαις --- καὶ Ἑλένῃ parenthetice esse collocata praecedentium exemplis confirmandorum causa et per se patet et comprobatur solenni post talia repetitione primarii verbi: Φαίνεται οὖν. Praeterea praetulerim Φαίνεται οὖν μήτι ἂν δυνηθῆναι νομίσαι eodem iure quo paulo post (p. 52, 18) Dindorfius bene correxit: μή τί γε παρὰ τῶν συστρατευσάντων πυθόμενος περὶ τῶν ἐκείνου πράξεων, pro μήτοι γε, quod D, μὴ τοίνυν, sine γε, quod H habet. (Praef. p. XXXIV).

Sed haec minuta sunt, videamus graviora. Totam hanc argumentationis partem ita concludit. εἰ μὲν ἡ πρόφασις ἐξέτασιν εἶχε πατρὸς ἐπανόδου, σκοπὸς δ' ἦν ταύτης παίδευσις, ἀφ' ἧς τὸ κλέος ἐν ἀνθρώποισι γίνεται, εἴη ἂν θεία ἡ παραίνεσις καὶ τῇ Ἀθηνᾷ πρέπουσα, ubi necessario οὖν inserendum est in oratione concludentis: εἰ μὲν (οὖν) ἡ πρόφασις ἐξέτασιν εἶχε κτλ. -- εἴη ἂν θεία ἡ παραίνεσις. Contra μένων δ' ἐν Ἰθάκῃ ἀπαίδευτος --- ἄξιός τε οὐκ ἂν τοῦ πατρὸς ἐγένετο μή τί γε παρὰ τῶν συστρατευσάντων πυθόμενος περὶ τῶν ἐκείνου πράξεων· διὸ καὶ συνεῖναι αὐτῷ ἐλθόντι [κωλυόμενος] πεπαίδευται ἤδη. Monstra hic loqui videtur Porphyrius. Potuit dixisse, etsi nec verum est nec accurate expressum, πεπαίδευται Telemachus, συνεῖναι αὐτῷ, — i. e. patri, — κωλυόμενος, sed κωλυόμενος συνεῖναι αὐτῷ ἐλθόντι de Telemacho et Ulixe prorsus perversa

sunt. Itaque optimum factu erit, illud *κωλυόμενος*, — pro quo D vel intricatius *καὶ κωλυόμενος* offert, — cum non molestum tantum sit sed et perversum, tanquam inutile orationis fulcrum e textu eiicere, ab iis insertum qui, cum non perspexissent *συνεῖναι αὐτῷ ἐλθόντι* pendere a verbo *πεπαίδευται*, infinitivum suo scilicet participio destitutum esse noluerunt. Plane contra Porphyrii mentem, iis quae statim adiungit praecedentia sic interpretantis: *διὸ καὶ συνεῖναι αὐτῷ ἐλθόντι πεπαίδευται ἤδη καὶ οἶδε πῶς προσενεχθῇ τῷ πατρὶ ἀφ' ὧν ἀκήκοε περὶ αὐτοῦ διηγημάτων.* Omnino plura sunt in hac disputatione otiose illata, quae cum non minus quam quod modo expunxi *κωλυόμενος* sententiarum nexum egregie perturbent, nunc ordine indicabo expungenda. Aliquot sententiis intermissis, ad quas mox mihi redeundum erit, ita ratiocinatur Porphyrius, ut dicat, quam in concione causam peregrinandi perhibeat Telemachus, quaeque post reditum consilia aperiat:

εἰ μέν κεν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσω
ἦ τ' ἂν τρυχόμενός περ ἔτι τλαίην ἐνιαυτόν, κτλ. (*β*, 218, 219).

ea igitur omnia ita esse composita ut, cum etiam e procorum re esse videantur, his non modo non suspiciosa sit eius peregrinatio sed vel optabilis. *Οὕτως τοίνυν ἡ ὑπόθεσις ὡς καὶ αὐτῶν ἐπὶ συμφέροντι γενομένης τῆς ἀποδημίας πεπεῖσθαι δοκούντων [ὅτι τέθνηκε], καὶ πρῶτα μὲν ὅτι οὐκ ἀποδημήσει ἐλπιζόντων, ἔπειτα δ' εἰ καὶ ἐκτελέσειε τὴν ὁδόν, ὅτι πεισθήσεται ὅτι τέθνηκεν αὐτῷ ὁ πατήρ, πεισθεὶς δὲ τὴν μητέρα ἐκδώσει, μηδὲν ἐγχειρεῖν ἐποίει τῶν ἀτόπων εἰς τὸν οἶκον· ἔπειτα δ' οὐκ ἦν σκοπὸς βιάσασθαι τὸν γάμον· οἱ γὰρ ἄλλοι ἠμύναντ' ἂν τὸν βεβιασμένον· ἀλλ' ἀποκριθῆναι ὑπὸ τῆς μνηστευομένης [τῶν γονέων] αὐτὸς ἕκαστος ἠξίου, ἵν' οὕτως οἱ λοιποὶ παύσωνται τῆς μνηστείας.* Paulo intricatior est sententiae structura, itaque statim interpolata est. Nam verba *ὅτι τέθνηκε* et cur perperam addita sint et unde venerint et quam revera totam sententiam pessumdent, quis est qui non sentiat admonitus? Quare enim Telemachi peregrinatio *procis* quoque prodesse visa esset (*ὡς καὶ αὐτῶν ἐπὶ συμφέροντι γενομένης τῆς ἀποδημίας*), si *iis* persuasum esset, Ulixem fato iam esse functum? Immo vero optabant, *Telemacho* ex peregrinatione hoc persuasum iri. (*ὅτι πεισθήσεται ὅτι τέθνηκεν αὐτῷ ὁ πατήρ*). Praeterea, cur sic nude *ὅτι τέθνηκε*, cum

aliquot versibus infra demum plene sequatur patris appellatio? Sed vel nimis hoc est argumentorum. Eiecto emblemate verba sunt ita struenda: *οὕτως τοίνυν ἡ ὑπόθεσις* (sc. *τῶν μνηστήρων*) *πεπεῖσθαι δοκούντων ὡς καὶ αὐτῶν ἐπὶ συμφέροντι γενομένης τῆς ἀποδημίας, καὶ -- ἐλπιζόντων --- μηδὲν ἐγχειρεῖν ἐποίει -- εἰς τὸν οἶκον.* Neque minus reliqua laborant. Sperant proci, *non* Telemachum non esse profecturum, — cur, cum eius profectio iis quoque prodesse dicta sit? — sed eum ex peregrinatione longinqua et periculosa fortasse non esse *reversurum*: *ὅτι οὐκ ἐπιδημήσει.* Etenim sic ratiocinantur: aut non redibit Telemachus, aut redux de patris interitu non amplius dubitabit. [1]) Et hic unde vitium natum sit patet. Porro quid est: *ἀλλ' ἀποκριθῆναι ὑπὸ τῆς μνηστευομένης αὐτὸς ἕκαστος ἠξίου*? Unusquisque procorum cupiebat, non *respondere*, opinor, — nam hoc est apud sequiores *ἀποκριθῆναι* pro Atticorum forma *ἀποκρίνασθαι* — sed caeteris a Penelope *praeferri*. Scripsit itaque Porphyrius: *ἀλλὰ προκριθῆναι ὑπὸ τῆς μνηστευομένης*, quod probabit, — si in re tam manifesta etiam probatione opus est, — Porphyrius ipse, ad *α*, 332 scribens: *ἕκαστος τῶν μνηστήρων αὐτὸς κριθήσεσθαι νυμφίος ὑπολαμβάνων ἐκώλυε τὸν πέλας βίαιόν τι δρᾶν* (p. 59, 32), et *ἐπιεικῆ δὲ πρὸς ἐκείνην* (*ἑαυτὸν* add.) *ἐπιδείκνυσιν, ἵνα προκριθῇ.* (p. 60, 1.) Simul haec probant nostro loco etiam *τῶν γονέων* male esse interpolatum (cfr. et p 58, 24), adiectum fortasse ab aliquo ob Homericum *οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἕεδνα*, (*α*, 277) sed certe non ex mente Porphyrii. Unam adhuc in sequentibus indicabo interpolationem, minus molestam prioribus, sed non minus ridiculam: *ὡς γὰρ τὰ τελευταῖα, ὅτε ἐπανῄει* [*τε καὶ ἐπανῆλθεν*], *ἐπιβουλεύοντες διετέλουν, οὕτως ἂν παρόντι καθ' ἡμέραν τὴν πεῖραν προσλαβόντες* (multo praestat: *παρόντα καὶ καθ' ἡμέραν τ. π. προσλαβόντες* nisi quis *παρόντος καθ' ἡμ. τὴν πεῖραν προσλαβόντες* malit) *ἔδρασαν ἄν τι τῶν ἀνηκέστων.* Omittit D verba: *τε καὶ ἐπανῆλθεν*, et sunt hercle absurda. Verum undenam tandem natum putemus ineptum emblema? Nempe scriba codicis Harleiani — vel fortasse iam eius archetypi — exemplum suum literis maiusculis sine dubio scriptum male legit; *ἐπανήγει* dedit, cum *ἐπανῄει*

---

1) Contrario errore peccatum est ad *α*, 328, a Buttmanno correctum.

deberet, quod correxit Dindorfius, confirmavit postea Parisinus (D), deinde, ne omnino nihil diceret, verba a me eiecta infersit de suo [1].

Satis est hoc interpolationum in una disputatione, opinor. Itaque ad alia nos convertamus, vestigia nostra recolentes. Nam in praecedentibus tria nondum sustulimus menda, quorum unum gravissimum esse videtur. *Τόν τε περὶ τῆς μητρὸς Φόβον καὶ ὅλως τῶν* (l. *τὸν*) *περὶ τοῦ οἴκου τὸ μέν τι ἡ Πηνελόπη ἐξέλυσεν ἱκανὴ οὖσα περιγενέσθαι τῷ Φρονήματι τῆς τῶν μνηστήρων ἀνοίας, τὸ δέ τι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἠσφαλίσατο, τὸν δῆμον ἐπαναστῆναι συμβουλεύσασα κατὰ τῶν μνηστήρων διὰ τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ὧν δρῶσιν εἰς τὴν οἰκίαν μηνύσεως, --- ὥστε πῶς ἔλαβε τὸ μέγεθος τῆς τῶν μνηστήρων ἀδικίας καὶ δημηγορήσαντος Τηλεμάχου τοσαύτη ἐπιστροφὴ γίνεται ὥστε ἐπειπεῖν ὡς „οἶκτος δ' ἕλε λαὸν ἅπαντα".* Ne vitiosum *ἐπαναστῆναι* commemorem, ruit sententia in his: *ὥστε πῶς ἔλαβε*, nam quis hic interrogativae particulae locus? Itaque Dindorfius „verba non integra" sibi videri significavit. At dissentire licebit. Si quid horum intelligo, nihil deëst et perexigua tantum mutatio loco integritatem suam et perspicuitatem restituet. Porphyrius dixit: *τὸ δέ τι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἠσφαλίσατο, τὸν δῆμον ἐπαναστῆσαι συμβουλεύσασα κατὰ τῶν μνηστήρων διὰ τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν -- μηνύσεως, --- ὥστε πᾶς ἔλαβε τὸ μέγεθος τῆς τῶν μνηστήρων ἀδικίας κτλ.* Qui ad δ, 841 *καθ' ἦν ἄρα* dederunt pro: *καθ' ἣν ὥραν* scribae (cfr. Praef. p. LIII), eosdem hic *πᾶς* depravasse in *πῶς* non est quod miremur. Quod *λαμβάνειν* adhibuit Porphyrius pro: *perspicere*, *mente concipere*, *cogitatione amplecti*, de quo nonnemo dubitare possit, sanissimum est. Quemadmodum Aeschylus tragica magniloquentia dixit (Prometh. vs. 887):

ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς ὃς
πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,

sic caeteri *θυμῷ λαβεῖν τι* dixerunt, ut Pindarus (Olymp. VIII, 6), *νόῳ* vel *Φρενὶ λαβεῖν*, ut Herodotus (III, 41, 51; IX, 13), similiterque aliquoties Xenophon, frequentissime omnium Plato.

---

1) Verba *τε καὶ ἐπανῆλθεν* absunt quidem a D, optime, sed idem mox omittit *τὴν πεῖραν*, sine quo vocabulo sententia stare nequit, incertum an casu vel quod scriba Parisini, et hic correctorem agens, haec omisit, ut ratio dativi *παρόντι* constaret scilicet.

Apud Xenophontem habemus Cyrum rogantem: ἦ καὶ δύναιτ' ἂν — — εἷς λόγος ῥηθεὶς αὐθημερὸν αἰδοῦς μὲν ἐμπλῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουσάντων — — — προτρέψαι δὲ ὡς χρὴ — — λαβεῖν — — ἐν ταῖς γνώμαις βεβαίως τοῦτο, ὡς αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνήσκειν μᾶλλον ἢ φεύγοντας σώζεσθαι; (Cyrop. Lib. III, c III § 51.), nec multum aliter est in Hipparchico: πρὸς δὲ τούτοις κἂν ἐκεῖνο λάβωσιν εἰς τὴν γνώμην κτλ (VI, § 6.) E compluribus qui huc faciunt locis Platonicis unum tantum e alterum testem adhibeamus. Legitur Legg. X, p. 898e: διανοήματι λάβωμεν αὐτοῦ πέρι τὸ τοιόνδε, legitur in Phaedro p. 246d: τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς — — λάβωμεν, estque in Protagora, p. 314b: ἀνάγκη — — τὸ μάθημα ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ λαβόντα καὶ μαθόντα ἀπιέναι ἢ βεβλαμμένον ἢ ὠφελημένον, ubi si quis verba καὶ μαθόντα ut praecedentium glossema eiicienda censeat, non vehementer equidem repugnem. Certe synonyma sunt. Posteriores hac significatione nonnunquam nudum λαμβάνειν usurpare coeperunt, praeëunte quodammodo ipso Platone, ut et e loco Phaedri modo allegato patet et e Theaeteto p. 208d: Λαβὲ δὴ οὗ χάριν εἴρηται. ἔστι δὲ ὅπερ ἄρτι ἐλέγομεν, ὡς ἄρα τὴν διαφορὰν ἑκάστου ἂν λαμβάνῃς ᾗ τῶν ἄλλων διαφέρει, λόγον, ὥς φασί τινες, λήψει. De quo usu dixit aliquid Wesselingius ad Diod. Sic. Libr. XIII, 14: γυναῖκές τε γὰρ καὶ παρθένοι καὶ οἱ ἐν ταῖς ἡλικίαις τὴν ἐν τῷ πολέμῳ χρείαν παρέχεσθαι μὴ δυνάμενοι, τοῦ παντὸς πολέμου τὴν κρίσιν λαμβάνοντες, μετὰ πολλῆς ἀγωνίας ἀπεθεώρουν τὴν μάχην, et Lib. XVII, 82 i. f. σαφὲς δ' οὐδὲν ἐκ διαστήματος ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ καπνῷ δηλουμένων τῶν κωμῶν, ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες οὗ κατοικοῦσιν [ἐφιστάμενοι], quod ultimum verbum Wesselingius in ἐπιστάμενοι mutabat, mihi utro modo scribatur delendum videtur, collata, quam iam Wesselingius indicavit, Curtii narratione (VII, III § 15.): „Sed tanta caligo erat, ut *aedificia nulla alia res quam fumus ostenderet*.' Sed proxime ad nostri loci sententiam accedit illud e Leocratea, ubi orator de veteribus priscisque legumlatoribus haec nobilissima dicit: ἐκεῖνοι γὰρ οὐ τῷ μὲν ἑκατὸν τάλαντα κλέψαντι θάνατον ἔταξαν, τῷ δὲ δέκα δραχμὰς ἔλαττον ἐπιτίμιον· — — — ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν. οὐ γὰρ πρὸς τὸ ἴδιον ἕκαστος αὐτῶν

ἀπέβλεπε τοῦ γεγενημένου πράγματος, οὐδ' ἐντεῦθεν τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτημάτων ἐλάμβανον, ἀλλ' αὐτὸ ἐσκόπουν τοῦτο, εἰ πέφυκε τὸ ἀδίκημα τοῦτο ἐπὶ πλεῖον ἐλθὸν μέγα βλάπτειν τοὺς ἀνθρώπους. (§ 65 et 66, p. 156 Steph.) Sic igitur et Porphyrius πᾶς ἔλαβε τὸ μέγεθος τῆς τῶν μνηστήρων ἀδικίας optime Graece expressit.

Unum adhuc Scholio depravatissimo vitium inest, idque ad tollendum molestissimum. Totam disputationem Porphyrius ita concludit: διὰ πάντων οὖν φαίνεται ἡ ἀποδημία ἀναγκαία καὶ κρείττων καὶ πολλῷ ἀσφαλεστέρα τῆς ἐν Ἰθάκῃ ἐκδιηγήτου μετὰ [τῆς] [1]) τῶν μνηστήρων διατριβῆς. In his quid sibi vult ἐκδιηγήτου? Alienum est et quantum sciam ne Graecum quidem. Et male habuit cum Dindorfium, ter (Add. p. 758 et Praef. p. xxxv Ind. s. v. p. 817) „vocabulum corruptum" esse adnotantem, tum scribam Codicis D, verbum quod expedire non poterat simpliciter omittentem. Me quoque diu torsit nec nunc evidenti ratione ex vitiosa scriptura elicere possum, quod Porphyrium dedisse firmiter persuasum habeam. Non reticebo tamen coniecturam, quae etiamsi incertior sit, alium ad veriorem certioremque proferendam impellat. Porphyrii manus fortasse haec est: φαίνεται ἡ ἀποδημία --- πολλῷ ἀσφαλεστέρα τῆς ἐν Ἰθάκῃ ἐκδιαιτήτου μετὰ τῶν μνηστήρων διατριβῆς. Verbum ἐκδιαιτᾶσθαι, notissimo Thucydidis loco (I, 132) de Pausania usurpatum a patrio victu cultuque ad barbarorum luxum desciscente, apud sequiores latiorem notionem induit, ut significet „luxu perverti et corrumpi et a communi vivendi ordine et more recedere," monente Küstero ad Suidam s. v. iisdemque verbis ante eum Salmasio in adnott. ad Aelium Spartianum p. 25. Similiter posteriores substantivum ἐκδιαίτησις adhibent, — in nonnullis Suidae codicibus itidem in ἐκδιήτησις depravatum, — cuius usus non opus est Suidam ipsum (s. vv. ἐκδιαίτησις et Ὄθων) aliosque infimae aetatis Graeculos fideiussores dare, cum vox apud Plutarchum (v. c. Cat. Mai. c. 16; Agid. c. 3; Mor. p. 493) non infrequenter compareat. Substantivum ἐκδιαιτητής semel legitur, adiectivum ἐκδιαίτητος, nusquam mihi lectum,

1) τῆς in neutro codice (DH) obvium eiiciendum esse iam dixi in Observatt. p. 38 not.

tamen secundum analogiae leges formatum est. Quidni igitur potuit Porphyrius dixisse: *ἡ ἐκδιαίτητος μετὰ τῶν μνηστήρων διατριβή*, eo sensu quo saepius *ἐκδεδιῃτημένος βίος* dicitur, quemadmodum de eadem re eodem fere modo exposita Heraclitus *καί τις αὐτὸν* (Telemachum) — inquit — *ὑπέδραμε τῶν γιγνομένων λογισμός, ὡς οὐκ ἔτι χρὴ διακαρτερεῖν ἐπὶ τῇ τετραετεῖ τῶν μνηστήρων ἀσωτίᾳ.* (c. LXI, p. 123 Mehl.) Quae tamen si cui audacior videtur coniectura, redimam alia emendatione ex earundem literarum permutatione stabilienda, qua non est alia certior. Decantatis his ex Iliad. A, vs. 18 seqq:

ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι·
παῖδα δ' ἐμοὶ λῦσαί τε φίλην τά τ' ἄποινα δέχεσθαι,

hoc Scholion adscriptum est in Cod. B: — *ἅπασαν οὖν αὐτῶν ἐπιθυμίαν πληρωθῆναι ἐπεύχεται, τὴν παῖδα πρὸ ὀφθαλμῶν βλέπων αἰχμάλωτον. καλῶς δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν λυγρῶν ἤρξατο, ἵνα μὴ μᾶλλον αὐτοὺς ἀπηνεστέρους ποιήσῃ. ἡ ἀνάγκη δὲ αὐτὸν ποιεῖ καὶ τοὺς οἰκείους* (*τοῖς οἰκείοις* recte Villoisonus correxit) *ἐπαρᾶσθαι.* Sic fideli concordia cum Bekkero Dindorfius. At bonus Chryses nihil dixit quod Graecis *λυγρὸν* videri possit, et quae ipsi fortasse *λυγρὰ* esse poterant, ea et Scholiastes verbis elevat et in ipso initio posita sunt. Quid multa? Legendum est: *καλῶς δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν λύτρων ἤρξατο, ἵνα μὴ μᾶλλον αὐτοὺς ἀπηνεστέρους ποιήσῃ.* Non ab ipsa re incipit sed prooemio utitur, quo hostes sibi reddat propitiores.

α, 332. Porphyrio auctore *αἰτιᾶται ἐκ τῶν ἐπῶν τούτων Δικαίαρχος τὴν παρ' Ὁμήρῳ Πηνελόπην. - - - οὐδαμῶς γὰρ εὔτακτον εἶναί φησι τὴν Πηνελόπην, πρῶτα μὲν ὅτι πρὸς μεθύοντας αὕτη* (sic D, in H — nam in his duobus tantum codicibus hoc Scholion servatum est — expedire haec non potuit Cramerus, sed *αὐτὴ* malim) *παραγίνεται νεανίσκους, ἔπειτα τῷ κρηδέμνῳ τὰ κάλλιστα μέρη τοῦ προσώπου καλύψασα τοὺς ὀφθαλμοὺς μόνους ἀπολέλοιπε θεωρεῖσθαι. περίεργος γὰρ ἡ τοιαύτη σχηματοποιΐα καὶ προσποίητος, ἥ τε παράστασις τῶν θεραπαινίδων ἑκάτερθεν εἰς τὸ κατ' ἐξοχὴν φαίνεσθαι καλὴν οὐκ ἀνεπιτήδευτον δείκνυσι.* Graves hercle criminationes, quas videamus quomodo diluat Porphyrius. *Φαμὲν οὖν* — inquit — *ὅτι τὸ καθόλου ἔθος ἀγνοεῖν ἔοικεν ὁ*

Δικαίαρχος. Quid sit hic τὸ καθόλου ἔθος nemo facile dixerit, et si inverso ordine intelligamus καθόλου τὸ ἔθος, sententia quidem evadit sed inepta et a Porphyrii mente abhorrens. Non enim Dicaearchus, si Penelopen in iuvenum temulentorum convivium intrantem culpavit, ideo morum consuetudinumque *omnium* plane ignarus esse arguitur, sed, Porphyrio saltem iudice, ex ea criminatione apparet ὅτι τὸ καθ' Ὅμηρον ἔθος ἀγνοεῖν ἔοικεν ὁ Δικαίαρχος. Etenim σύνηθες παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν εἰσιέναι συμπόσια, quod exemplis ex Homeri carminibus petitis, Aretes Helenaeque, deinceps comprobatur. Sexcenties ἔθος Ὁμηρικόν, ἔθος Ὁμήρειον, ἔθος ἐστὶν Ὁμήρῳ sive τῷ ποιητῇ commemorantur. Dabo pauca exempla ex ingenti copia, et ut in re nota, ex Scholiis ad Odysseam tantum petita. Legitur statim in vicinia, ad α, 337; ad β, 115; ad γ, 103 (ubi in eadem re et Ὁμηρικὸν δέ ἐστι τὸ ἔθος et Ὁμηρείῳ ἔθει dictum est); ε, 336 (ἔθος τε Ὁμήρῳ κτλ.); η, 40 (ἔθος τῷ ποιητῇ); θ, 166; κ, 189 (ὑπό τινος --- ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος, ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ γάρ.) caet. Paraphrasis τὸ καθ' Ὅμηρον ἔθος aliis locis in Scholiis mihi non lecta est, sed quemadmodum Aristonicus recte dixit (Scholl. ad Iliad. Θ, 16): πρὸς τὴν καθ' Ὅμηρον τοῦ κόσμου τάξιν, idemque: οὐκ ἔστι τῆς καθ' Ὅμηρον Ἰάδος τὸ ψιλοῦν τὰ τοιαῦτα (Λ 589), et (Ο, 587) γίνεται δὲ τὸ ὑπερβατὸν οὐ καθ' Ὅμηρον, similiaque bene multa, ita et quod nunc reponendum duxi quin bene dictum sit nemo opinor in dubium vocabit, praesertim cum hic proprie non tam de *Homerica* quadam consuetudine sermo sit, quam de ea, quae *Homericorum heroum aetate* viguisse sit existimanda. Hoc tantum occasione data addo, periphrasticum κατά in nostris satis esse frequens, non tantum in his quale est: ἡ κατὰ Ῥιανόν, κατ' Ἀντίμαχον, κατ' Ἀριστοφάνη (ἔκδοσιν), οἱ κατ' Ἀρίσταρχον similibusque pervulgatissimis, sed et in aliis quoque, quorum unum afferam ut mendo liberem. Ad δ, 333 dicitur: ὁ μὲν γὰρ Νέστωρ ὡς ἂν ἐκ πολλοῦ ἀφιγμένος καὶ τῶν κατὰ τοὺς μνηστῆρας οὐκ ἀνήκοος πυνθάνεται τοῦ τρόπου τῆς ἐπηρείας „εἰπέ μοι ἠὲ ἑκὼν ὑποδάμνασαι," ὁ δὲ Μενέλαος πρῶτον πυνθανόμενος σχετλιάζει. (Q) Ut haec Graeca sint, corrigatur sive: πυνθάνεται περὶ τοῦ τρόπου τ. ἐπηρείας, ut praepositionis sigla casu tantum omissa esse

videatur, sive: τὸν τρόπον τ. ἑ. Nunc ad Porphyrium redeo Dicaearchi crimen diluentem.

Pergit: τό τ' αὐτουργεῖν ἐλευθέριον μάλιστα εἶναι ἐδόκει τοῖς παλαιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ πλυνοὺς μὴ ὄνειδος εἶναι τὰς τῶν βασιλέων ἀπιέναι θυγατέρας καὶ εἰς ὑδροφορίαν καί τινας τοιαύτας ἰσοδουλικὰς [τὰς] νῦν ἀποβεβλημένας διακονίας. Ad haec Dindorfius: „suspectum ἰσοδουλικὰς, ubi δουλικὰς dicendum erat, et supervacaneum τάς. Sensus requirit καί τινας τοιαύτας ὡς δουλικὰς νῦν ἀποβεβλημένας διακονίας" (Praef. p. xxxvj), recte, nisi quod ἰσοδουλικὰς non tentaverim, cum ἰσόδουλος extet. Sequitur: τῇδε (δὲ ins.) καὶ τὸ παῦσαι ἄλλως οὐκ ἐνῆν τὸν ᾠδὸν μὴ αὐτῇ δεηθείσῃ καὶ μετὰ δακρύων ἱκετευούσῃ, ubi neque δέ abesse potest et cur exciderit palam est. Post pauca (p. 60 l. 4 seqq.): τὸ δὲ „ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα" οὐκ ἔτι τὸ αὐτὸ τῷ „αὐτίκα δ' ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν || ὡρμᾶτο"· τὸ δὲ κρήδεμνον οὐκ ἦν προσώπου περίβλημα, ἀλλὰ κεφαλῆς. Multum praestat: οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ τῷ et: τὸ γὰρ κρήδεμνον οὐκ ἦν προσώπου περίβλημα ἀλλὰ κεφαλῆς.

Difficilior paulo res est in iis quae haec excipiunt, quamobrem integra apponenda erunt, quo liberius rectiusque super ea quae proponam lectoris iudicium sit. Ὡς οὖν τὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν, ἣν κρήδεμνον ἔφη, ταῖς χερσὶν ἐφελκυσαμένη τὰ δάκρυα ἀποκαλύπτειν ἐβούλετο καὶ ἀποψᾶν τῷ κρηδέμνῳ τὰ δάκρυα. τὸ οὖν „ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα" οὐ τὴν περιβάλλουσαν δηλοῖ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς παρείας, μόνους τοὺς ὀφθαλμοὺς δεικνῦσαν, ἀλλὰ τὴν ἐφελκύσασαν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ κρήδεμνον, καὶ γυμνώσασαν μὲν τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον δείξασαν, κρατοῦσαν δὲ ἐν ταῖς χερσὶ πρὸ τῶν παρειῶν τὰ δάκρυα, ὥσπερ καὶ Τηλέμαχος δακρύων τὴν χλαῖναν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνίσχει. De his, quae sic edita Harleiani lectionem repraesentant, ita disputat Dindorfius in Praefatione: „haec non integra. Nam neque ὡς habet quod ei respondeat et suspectum est duplex τὰ δάκρυα, quorum prius (ante ἀποκαλύπτειν) si recte habet, altero loco αὐτὰ potius dici debebat. Atque id ipsum habet D, in quo scriptum est τῷ κρηδέμνῳ αὐτὰ ὥσπερ καὶ Τηλέμαχος δακρύων etc. verbis mediis τὰ δάκρυα. τὸ οὖν usque ad πρὸ τῶν παρειῶν τὰ δάκρυα (p. 60 l. 15—21) omissis" (Praef. p. xxxvi). Haec si recte intelligo, Dindorfius Codi-

cis Parisini scriptura Porphyrii manum repraesentari existimat, quae abundantiora in Harleiano leguntur ab altero τὰ δάκρυα ad tertium (p. 60, l. 15—21), ea sequioris cuiusdam additamentum habet. Sed, — dicam verbis Herodiani (ad Iliad E, 76) quod pace summi viri dictum esto —, ἔστι μὲν οὖν ὃ λέγει πιθανόν, - - - οὔ γε μὴν ἀληθές. Nam primum nota res est scribas propter ὁμοιοτέλευτον quaedam omittere solere etiam cum sententiae detrimento; eosdem propter eandem causam copiosas sententias infercire, minus opinor pervulgatum est. Deinde verba a Dindorfio suspicione notata omnia stili Porphyriani impressa vestigia habent, ut aegre tantum iis carere cogamur. Et, quod gravissimum, ne iis quidem eiectis tollitur difficultas quam Dindorfius de vocula ὡς movit, non habente „quod ei respondeat." Esto, legatur auctore Codice D: ὡς οὖν τὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν - - - ταῖς χερσὶν ἐφελκυσαμένη τὰ δάκρυα ἀποκαλύπτειν ἐβούλετο καὶ ἀποψᾶν τῷ κρηδέμνῳ αὐτά, ὥσπερ καὶ Τηλέμαχος δακρύων τὴν χλαῖναν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνίσχει. Num sic ὡς minus molestum erit? Sequenti ὥσπερ certe respondere non potest, nam οὕτως oportebat esse. At equidem omnia alia de hoc toto loco statuenda opinor. Primum ὡς mihi nihil offensionis habere videtur, cum ex pervulgato Graecitatis more participiis iunctum de *externa rei specie*, de *consilio*, de *opinione* ponatur, ὡς οὖν τὴν καλύπτραν ἐφελκυσαμένη τὰ δάκρυα ἀποκαλύπτειν ἐβούλετο, cuius usus etsi ferme putidum est exempla afferre velle, tamen unum adiiciam, ut sit instar omnium. Graeci apud Xenophontem septem dies a Carduchis male habiti tandem in planitiem descendunt et suavi laborum praeteritorum memoria se oblectant. Etenim ἑπτὰ ἡμέρας - - - ἔπαθον κακὰ ὅσα οὐδὲ τὰ σύμπαντα ὑπὸ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους. ὡς οὖν ἀπηλλαγμένοι τούτων ἡδέως ἐκοιμήθησαν. (Anab. IV, III, 2.) Sed alia sunt quae me in hac Porphyrianae disputationis parte advertant. Nempe totum locum accurate considerantibus prorsus idem bis dici apparet verbis non admodum diversis, primo brevius, deinde uberius, atque ita ut brevior uberiorque sententia eodem fere modo incipiant (ὡς οὖν — τὸ οὖν), nullo transitionis vinculo inter se connexae. Quod cum etiam in Porphyrio non ferendum esse videatur, suspicor non longiorem sententiam, quod Din-

dorfius voluisse videtur, sed breviorem illam, quae est in D (p. 60 l. 13—15) e textu eiiciendam esse, quo facto adhibi tis quas supra proposui correctionibus omnia cohaerebunt oI time. Τὸ δὲ „ἄντα παρειάων κτλ." οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ τῷ „αὐτίκ --- ὡρμᾶτο". τὸ γὰρ κρήδεμνον οὐκ ἦν προσώπου περίβλημα ἀλλὰ κεφαλῆς, ὥς πού φησι (Il. Ξ, 184) „κρηδέμνῳ δ' ἐφι περθε καλύψατο δῖα θεάων, || καλῷ νηγατέῳ, λευκὸν δ' ἦν ἠέλ ος ὥς." Τὸ οὖν „ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα" ι τὴν περιβάλλουσαν δηλοῖ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς παρειάς, μόνα τοὺς ὀφθαλμοὺς δεικνῦσαν, ἀλλὰ τὴν ἐφελκύσασαν ἀπὸ τῆς κ φαλῆς τὸ κρήδεμνον, καὶ γυμνώσασαν μὲν τὴν κεφαλὴν καὶ ι πρόσωπον δείξασαν, κρατοῦσαν δὲ ἐν ταῖς χερσὶ πρὸ τῶν πα ρειῶν τὰ δάκρυα κτλ. Quod in his aliquando vitiosum putaba κρατοῦσαν τὰ δάκρυα, et in κρύπτουσαν mutandum, nur non sollicitandum existimo, satis defensum Xenophonteo: κα ἅμα ταῦτα λέγων πολὺ ἔτι μᾶλλον ἐκρατεῖτο ὑπὸ τῶν δα κρύων. (Cyrop. V, v § 10.) Quae eiicienda proposui, ea no aliunde adscita mihi videntur, verum ipsam esse Porphyrii sei tentiam puto in brevius contractam, quod in longe plurimis ei disputationibus et ad Iliadem et ad Odysseam usu venit, ι aut in iisdem codicibus aut in aliis eadem eius observatio dι plici forma adsit et integra et compendifacta; qua de re et al dixerunt et nos uberius agemus in altera huius opusculi part Harleianus igitur, ut est meliore fide, utramque coniunxit pr ut fortasse iam in ipsius archetypo aut conglutinatae eran aut altera in interiore, altera in exteriore margine appict Parisinus alterutram abundare recte perspiciens, unam suppre sit, sed sive casu sive perversa opinione ductus, integriorer Quae si probabiliter disputata sunt, confirmatur id, quod iam : Observatt. (p. 32 seqq.) posueram, et Harleianum (H) et Parisinu (D) ex eodem vel certe simillimo archetypo fluxisse lace: vitiisque inquinato, quae omnia scriba Codicis H optima fi ut potuit repraesentavit, qui D exaravit rodere maluit et p: suo captu corrigere scilicet.

Multo faciiius est lacunam parvam, quae est in huius ζητ ματος fine, sarcire, unde iterum confirmantur quae supra p sita sunt. Demonstravit in praecedentibus Porphyrius, qu Penelope faciat, eam haec omnia lacrimas occultandi studio fi

cere, quemadmodum Ulixes fecit in convivio Phaeacum. εἰ δὲ Ὀδυσσεὺς ἀνὴρ ὢν ᾐδεῖτο κλαίων φαίνεσθαι ἐν συμποσίῳ καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκάλυπτε καὶ τὸ πρόσωπον, πῶς οὐκέτι μᾶλλον ἡ παρὰ αὐτῷ παίδευσις .... αἰσχύνη ἐπὶ ἀνδρῶν οὐ σφόδρα καθεστηκότων. Post παίδευσις Cramerus, quod repetivit Dindorfiana editio: „nullum hic in H finis Scholii indicium, sed vacuum spatium dimid. lin." Suaviter! Quicunque autem neque παίδευσιν flentem vel non flentem concoquunt, neque quid αἰσχύνη ἐπὶ ἀνδρῶν οὐ σφόδρα καθεστηκότων sic nude positum sibi velit intelligunt, non gravabuntur, spero, mecum restituere Porphyrii manum hancce: εἰ δὲ Ὀδυσσεὺς ἀνὴρ ὢν ᾐδεῖτο κλαίων φαίνεσθαι ἐν συμποσίῳ καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκάλυπτε καὶ τὸ πρόσωπον, πῶς οὐκέτι μᾶλλον ἡ παρὰ (l. παρ') αὐτοῦ παιδευθεῖσ(α γυνὴ κλαίειν vel δακρύειν) αἰσχύνεται ἐπὶ ἀνδρῶν οὐ σφόδρα καθεστηκότων; In lacuna explenda ipsa verba quis praestet? Caetera vero et totus sententiae tenor satis certa esse arbitror. Qui sciam, rogas? Est in Ambrosiano E prolixae nostrae disputationis particula, versui 334 adscripta. Ea igitur haec habet. τὸ ἄντα παρειάων σχομένη" οὐ πάρεργον (immo περίεργον, ut p. 59, 7), ἀλλὰ δηλαδὴ καθελοῦσα τῆς κεφαλῆς μετὰ χειρῶν εἶλε· καὶ ἄλλως παρ' Ὀδυσσέως ἔμαθε κρύπτειν ἐν συμποσίοις τὸ δάκρυον. ἀλλ' οὐδὲ τῆς στάσεως τῶν θεραπαινῶν ἡ κατάστασις· ὑποφαίνει γὰρ τῆς δεσποίνης τὴν κατάστασιν. Satin certa haec sunt? Sed simul extrema e Codice E, ut alia in his Scholiis quamplurima, documento sunto, quam foede contractis corruptisque in plerisque Scholiis laciniis utamur. Nunc integra disputatione forte fortuna superstite, his tuto carere poteramus, sed cum adsint, illa duce monstra et portenta epitomes quodammodo procurare licebit. Quid sit ἡ κατάστασις τῆς στάσεως τῶν θεραπαινῶν (ad quae Buttmannus ex superioribus πάρεργος intelligendum censebat, ut aliqua saltem inesset sententia, licet et hoc vocabulum correctione indigeat,) nemo facile dicat, neque magis, quae sit κατάστασις ὑποφαίνουσα τῆς δεσποίνης τὴν κατάστασιν. Homo scripsisse videtur: ἀλλ' οὐδὲ ἄνευ προφάσεως τῶν θεραπαινῶν ἡ κατάστασις· ὑποφαίνει γὰρ τῆς δεσποίνης τὴν σωφροσύνην, quae Porphyrii sententiam non male referunt. Sed ad hanc ut revertamur, nunc quid Parisinus D pro ver-

bis Harleiani *παίδευσις ...... αἰσχύνη* praebeat videamus. Is autem habet „*παιδευθεὶς αἰσχύνομαι* sine lacuna", (Praef. p. xxxvij) unde quae reposuimus *παιδευθεῖσα* et *αἰσχύνεται* certo certius fiunt, nam hoc ex compendio tantum male a librario expleto perversum est. Caeterum quae de utriusque Codicis cognatione et olim et nunc monuimus, ea egregie ut dixi nostri loci et vitio et medela confirmantur. Erant sine dubio post *παιδευθεισ*, — antiquo more *παιδευθισ* scriptum, — nonnulla quae neuter librarius discernere poterat. Qui Harleianum exaravit iis quae expedire nequibat spatium vacuum reliquit, Parisini scriba lacunam dissimulare maluit.

α, 366. Proci Penelopes forma obstupefacti *πάντες δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι*, cuius versus haec est paraphrasis in B (Ambros. 99): *ἤτοι μετὰ ταῦτα τοῦ κοιμηθῆναι ηὔξαντο, ἐπεὶ ἐθαύμασαν αὐτὴν ἰδόντες*. Ut haec aliquid significent, priora sic sunt scribenda: *ἤτοι μετὰ ταύτης* [*τοῦ* del.] *κοιμηθῆναι ηὔξαντο*.

α, 374. Telemachus procis iratus intonat:

ἵν' ὑμῖν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποείπω,
ἐξιέναι μεγάρων· ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαῖτας,

et quae sequuntur, quae minaciter ita concludit: *νήποινοί κεν ἔπειτα δόμων ἔντοσθεν ὄλοισθε*. Quaesitum est cur, cum tamen Telemachus procorum petulantiae obsistere nequeat, intempestive indignabundus tam acerbe in eos invehatur. Id autem Scholiastis ideo factum esse videtur: *προλέγων πολλάκις ἀναπολόγητον αὐτοῖς παρίστησι τὴν κατηγορίαν, ὡς καὶ τῷ Αἰγίσθῳ*. (E Q). At Telemachum inter et Aegisthum nulla necessitas interesse poterat, ut alter alterum commonefaceret. Itaque sensu cassa haec erunt, donec in fine duo verba addantur: *ὡς καὶ τῷ Αἰγίσθῳ* (*ὁ Ζεύς*.) Spectant enim Iovis de Aegistho verba in concilio deorum: *ἐπεὶ πρό οἱ* (Aegistho) *εἴπομεν ἡμεῖς*, || *Ἑρμείαν πέμψαντες ἐΰσκοπον Ἀργειφόντην*, || *μήτ' αὐτὸν κτείνειν μήτε μνάασθαι ἄκοιτιν*. (*α*, 37 seqq.) Nec semel hoc factum. Eodem modo ad *β*, 215: *νόστον πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο* in solo Parisino S est: *τὴν ὑποστροφὴν ἀκουσόμενος τοῦ πατρὸς τοῦ ἐπὶ πολὺν χρόνον*, ad quae Dindorfius recte:

„excidit *ἀπόντος*." Reliqua huius generis permulta postea ordine pertractabo.

α, 378. *ἐπιβώσομαι* exponitur *ἐπιβοήσομαι*, --- *ἐπιμαρτύρομαι*, *ἐπικαλέσομαι*, ubi quod medium legitur verbum in *ἐπιμαρτυροῦμαι* refingatur.

Ad *α*, 389 iterum Porphyrii *ζήτημα* est, in tribus Codd. servatum, integerrime in H, minus integre — ut videtur — in D, flagitiose contractum in E, cuius partem iam in Observatt. (p. 45) tetigimus, nunc reliqua persequemur. Summa disputationis haec est. Antinoo Ithacae regnum invidiose Telemacho deprecanti, — *μή σέ γ' ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλῆα Κρονίων || ποιήσειεν, ὅ τοι γενεῇ πατρώϊόν ἐστιν* (vs. 386, 387) — hic ita respondet:

καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος ἀρέσθαι.
ἦ φῂς τοῦτο κάκιστον ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι;
οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ οἱ δῶ
ἀφνειὸν πέλεται καὶ τιμηέστερος αὐτός. (vs. 390—393.)

Haec inversis periodis accipienda vult Porphyrius, — *ἀνεστραμμένης τῆς περίοδου ἀκουστέον*, — ita ut mente praecedant versus 392, 393 (*οὐ μὲν γάρ τι --- τιμηέστερος αὐτός*), versus 390, 391 hos excipiant, (*καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι --- ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι*) nam bis positum *τοῦτο* — inquit — non priora respicit ab Antinoo dicta, quod ineptum foret, sed sequentia: *οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν*. Quae haec excipit argumentatio, ea ita erit constituenda: *Ἐπεὶ γὰρ ὡς ἐν εὐχῇ προήγαγε τὸν λόγον Ἀντίνους „μή σέγ' ἐν ἀμφιάλῳ" κτλ., ἀπευχόμενος διὰ τὸ μῖσος τὴν τεῦξιν τῆς ἀρχῆς, Τηλέμαχος οὐχ ὡς ἐχθροῦ προσποιεῖται τὴν ἀπευχὴν τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ὡς φίλου ὄντος ἀπευχήν τινος κακοῦ·* (*καὶ* add.) *οὐκ ἐλέγχων ὅτι ἐξ ἀπεχθείας πεποίηται τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἀπευχὴν ὁ Ἀντίνους, προσποιούμενος δὲ ὡς ἀπὸ φίλου γενέσθαι κακοῦ παραίτησιν*(,) *δι' εὐχῆς διορθοῦσθαι προσποιεῖται*(?), *ὅτι* [*δὲ* del.] *μὴν τοῦτο θέλει Διός γε διδόντος ἀρέσθαι, τὸ βασιλεῦσαι δηλονότι, ὃ σύ μοι ἀπηύξω κηδόμενος ἴσως ἐμοῦ.* In his primum *ὑποστιγμὴν* posui pro commate post verba: *ἀπευχήν τινος κακοῦ*, tum ante *οὐκ ἐλέγχων* addendum censeo *καί*: sequitur enim alterum argumentationis membrum, cum in praecedentibus ser-

mo sit περὶ τοῦ τί, nunc περὶ τοῦ πῶς, ac primum ponatur tantum, Telemachum sic simulare, quasi Antinoi deprecationem revera ex maligno animo profectam amice dictam acciperet, quibus nunc adiungitur, quomodo fictae benevolentiae vota ironica explicatione callide exploserit, ut dicat: tunc igitur regnum tantum malum existimas, ut me parvulum eius oneris expertem fore cupias? mihi contra non adeo improba merx esse videtur. Operose sane, siquidem Porphyrio non sine magno semper cogitandi enunciandique molimine ab una argumentationis parte ad alteram transire mos est. Mox incisio minor desideratur post παραίτησιν, nec reticeo suspicionem, ultimum verbum in διορθοῦσθαι π ρ ο σ π ο ι ε ῖ τ α ι mihi quidem vitium alere videri. Neque enim Porphyrianum est ter repetitum illud προσποιεῖται, προσποιούμενος, προσποιεῖται brevi spatio interiecto, neque hoc verbum ultimo loco sententiae aptum. Fingebat Telemachus, quo animo Antinoi ἀπευχὴν factam censeret, ipsius Telemachi votum hercle neque fictum neque simulatum erat. Quamobrem Porphyrium dedisse suspicor: Telemachus simulatam Antinoi benevolentiam δι' εὐχῆς διορθοῦσθαι π ρ ο θ υ μ ε ῖ τ α ι. Denique voculam δέ post ὅτι delendam esse etiam Dindorfium statuisse video. in adnotatione dicentem: „δὲ aut delendum aut saltem in καὶ mutandum," quorum illud et ipse amplector, hoc absonum est. Nempe δέ in hac paragrapho errabundam vitam agit bis otiose illatum, et post ὅτι, ut nunc vidimus, et supra (l. 13) post Τηλέμαχος, ubi Dindorfius particulam plane suppressit, lectore tamen in Adnotationibus monito.

Sequentia non minus laborant. Pergit: εἶτα περὶ μὲν τῆς βασιλείας φησὶ μὴ ἀμφισβητεῖν, περὶ μέντοι τοῦ ἑαυτοῦ οἴκου· — — — ὡς τῆς βασιλείας μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ τύχῃ κειμένης, τῶν δὲ κτημάτων ὧν δ έ δ ω κ ε ν ὁ βασιλεὺς ὀφείλοντα κύριον εἶναι ᾧ δ έ δ ω κ ε. Rei natura, credo, suadet: τῶν κτημάτων ὧν λ έ λ ο ι π ε ν ὁ βασιλεὺς ὀφείλοντα κύριον εἶναι ᾧ λ έ λ ο ι π ε.

α, 394. Quod fere accidit, sunt et huius quaestionis Porphyrianae disiecta membra in variis codicibus variis versibus adscripta. Sicut ad versum, quem supra posui, haec sunt in HQ: ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· βασιλεῖς εἰσι πολλοὶ ἐν τῇ ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ, ἤτο

ἐπιτήδειοι εἰς τὸ ἄρχειν· ἀφ' ὧν τίς τὸ βασιλεύειν ἔχει (ἕξει Buttm. ci.) ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς Ὀδυσσέως, διὰ τὸ θανεῖν ἐκεῖνον; ἐὰν ἡμῖν ὁ Ζεὺς δώσει ἔργα παλίντροπα, ἤτοι ἐναντία τῶν πράξεων τῶν μνηστήρων, καὶ βοηθήσῃ, ἐγὼ ἔσομαι ἄναξ τοῦ ἐμοῦ οἴκου καὶ οὐχ ὑμεῖς. Absurde, sed ut nullo negotio verum restitui possit. Fuit: -- ἀφ' ὧν τις τὸ βασιλεύειν ἔχῃ ἐν τ. οἴκῳ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς Ὀδυσσέως, διὰ τὸ θανεῖν ἐκεῖνον· (deleto interrogationis signo) ἐὰν (δ' ins.) ἡμῖν ὁ Ζεὺς δῷσι (cfr. Dind. not.) ἔργα παλίντροπα, --- ἐγὼ ἔσομαι ἄναξ τοῦ ἐμοῦ οἴκου καὶ οὐχ ὑμεῖς.

α, 408. Ad πατρὸς φέρει ἐρχομένοιο haec sunt, fortasse Aristonici: τινὲς γράφουσιν, „οἰχομένοιο". ἄμεινον δὲ εὐφημίζεσθαι τὴν ἄφιξιν τὸν Εὐρύμαχον ὑποθωπεύοντα Τηλέμαχον πρὸς τὸ μαθεῖν περὶ τοῦ ξένου. (EQRS) Ultima duabus literulis auctiora sunto: πρὸς τὸ μαθεῖΝ ΤΙ περὶ τοῦ ξένου. Extrema litera verbi μαθεῖν de more τι absorpsit.

α, 411. Idem Eurymachus de Mente: οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐῴκει. Huius paraphrasis est in S: οὐ γὰρ κατὰ τὴν πρόσοψιν ὅμοιος ἦν τῷ κακῷ. Homo scripserat, opinor, ὅμοιος ἦν τῳ κακῷ.

α, 413. Respondet Telemachus:

Εὐρύμαχ', ἤτοι νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο·
οὔτ' οὖν ἀγγελίῃ ἔτι πείθομαι, εἴ ποθεν ἔλθοι,
οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι, ἥντινα μήτηρ
ἐς μέγαρον καλέσασα θεοπρόπον ἐξερέηται. (413—417.)

Pauca his addit, quis hospes fuerit candide indicans. Super haec Scholiastes nescio quis — laciniae videntur ex ampliore Porphyrii disputatione, — ita commentatus est. Ἡ μὲν ἐρώτησις ἁπλῆ περὶ τοῦ ξένου εἴ τι ἀγγέλλει· ὁ δὲ ἐν κεφαλαίῳ δηλώσας τὸ κεχαρισμένον Εὐρυμάχῳ ταῦτα ἐπάγει, οἷον, ἐάν τις ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς ἀγγελία ἢ μαντεία· αὐτὸς δὲ προσέχειν οὐδενί φησι. διόλου οὖν ἔργον ἐστὶ Τηλεμάχῳ ἐν ῥᾳθυμίᾳ αὐτοὺς διαφυλάσσειν. Servata sunt haec in pluribus Codicibus (EHQSD), sed praesertim quae diductis literis significavi corrupta sine dubio et certe impeditissima.

Quae exscripsi ex Dindorfii emendationibus sunt, Buttmanni humeris ut plurimum nixi. Codices praebent: ὁ δὲ ἐν κεφαλαίῳ δηλώσας τὸ κεχαρισμένον Εὐρυμάχῳ πάντα ἐπάγει, οἷον, ἐὰν (ἂν H) τις ἐλπὶς ἐφ' ἡμᾶς ἀγγελοῦσα μαντείας αὐτὸς δὲ -- φησι. Sic EHQ; nec multo aliter S (Parisinus 2894): -- πάντα ἐποίει. οὕτω μέν τις ἐλπὶς ἐφ' ἡμᾶς ἀγγέλλουσα μαντείας, cum Parisinus D omnia inter οἷον et οὐδενί φησι simpliciter omittat, me quidem iudice ea de causa, quod haec in communi omnium archetypo aut situ et madore evanida aut pallidiere atramento scripta clare discerni non poterant. Sic igitur Codices. Criticorum mutationes obscuro loco non multum lucis attulisse mihi videntur; quid enim lucremur πάντα — quod omnes libri habent — in ταῦτα mutato, quod Buttmanno debetur, prorsus non dispicio, neque magis quid sit μαντεία ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς, nec, si recte haberet, ad quodnam ex praecedentibus verbum referendum sit οὐδενὶ προσέχειν, — haud paulo rectius tamen, ut semper, Buttmannus: ἐάν τις ἔλθῃ ἐλπὶς ἐφ' ἡμᾶς ἐξ ἀγγελίας ἢ μαντείας, — nec quid δὲ post αὐτὸς positum significet, nec quomodo tota periodus struenda sit ullo modo intelligo. Neque tamen haec propterea dico, ac si ipse tenebris a loco dispellendis par sim. Cum sententia etiam ex verbis pessime habitis pelluceat, tentavi: ὁ δὲ ἐν κεφαλαίῳ δηλώσας τὸ κεχαρισμένον Εὐρυμάχῳ, (nempe verbis: ἤτοι νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο) πάντα (? an: πλείω?) ἐπάγει, οἷον, ἐάν τις ἐλπίσῃ εὐφήμοις ἀγγέλοις ἢ μαντείαις, αὐτὸς προσέχειν οὐδενὶ φήσας, eiecto δὲ, quod accessisse potest, postquam φήσας in φησι abiit. Cui correctioni aliquid commendationis accedere potest ex Scholio ad vs. 415, (item ex DEQS) ubi, memorata lectionis varietate εἴ τινα pro ἥντινα (ex Herodiano?), haec leguntur: ἐξεφαύλιζεν (ἐξεφαύλισε δὲ recte D) ὡς γυναικεῖον ὂν (ins. τὸ) ταῖς τοιαύταις μαντείαις πιστεύειν. Sed ne sic quidem mihi satisfeci. Ut unum tangam, deëst, quam tamen omissam esse non est credibile, omnis mentio eorum, quae *in fine* ad ipsam de hospite quaestionem respondit Telemachus. Quamobrem obscurum locum acutioribus commendatum velim.

α, 427. Μερμηρίζων exponitur in EQS: εἰς πολλὰ μέρη με-

ρίζων τὴν ψυχήν, καὶ ἐνθυμούμενος περὶ τῆς ἐσομένης ἐκκλησίας. Ex his EQ habent: καὶ εἰς πολλὰ μέρη κτλ. Itaque fuit: ὡς εἰς πολλὰ μέρη μερίζων τὴν ψυχὴν κτλ.

α, 428. Κέδν' εἰδυῖα dicitur esse: προσφιλῆ, συνετὰ φρονοῦσα. Malim: προσφιλῆ (ἢ) συνετὰ φρονοῦσα.

α, 438. Ad γραίης πυκιμηδέος est in P: καὶ τοῦτο πεπλασμένον .... τῆς, ἤγουν τῆς πυκνὰ καὶ συνετὰ μήδεα ἐχούσης. De his Buttmannus: „quae punctis notavi legere non potui: sed videtur esse ἐστὶν, ut vox τῆς sit delenda." Melius Dindorfius: „fort. συνετῆς", nisi quod et aliud verbum est addendum. Verum erit: καὶ τοῦτο πεπλασμένον (ὄνομα συνε-)τῆς quemadmodum v. c. idem Palatinus ad Εὐρύκλει', Ὦπος θυγάτηρ Πεισηνορίδαο (vs. 429) adscripsit: πεπλασμένα εἰσὶ τὰ παρόντα ὀνόματα, et ad Φρονίοιο Νοήμονα (β. 386) Parisinus S: πεποίηκεν (videtur fuisse ὠνοματοπεποίηκεν Praef. p. XLVII) πλαστὰ ὀνόματα, ne plura adducam in re aperta. Ὄνομα, $\overset{\text{N}}{\text{o}}$ ταχυγραφικῶς scriptum, (cfr. Bast. p. 790, 827) ab ultima syllaba praecedentis vocabuli (πεπλασμένον) esse absorptum sponte patet estque ea res notissima. Itaque satis habebo, si ex permultis locis simili modo sanandis nunc unum excitavero, Heracliti inquam, etiam a Lehrsio (App. ad Herod. Scriptt. tria emend. p. 458) obiter tractatum. Scribit autem Heraclitus, ut demonstret ἥλιος Ἀπόλλων, ὁ δέ γ' Ἀπόλλων ἥλιος, ita: Φοῖβον οὖν, ἀπὸ τῶν ἀκτίνων λαμπρῶν (Codd. λαμπρόν) αὐτὸν ὀνομάζει, τὸ μόνον ἡλίῳ προσῆκον (Codd. etiam Scholiorum ad Iliad. A. 43 et 72 προσόν) ἐξ ἴσου κοινώσας Ἀπόλλωνι (c. VII, p. 12 Mehl.). Codicum lectionem λαμπρόν non sollicitandam fuisse, Mehlerus ipse postea vidit, Praef. p. xj. Sed hoc non satis est. Ne locus hiet, ita est constituendus: Φοῖβον οὖν (ὡς) ἀπὸ τῶν ἀκτίνων λαμπρὸν αὐτὸν ὀνομάζει, τὸ μόνον ἡλίῳ προσῆκον (ὄνομα) ἐξ ἴσου κοινώσας Ἀπόλλωνι [1])

1) Bis haec Heraclitea in Scholiis ad Iliad. servata sunt, ad A, 43: Φοῖβον οὖν αὐτὸν ὀνομάζει ἀπὸ τῶν ἀκτίνων λαμπρὸν ὄντα (unde iam insertum a me ὡς satis stabilitur), τὸ μόνον ἡλίῳ προσὸν ἐξ ἴσου κοινώσας Ἀπόλλωνι καὶ Μούσῃ, et disertius ad A, 72: Φοῖβον οὖν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἀκτίνων ὀνομάζει ὡς λαμπρόν, τὸ μόνον

Ad nostrum locum ut revertar, non magis in fine rectum videtur: τῆς π. καὶ συνετὰ μήδεα ἐχούσης. Codex habet εἰδούσῃ, unde non hoc erat eruendum, sed Homericum et usitatum: τῆς πυκνὰ καὶ συνετὰ μήδεα εἰδυίας. Eodem modo de eodem vocabulo Parisinus S: τῆς συνετὰ βουλεύματα εἰδυίας.

α, 443. Ad οἰὸς ἀώτῳ haec sunt in Scholiis Vulgatis quae dicuntur (V): τῷ ἄνθει καὶ τῷ καλλίστῳ τοῦ προβάτου. λέγει δὲ τῶν ἐξ ἁπαλῶν ἐρίων γεγονότων περιβολαίων, absurde pro: λέγει δὲ (ἐπὶ ins.) τῶν ἐξ ἁπαλῶν ἐρίων γεγονότων περιβολαίων. Non absimili modo est in H: τῷ ἄνθει τῆς οἰὸς, -- ἤγουν τῷ ἐξ ἁπαλῶν ἐρίων γεγονότι περιβολαίῳ.

Nunc ad libri secundi Scholia transeo.

II.

Iam in ipso libri initio ad primum statim versum peccatum est. Incipit liber secundus ab ortu solis: ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. Philosophatur ad haec Porphyrius de variis Aurorae cognominibus agens: εἴπωμεν δὲ καὶ τί τὸ διάφορον τῆς ῥοδοδακτύλου πρὸς τὴν κροκόπεπλον. Quorum verborum ubi discrimen argute explicavit, aliud de eadem materia addit non minus argutum. Nempe in cognato versu: ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν duo esse animadvertenda ait; alterum verbo ἐκίδνατο παρατάσεως inesse notionem, non συντελείας, [1]) quod nemo hercle contradicet, alterum quod ex

---

ἡλίῳ — — — Ἀπόλλωνι καὶ Μούσαις. De verbis καὶ Μούσῃ vel Μούσαις quae in re obscura dici potuerunt dixit Lehrsius ad Herod. p. 458. 459. Simul attendi velim, qua licentia in vocabulorum tenore continuando Scholiorum sive consarcinatores sive descriptores grassati sint.

1) I. e. ἐκίδνατο est παρατατικόν, non συντελικόν, quod artis vocabulum nonnunquam etiam aoristum complectitur, ut v. c. in Aristonici nota ad E, 842: ἐξενάριζεν: · — · ὅτι τινὲς γράφουσιν ἐξενάριξεν. συντελικὸν δὲ γίνεται, δεῖ δὲ παρατατικῶς. Saepius ita loquuntur grammaticae artis doctores, cuius rei nunc unum exemplum producam ex Etymologico Magno petitum antiquiorem quendam auctorem compilante, et ut hic illic paulo emendatiorem reddam locum etiam post Gaisfordi curas male habitum et quod nostra hinc Scholia locupletanda sunt. Etymologus igitur s. v. Ἴξον (p. 472 l. 10—36) haec habet: Οἳ δ' ἶξον κοίλην Λακε-

his, quae infra sequuntur, verbis eruendum atque divinandum magis est quam intelligendum. Καὶ ὅτι σὺν τῷ ἀποτελέσματι

δαίμονα.“ (δ, 1) Ἀπολλώνιος ἀπὸ τοῦ ἵκω τοῦ διὰ τοῦ ι γραφομένου λέγει, ὁ (οὗ?) δεύτερος ἀόριστος ἷκον καὶ τροπῇ Βοιωτικῇ τοῦ κ εἰς ξ ἷξον. [οὕτως Ἀπολλώνιος.] ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τοῦτο καὶ τὰ ὅμοια ἐκ μέλλοντος λέγει μετατεθεῖσθαι εἰς ἐνεστῶτα· ἵξω καὶ ὁ παρατατικὸς ἷξον, ἷξες, ἷξε· τὸ πληθυντικόν, ἵξομεν, ἵξετε, ἷξον. ὅτι δὲ οὐκ ἔστι δεύτερος ἀόριστος ἀλλὰ παρατατικὸς τὰ τοιαῦτα ἐλέγχει καὶ τὰ προστακτικά· εὑρήσεις γὰρ βῆσε καὶ ἷξε καὶ οἶσε, ὡς τύπτε καὶ γράφε. εἰ δὲ ἦν ἀόριστος, ἦν ἂν βῆσον καὶ ἷξον. ἔστι δὲ οἴσω μέλλων· οὗ ἄλλο κίνημα οὐχ εὕρηται πλὴν τοῦ αὐτοῦ μέλλοντος. τὸν δὲ Ἀπολλωνίου λόγον, δέον εἶναι μᾶλλον ἀληθέστερον· οὐ γὰρ παράτασιν σημαίνει τὸ »οἱ δ' ἷξον,“ ἀλλὰ συντέλειαν· ὅ τι παραγωγαὶ γεγόνασιν. οὐ γὰρ ταῖς φωναῖς τὰ μέρη τοῦ λόγου ἀκολουθεῖ, ἀλλὰ τοῖς σημαινομένοις [ζητήμασιν.] Ita legitur in Sylburgii editione. Gaisfordus, ducibus libris quibusdam, optime seclusit οὕτως Ἀπολλώνιος et ultimum ζητήμασιν, hoc Epimerismorum quoque auctoritate damnatum; idem, eorundem Epimerismorum indicio sagaciter usus, quorum locum statim subiiciam, ex inepto παραγωγαὶ γεγόνασιν elicuit παραγεγόνασιν. Sed his adscitis praeter ὁ in οὗ mutatum, quod indicavi, alia quoque mutanda videntur. Primum supplendum: οὐ γ. παράτασιν σημαίνει τὸ „οἱ δ' ἷξον“, (ὅτι παρεγένοντο), ἀλλὰ συντέλειαν, ὅτι παραγεγόνασιν. Praeterea vitium est vix explicabile in δέον. Repetivit Gaisfordus Henrici Stephani sententiam, δέον valere δέον ἐστί, id est δεῖ. Pulchra sane sententia in homine Graeco cuiuslibet aetatis: τὸν Ἀπ. λόγον δέον ἐστὶν εἶναι μᾶλλον ἀληθέστερον. Facile esset corrigere δεῖ, — etsi non haberem explicare unde perversa scriptura orta sit, — sed nihil sic proficimus. Non est recte cogitatum: τὸν Ἀπολλ. λόγον δεῖ εἶναι μ. ἀληθέστερον. Cur, quaeso, *oportet*? Sed corrigendum existimo: τὸν δὲ Ἀπολλωνίου λόγον λέγομεν εἶναι μᾶλλον ἀληθέστερον· οὐ γὰρ κτλ. quae sunt verba Apollonii rationes Herodiani rationibus praeponentis. Utriusque emendationis fideiussor mihi etiam sit, ut Gaisfordio fuit, locus Epimerismorum: Ἷξον: »Οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν.“ δευτέρου ἀορίστου· ὃν οὐκ ὤφειλεν ἔχειν τὸ ξ, ἀλλὰ τὸ κ· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥκω (sic! l. ἵκω) ἔστιν· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐκ μέλλοντος λέγει μετατεθεῖσθαι εἰς ἐνεστῶτα, καὶ εἶναι παρατατικοῦ πληθυντικοῦ, οἷον, ἵξομεν, ἵξετε, ἷξον. ἀλλ' ἀντίκειται τῇ Ἡρωδιανοῦ δόξῃ τὸ σημαινόμενον· οὐ γὰρ παράτασιν σημαίνει, ὅτι παρεγένοντο. ἀλλὰ συντέλειαν, ὅτι παραγεγόνασι· δεῖ δὲ μὴ τῆς φωνῆς (sic! l. ταῖς φωναῖς) ἀκολουθεῖν τὰ μέρη τοῦ λόγου, ἀλλὰ τοῖς σημαινομένοις. δεύτερος οὖν ἀόριστός ἐστι κατὰ τὸν Ἀπολλώνιον· ἔστι γὰρ ἷκον καὶ κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τοῦ κ εἰς ξ (ἷξον add.), οὗ τὸ προστακτικόν ἷξε, ὡς τό »οἶσε θέειον, γρηῦ“ (χ, 481). καὶ τοῦ ἀορίστου δεῖ λέγειν εἶναι, ἴσως ποιητικῶς μεταπλασθέντος τοῦ τέλους, ὡς τὸ τύψον καὶ λάβον· τὸ γὰρ ἀνάλογον τύψε καὶ λάβε· ἀλλὰ Συρακουσίῳ (Συρακ.) ἔθει, ὡς δέδεικται, τὸ τύψον καὶ λάβον. Etymologum et collectorem Epimerismorum eundem auctorem sequi per se patet, hoc quoque perspicuum est, in Etymologico Herodiani sententiam planius tradi, nam quae in Epimerismorum exitu leguntur merae sunt ineptiae. Neque tamen vel Etymologum Herodiani sententiam recte retulisse credam. Ut uno exemplo defungar, Herodianumne in animum indu-

καὶ τὸν κύριον τοῦ ἀποτελουμένου εἶναι βούλεται. ἡ μὲν γὰρ θεὸς κροκόπεπλος, ὡς ἂν οὖσα ἔννους τε καὶ ἔμψυχος καὶ ἐν σώματι. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς φῶς σκεδάννυτο περὶ τὴν γῆν. ὁ δὲ λαβὼν τὴν σωματοειδῆ θεὸν ἐν τῷ κροκόπεπλος συνήντησεν αὐτὴν τῷ σκεδαννυμένῳ ἀπ' αὐτῆς φωτί, εἰπὼν αὐτήν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς σκεδάννυσθαι. ἔνθα δήπου ἡ σωματοειδὴς ἐπεπόρευτο, ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς ἡμερινόν. ἀλλ' οἶδεν, ὅπου τὸ ἀποτέλεσμα, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀποτελοῦν. (EQD) Nonnulla ex his, Dindorfio in Praefatione (p. XXXIX) monente, ex Parisino D in melius mutari possunt. Hinc vitiosum σκεδάννυτο περὶ τὴν γῆν locum cedat recto: σκεδάννυται παρὰ τὴν γῆν, hinc malesanum συνήντησεν refingatur in συνήρτησεν, quod unice requiritur et vel sine codicum ope erat reponendum. In sequentibus Buttmannus, qua erat sagacitate, pro ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς ἡμερινόν — perversum ἀλλὰ de more omissum est in D — prorsus contrarium requiri perspexit: ἀλλ' οὐ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς, quod iure meritoque in textum recepit Dindorfius. Sed his emendationibus adscitis res non fit clarior, quaeque Porphyrius dixisse censendus est obscuri oraculi effatis quam ratiocinantis philosophi disputationi multo sunt similiora. Quodsi autem ex editis, qualiacunque sint, recte elicui auctoris sen-

---

camus ἶξον aoristum *secundum* esse negantem eo argumento, quod imperativus est ἶξε, qui, si aoristi foret, ἶξον sonaret? Ignoravitne igitur λίπε et λαβέ et quae sunt sexcenta huiusmodi? Sed haec sine dubio excerptoris sive collectoris vitia existimo ipsumque Herodianum sententiam suam aliquanto firmioribus argumentis stabilivisse, quorum paucae nunc reliquiae pellucent in iis quae de οἶσε imperativo monuit, collatis cum iis quae in Epim. (t. I p. 321, 30 seqq.) leguntur. Verum missis his videamus nunc, quid ex tam ampla disputatione nec tamen integra in Scholiis nostris supersit. Nihil superest nisi hoc (ad δ, 1): οἱ δ' ἶξον: ὁ ἴξω μέλλων εἰς ἐνεστῶτα μεταβὰς ποιεῖ παρατατικὸν ἀντὶ τοῦ δευτέρου ἀορίστου, τὸ ἶξον ἐν συστολῇ. (MQ) Primum homo, quicumque haec consarcinavit, Apollonii et Herodiani discrepantes sententias fideliter in concordiam redegit, quod eum suo iure fecisse existimemus. Sed peius est, quod in fine est additum: τὸ ἶξον ἐν συστολῇ. quod plane non intelligo, nisi sumamus hominem ἶξον ab ἥκω derivatum habere. Sed qui potest, cum praecedat ὁ ἴξω μέλλων? Ne dicam pugnare hoc contra opinionem et Apollonii et Herodiani, qui ambo ab ἵκω derivant, ut et ex totius disputationis tenore apparet et diserte Etymologi testimonio: ἀπὸ τοῦ ἵκω τοῦ διὰ τοῦ ι γραφομένου. Videntur itaque mihi editores *duas* notulas male coniunxisse, cum alter epitomator: ὁ ἴξω μέλλων — — — ἀντὶ τοῦ δευτέρου ἀορίστου dederit, alter inepte: τὸ ἶξον ἐν συστολῇ.

σκεδάννυται παρὰ τὴν γῆν· — ὁ δὲ λαβὼν τὴν σωματοειδῆ θεὸν ἐν τῷ κροκόπεπλος συνήρτησεν αὐτὴν τῷ σκεδαννυμένῳ ἀπ' αὐτῆς φωτί, εἰπὼν αὐτήν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς σκεδάννυσθαι. αὐτὴ δήπου ἡ σωματοειδὴς ἐπεπόρευτο, ἀλλ' οὐ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς ἡμερινόν. ἀλλ' οἶδεν, ὅπου τὸ ἀποτέλεσμα, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀποτελοῦν. — haec igitur si sic scripta exhibeantur, habebimus Porphyrio dignam et rationem et orationem [1]).

β. 3. Σημαίνει ὅτι τὸ παλαιὸν ὤμοις τὰ ξίφη περιεβάλλοντο καὶ ὡς ἐν Ἰλιάδι φησὶν ὁ ποιητής „τῇ ῥα δύω τελαμῶνε κτλ." Est Scholion Aristonici, in quo perverse sane collocata sunt *καὶ ὡς*, nec tamen cum Dindorfio *ὡς* eiiciendum, quod „recte

1) Peius etiam discerpta haec leguntur in Veneto B ad Θ, 1, qui codex, ut fere semper, Porphyriana uberiora quidem exhibet sed pessime scripta. Cuius rei non potest disertius testimonium exhiberi, quam ea ipsa sententia, quam supra emendatam dare conatus sum *ὕστερον δὲ πάλιν ἐσημειούμην, ὅτι σὺν τῷ ἀποτελέσματι καὶ τὸν κύριον τοῦ ἀποτελουμένου εἶναι βούλεται· ἡ μὲν γὰρ θεὸς κροκόπεπλος, ὡς ἂν οὐσία ἔννους τε καὶ ἔμψυχος καὶ ἐνσώματος, τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς φῶς σκεδάννυται περὶ τὴν γῆν. ὁ δὲ λαβὼν τὴν σωματοειδῆ θεὸν ἐν τῷ κροκόπεπλος συνήρτησεν αὐτὴν τῷ σκεδαννυμένῳ ἀπ' αὐτῆς φωτί, εἰπὼν αὐτήν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς φῶς σκεδάννυσθαι. - - — οὐ γὰρ δήποτε ἡ σωματοειδὴς ἐπεπόρευτο, ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτῆς ἡμερινὸν φῶς. ἀλλ' οἶδεν, ὅπου τὸ ἀποτέλεσμα, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀποτελούμενον.* Quis haec sic intelligat in plures periodos discerpta? Quis ferat, ubi vel tantulum dictionis Porphyrianae gnarus factus est? Nempe *ἐπεὶ* hic quoque in *ὅτι* depravato, tum demum illa *ὕστ. δὲ πάλ. ἐσημειούμην* addita sunt. Sed levia haec sunt prae immanibus scripturae vitiis, quae tamen sine animadversione praetermittuntur, nedum corriguntur. Quale est illud: *οὐ γὰρ δήπ. ἡ σωματοειδὴς ἐπεπόρευτο, ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτῆς ἡμερινὸν φῶς*! Quid ais? Corporea dea *non* gradiebatur, *non* incedebat, verum lux ab ipsa missa? Plane contra est ex Porphyrii sententia. De *dea* dicendum foret *ἐπεπόρευτο*, de *lumine ἐκίδνατο*, atque in eo ipso spectatur poëtica illa confusio, quam vitiosa subtilitate indagavit philosophus, quod in eodem versu *ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν* adiectivum proprie ad deam, verbum ad lumen referendum est, ut supra accurate demonstravimus. Iure igitur in nostris Scholiis, ubi tamen in initio periodi ineptum illud *οὐ* non est, Buttmannus pro *ἀλλὰ* emendavit *ἀλλ' οὐ*, nec iniuria ipse *αὐτὴ δήπου* reposuisse mihi videor. Vel festiviora sunt quae sequuntur: *ἀλλ' οἶδεν* (Homerus), *ὅπου τὸ ἀποτέλεσμα, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀποτελούμενον*. Faciles credimus. Eodem iure dixeris, ubi vitium est, ibi vitium esse solere. Quis enim non videt, *τὸ ἀποτέλεσμα* et *τὸ ἀποτελούμενον* esse prorsus idem? Haeccine summos viros, Bekkerum et Dindorfium, prae festinatione inemendata reliquisse! Vera lectio in nostris est: *ἀλλ' οἶδεν, ὅπου τὸ ἀποτέλεσμα, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀποτελοῦν.*

omittit D." Mihi autem et hoc omissum correctorem arguere videtur, et coniunctiones ob siglas consimiles locum mutasse iam in Observatt. (p. 13) dixi. Nihil vitii habebunt haec: σημαίνει ὅτι τὸ παλαιὸν ὤμοις τὰ ξίφη περιεβάλλοντο, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι φησὶν ὁ ποιητής κτλ., quae cum iam ibi dubitanter proposuissem, lectio repetita ita esse mihi comprobavit. Ex hac autem observatione plura eiusdemmodi velut nexa nunc proferre in animo est. Nempe propter summam siglarum, quibus καί et ὡς in codicibus exarantur, similitudinem aut praepostere locum mutarunt, quod nunc vidimus, quae est minima mali labes, aut altera coniunctio alteram extrusit, aut haec pro illa posita est, aut alterutra male abundat, est etiam, sed rarius, ubi ambae desint; quorum omnium exempla quaedam insigniora sub unum conspectum ponamus. Primum prodeat Scholion intermarginale ex Codice Veneto A ad primum Iliadis versum, sic a Dindorfio editum: ὁ Κοτιαεὺς (Alexander Cotyensis) Ἀχιλῆος· διὰ τὸ μέτρον ἓν λ γράφεται καὶ τὸ Κάμανδρος ἀντὶ τοῦ Σκάμανδρος γράφεται. (Codex de more bis γρ. et ἀν.) Quae est haec etiam in infimo Scholiasta intolerabilis infantia! Sensit Bekkerus, itaque apud eum legitur: ὡς Κάμανδρος ἀντὶ τοῦ Σκάμ. Scribamus, utraque coniunctione adsumpta [1]): ὁ Κοτιαεὺς (Κοτυαεύς?) „Ἀχιλῆος"· διὰ τὸ μέτρον ἓν λ γράφεται, (ὡς) καὶ τὸ Κάμανδρος ἀντὶ τοῦ Σκάμανδρος. [γράφεται] et importunum in fine verbum ultro excidet. Nunc nostra ad Odysseam procuremus. Ad pulcherrimam comparationem (ε 394 seqq.):

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος βίοτος παίδεσσι φανήῃ
πατρός, ὃς ἐν νούσῳ κῆται (?) κρατέρ' ἄλγεα πάσχων κτλ.

haec adnotata sunt in PQ: κάλλιστα παραδείγματα παρὰ γονέων χρηστῶς ἐκτίθεται ὁ ποιητὴς παιδεύων, πῶς ἔχειν πρὸς γονέας δίκαιον· καὶ „ζώειν μὰν ἔτι φασὶ Μενοίτιον, ζώει δ' Αἰακίδης Πηλεὺς μετὰ Μυρμιδόνεσσι, τῶν κε μάλ' ἀμφοτέρων ἀκαχοίμεθα." (Π, 14), in quibus et alia mihi de vitio suspecta sunt. Nam num secundum exempla quale est hoc Polybianum: (Philippus) προῆγε πάλιν ὡς ἐπὶ Κορίνθου, καλὸν δεῖγμα τῆς

1) Utraque particula opus est, quoniam hoc exemplum unum tantum est de multis, non unicum.

ἑαυτοῦ προαιρέσεως τοῖς συμμάχοις ἐκτιθέμενος (Lib. IV, c. 24 i.:
recte dictum sit: ὁ ποιητὴς παραδείγματα παρὰ γονέων ἐκτίθετι
multum dubito, ac mallem scriptum foret: καλλίστῳ παρ
δείγματι παρὰ γονέων χρησάμενος ἐκτίθεται ὁ ποιητὴς πα
δεύων, πῶς ἔχειν πρὸς γονέας δίκαιον, ut ἐκτίθεται ad sequent
pertineat, quemadmodum est ζ, 183 ad ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντ
ἄκρως ἐξέθετο δι' ὧν εὐδαιμονεῖ οἶκος. Sed de hoc alii aliter se
tiant, illud certe unusquisque mihi dabit corrigendum esse: -
ἐκτίθ. ὁ ποιητὴς παιδ., πῶς ἔχειν π. γ. δίκαιον· (ὡς) καὶ „ζώειν μ
ἔτι φασὶ" κτλ., ut inter Scholiastae sententiam et verba ex H
mero adlata aliquod tamen vinculum sit. — ζ, 157 ad λευσσόντ
τοιόνδε θάλος: ἐμφαντικῶς ἄγαν (ὡς) καὶ αὐτὸς θαυμάζω
πάντα γὰρ συμπεριέλαβε διὰ τῆς δείξεως. (PQ), quod probatio
non eget. — Si in Observatt. (p. 82, 83) ea quae ad β, 2
leguntur: Πτολεμαῖος -- χείω γράφει καὶ Ἀρίσταρχος κτλ
recte sanavi scribendo Πτολεμαῖος -- χείω γράφει, (ὡς) κ
Ἀρίσταρχος, — nec nunc aliam viam invenio loci alioquin i
peditissimi expediendi, — etiam θ, 396 ad Εὐρύαλος δέ ἑ αὐτ
necessario Harleiani Scholion ex Herodiano excerptum ita re
integrandum erit: Ἀρίσταρχος τὴν ἑ ἐγκλίνει (ὡς) καὶ Ἡρωδι
νός. — κ. 301. Homeri verba sunt: μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακ
καὶ ἀνήνορα θείῃ. Ad haec BQ: τοῦ ξίφους δηλονότι, (ὡς) κ
„γυμνὸς ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος" (Φ, 50). οὐ γὰρ ἐσθῆτ
φησι. Et haec probatione non egere putem. — σ, 56: μή τ
ἐπ' Ἴρῳ ἦρα φέρων κτλ. Harleianus ad haec (an ex Aristonico?
ἐπίηρα ἐστὶ τὸ ἐντελές, καὶ ἐν Ἰλιάδι „μητρὶ φίλῃ ἐπίηρα
(Α, 572) ὁ μεσολαβήσας τῷ ὀνόματι εἶπεν. Immo: ἐπίηρα ἐσ
τὸ ἐντελές, (ὡς) καὶ ἐν Ἰλιάδι „μητρὶ φίλῃ ἐπίηρα", Ὁ μεσ
λαβήσας τῷ ὀνόματι (νῦν ins.?) εἶπεν, quam Aristarchi sente
tiam fuisse scimus ex Scholiis ad Iliad. l.l. et Α, 578, itemq
ex Apollonii Lexico i. v. ἐπίηρα. — Dubitantius idem remediu
adhibeam ad athetesin versuum δ, 62—65: ἀνδρῶν· οὐ γὰρ σφ
γε γένος ἀπόλωλε τοκήων κτλ. Habemus ad haec in HM primu
Didymi excerpta: προηθετοῦντο καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ πα
Ἀριστοφάνει· τό τε γὰρ σφῶϊν οὐχ Ὁμηρικῶς μονοσυλλάβ
ἐξηνέχθη ὅ τε ἔπαινος τῶν νέων οὐκ ἀναγκαῖος, deinde in iisde
codicibus Herodiani sed corrupta: χωρὶς τοῦ ι ἡ σφῶν,
Ἀρίσταρχος καὶ Ἡρωδιανός. Ἀπολλώνιος δὲ ἐν τῷ περὶ ἀντων

μιῶν γράφει αὐτὴν μετὰ τοῦ ῑ, ἵν' ᾖ δευτέρου προσώπου κατὰ συναίρεσιν· ἀλλ' οὐκ ἔστι ποτὲ παρὰ τῷ ποιητῇ γενικὴ καὶ δοτικὴ (δυϊκὴ ins.) μὴ ἐκφωνοῦσα· τὸ γὰρ λέγειν καὶ ὡμοιῒν καὶ ποδοῖϊν μετὰ του ῑ λέγει δισυλλάβως· ἐπίτηδες δὲ Ἀρίσταρχος ἀθετουμένων τῶν στίχων καὶ ἄνευ τοῦ ῑ εἴασε τὴν γραφήν, ἵνα καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἀθέτησιν λαμβάνῃ. Inserendum mihi videri δυϊκὴ post γενικὴ καὶ δοτική iam significavi, nec cur hoc necessarium existimem quemquam latere potest. Sed leve hoc est prae immani vitio, quod sequentia occupat. Nam quid, quaeso, est: τὸ γὰρ λέγειν καὶ ὤμοιϊν καὶ ποδοῖϊν μετὰ τοῦ ῑ λέγει δισυλλάβως? Ut taceam neminem facile dicturum quid sit τὸ λέγειν τι λέγει, unde tandem et cur ὤμοιϊν καὶ ποδοῖϊν huc pedem intulerunt? quae certe non sunt δισύλλαβα, nec de his formis nunc sermo est, sed de σφῷν μονοσυλλάβως an σφῶϊν δισυλλάβως in Homero positis. Sed ut cum his componantur allata sunt. Audio, sed sic neque id quocum comparatio fit et cuius causa instituta est, recte abesse potest, praesertim cum in iis quae proxime antecedunt ne mentio quidem eius sit facta, nec dictio τὸ γὰρ λέγειν tum bene haberet. Huius enim tum usus est, cum ea quae hoc modo incipiant ad antecedentia *non* pertinere, aut praeceptum in antecedentibus traditum *non convellere* contendantur. Ita in exitu longi Scholii Porphyriani ad α, 284, de quo supra multis egimus, dicitur: τὸ γὰρ λέγειν ὅτι, ἵνα ἐντύχῃ τῷ πατρὶ κατὰ τοὺς ἀγρούς, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἀποδημῆσαι πεποίηκε, ψεῦδος. Ego nullam aliam viam rei expediendae video, nisi ut audaciore mutatione scribatur: – – ἀλλ' οὐκ ἔστι ποτὲ παρὰ τῷ ποιητῇ γενικὴ καὶ δοτικὴ (δυϊκὴ) μὴ ἐκφωνοῦσα· τὸ γὰρ σφῶϊν (ὡς) καὶ ὤμοιϊν καὶ ποδοῖϊν μετὰ τοῦ ῑ λέγει δισυλλάβως. Locus Apollonii ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμιῶν (- μίας) itidem leve vitium concepit. Est p. 370 Bekk.: τοιοῦτο δ' ἦν τὸ „οὐ γὰρ σφῷν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων," ὅπερ ἐδόκει ἐπίμεμπτον εἶναι ὡς τρίτον πληθυντικὸν δίχα τοῦ ῑ γραφόμενον, τοῦ λόγου ἀπαιτοῦντος δεύτερον· πρὸς γὰρ αὐτούς, οὐ περὶ αὐτῶν. Ultima sunt ex verissima Nauckii emendatione (Arist. Byz. p. 23) pro codicis lectione: πρὸς γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν. Sed non recte dictum mihi videtur: ἐδόκει ἐπίμεμπτον εἶναι ὡς τρίτον πληθυντικὸν δίχα τοῦ ῑ γραφόμενον, quod nihil significare potest aliud

quam hoc: σφῶν sine ι pro plurali tertiae personae positum repr hensione non carere. At plane contra est, ac si hoc sensus loci Hom rici non respueret, σφῶν sine ῑ optime haberet. Neque hoc vu Apollonius, sed: ὅπερ ἐδόκει ἐπίμεμπτον εἶναι ὡς τρίτον πληθυ τικὸν (ὂν) δίχα τοῦ ῑ γραφόμενον, τοῦ λόγου ἀπαιτοῦντος δεύτ ρον, id est: ἐπεί, δίχα τοῦ ῑ γραφόμενον, τρίτον πληθυντικ ἐστιν.

Scio equidem, — ut redeat unde digressa est oratio, — abruptiore Scholiastarum dicendi genere omissum ὡς, ubi adie tum vellemus, non ad vivum resecandum esse. Itaque invit codicibus non sollicitandos duxi locos, ubi v. c. auctores a similes versus per unum καὶ laudantur, [1]) et intacta reliqu qualia sunt: γ, 73: φαίνεται γὰρ οὐκ αἰσχρὸν τοῖς ἀρχαίοις τὸ λῃστεύειν, καὶ Θουκυδίδης εἴρηκε, (HQT), licet T habeat ὡ καὶ probatum a Dindorfio (p. 745), propter eiusdem rei repet tionem ξ, 230: οὐ γὰρ αἰσχρὸν (τὸ λῃστεύειν), καὶ Θουκυδίδης φησ (BQ). — Item ε, 280: ἄγχιστον δέ φησι καθὸ τούτους (Phaeace ὑφίσταται τῆς γῆς ἐσχάτους οἰκοῦντας. καὶ ἡ Ναυσικάα φησ „οἰκέομεν κτλ. (PQ). — ζ, 54 ad μετὰ κλειτοὺς βασιλῆα οἱ καλούμενοι διὰ τὸ διαπρέπειν εἰς τὰς ἀγοράς. ἐπιφέρει γ. „ἵνα μιν κάλεον Φαίηκες ἀγαυοί." καὶ περὶ τοῦ Τηλεμάχ „— — — πάντες γὰρ καλέουσι." (λ, 185) πανταχοῦ γὰρ καλεῖτα (T), ubi palam est vel ex interpretatione, fuisse qui κλητοὶ βασιλῆας legerent, idque confirmatur iis, quae ad eundem ve sum in E adnotata sunt: ὄπισθεν τῶν κλειτῶν βασιλήων. νῦ γὰρ τοὺς ἐνδόξους καλοῦσιν. Immo: καλεῖ, Homerus nemp quo facto stabilitur lectio κλειτούς, — nam hoc est ἐνδόξους · reiicitur altera. Κλητός, ut hoc quoque addam, praeterea l legitur, semel in Iliade, I 165 — ad quem versum Aristoni nota est, — semel in Odyssea, ρ 386, ubi in Scholiis nost nihil traditum est, utroque loco nullo praeterea substanti adiecto. Utrumque vocabulum optime distinxit atque interpı tatus est Apollonius Sophista s. vv. (Κλειτάς: κλεϊστάς, . δόξους. — Κλητούς: τοὺς ἐξ ὀνόματος καλουμένους.), ha

---

1) Saepiuscule talia leguntur in Aristoniceis ad Iliadem, v. c. ad B 1, B B 489, Δ 343, Θ 325, Θ 455 cett., etsi multo saepius ὡς vel alia compara particula addita.

dubie Aristarchi interpretationem secutus, ut Aristoniceam notam conferenti patebit, confudit de more Hesychius (s. v. κλητός) recentiorum pronunciatione in errorem inductus. [1]) — μ, 279. (ex BQ) σχέτλιος: καρτερικός, ἀνένδοτος. καὶ ἐν Ἰλιάδι „σχέτλιός ἐσσι, γεραιέ, σὺ μὲν πόνου οὔποτε λήγεις." (K, 164.) — Est tamen vel in his locis unus et alter, ubi ὡς aegre abesse sentimus et Codicum dissensus auctoritatem eorum labefactet, quod et in eo usu venit, quem primum exhibuimus, et magis etiam in eo, de quo nunc sumus acturi. Ad δ, 692, ἄλλον κ' ἐχθαίρῃσι βροτῶν, ἄλλον κε φιλοίη est in BEPQ: βέλτιον τὸ „ἐν δήμῳ" (quod praecedenti versu legitur) τοῖς ἄνω προσδίδοσθαι. τὸ δὲ „ἐχθαίρῃσιν" (- ρῃσι) ἀντὶ τοῦ ἐχθαίρῃ, καὶ τὸ „ἰχθὺς ὅς κε φάγῃσι" (Φ, 127), ἀντὶ τοῦ φάγῃ. Primum cum pro καὶ τὸ BP praebeant πρὸς τὸ, quod hic non magis aptum est, in horum omnium archetypo sigla fuisse apparet, ex qua cum non commode legi poterat pars scribarum καὶ fecerunt, pars πρὸς, nos, nostro iure copulam certe improbantes, unice necessarium ὡς eruemus. Cur autem unice necessarium? Dicam. Prior Scholii pars (βέλτιον - - - προσδίδοσθαι) Nicanoris esse palam est. Quae sequuntur: τὸ δὲ „ἐχθαίρῃσι κτλ. Aristonici sunt spectantque diplen Aristarchi. Unde hoc sciri possit, statim apparebit. Sed prius quaero, cur tandem si ἐχθαίρῃσι valeat ἐχθαίρῃ Aristarchus rem pervulgatissimam explicuerit adeoque exemplo confirmaverit. Poterat sexcenta talia excitare. Sed scripsit Aristonicus quod Aristarchus voluerat: τὸ δὲ „ἐχθαίρῃσι" ἀντὶ τοῦ ἐχθαίροι, ὡς τὸ „ἰχθὺς ὅς κε φάγῃσι" ἀντὶ τοῦ φάγοι, in quibus cum Palatinus praebeat ἐχθαίροι, omnesque ut videtur φάγοι, Buttmannus, etsi dubitanter, quod verum est retinuit, Dindorfius in peius mutavit. Aristarchus enim quibusdam in locis Homericam linguam κε cum coniunctivo habere ubi recentior lingua optativum cum ἄν desideraret contendit, eo praesertim consilio ut hinc stabiliret suam de

---

1) Photius: κλύτος (sic)· δοξα, ad quae Naberus: „Glossa mutila: latet κλυτοτόξῳ, vel simile quid". Fuit cum hanc quoque glossam ad ea traherem, de quibus supra disputatur. Nunc simpliciorem medicinam praefero: κλυτός· ἔνδοξος, ut exponitur in Etymologicis, spectatque haec glossa Homerica illa: κλυτὸς Ἱπποδάμεια (B, 742) et κλυτὸς Ἀμφιτρίτη (ε, 422), ubi videnda Scholia.

quam hoc: σφῶν sine ι pro plurali tertiae personae positum repi hensione non carere. At plane contra est, ac si hoc sensus loci Hom rici non respueret, σφῶν sine ῑ optime haberet. Neque hoc vı Apollonius, sed: ὅπερ ἐδόκει ἐπίμεμπτον εἶναι ὡς τρίτον πληθι τικὸν (ὂν) δίχα τοῦ ῑ γραφόμενον, τοῦ λόγου ἀπαιτοῦντος δεύı ρον, id est: ἐπεί, δίχα τοῦ ῑ γραφόμενον, τρίτον πληθυντι ἐστιν.

Scio equidem, — ut redeat unde digressa est oratio, — abruptiore Scholiastarum dicendi genere omissum ὡς, ubi adi tum vellemus, non ad vivum resecandum esse. Itaque invi codicibus non sollicitandos duxi locos, ubi v. c. auctores s similes versus per unum καὶ laudantur, [1]) et intacta reliqu qualia sunt: γ, 73: φαίνεται γὰρ οὐκ αἰσχρὸν τοῖς ἀρχαίοις τὸ λῃστεύειν, καὶ Θουκυδίδης εἴρηκε, (HQT), licet T habeat ι καὶ probatum a Dindorfio (p. 745), propter eiusdem rei repe tionem ξ, 230: οὐ γὰρ αἰσχρὸν (τὸ λῃστεύειν), καὶ Θουκυδίδης φη (BQ). — Item ε, 280: ἄγχιστον δέ φησι καθὸ τούτους (Phaeac ὑφίσταται τῆς γῆς ἐσχάτους οἰκοῦντας. καὶ ἡ Ναυσικάα φη „οἰκέομεν κτλ. (PQ). — ζ, 54 ad μετὰ κλειτοὺς βασιλῆα οἱ καλούμενοι διὰ τὸ διαπρέπειν εἰς τὰς ἀγοράς. ἐπιφέρει γ „ἵνα μιν κάλεον Φαίηκες ἀγαυοί." καὶ περὶ τοῦ Τηλεμάχ „— — — πάντες γὰρ καλέουσι." (λ, 185) πανταχοῦ γὰρ καλεῖτι (T), ubi palam est vel ex interpretatione, fuisse qui κλητοι βασιλῆας legerent, idque confirmatur iis, quae ad eundem vı sum in E adnotata sunt: ὄπισθεν τῶν κλειτῶν βασιλήων. ν γὰρ τοὺς ἐνδόξους καλοῦσιν. Immo: καλεῖ, Homerus nem quo facto stabilitur lectio κλειτούς, — nam hoc est ἐνδόξους reiicitur altera. Κλητός, ut hoc quoque addam, praeterea legitur, semel in Iliade, I 165 — ad quem versum Aristom nota est, — semel in Odyssea, ρ 386, ubi in Scholiis nost nihil traditum est, utroque loco nullo praeterea substanti adiecto. Utrumque vocabulum optime distinxit atque interp tatus est Apollonius Sophista s. vv. (Κλειτάς: κλεϊστάς, δόξους. — Κλητούς: τοὺς ἐξ ὀνόματος καλουμένους.), ha

---

1) Saepiuscule talia leguntur in Aristoniceis ad Iliadem, v. c. ad B 1, B B 489, Δ 343, Θ 325, Θ 465 caett., etsi multo saepius ὡς vel alia compara particula addita.

dubie Aristarchi interpretationem secutus, ut Aristoniceam notam conferenti patebit, confudit de more Hesychius (s. v. κλητός) recentiorum pronunciatione in errorem inductus. [1]) — μ, 279. (ex BQ) σχέτλιος: καρτερικός, ἀνένδοτος. καὶ ἐν Ἰλιάδι „σχέτλιός ἐσσι, γεραιέ, σὺ μὲν πόνου οὔποτε λήγεις." (K, 164.) — Est tamen vel in his locis unus et alter, ubi ὡς aegre abesse sentimus et Codicum dissensus auctoritatem eorum labefactet, quod et in eo usu venit, quem primum exhibuimus, et magis etiam in eo, de quo nunc sumus acturi. Ad δ, 692, ἄλλον κ' ἐχθαίρῃσι βροτῶν, ἄλλον κε φιλοίη est in BEPQ: βέλτιον τὸ „ἐν δήμῳ" (quod praecedenti versu legitur) τοῖς ἄνω προσδίδοσθαι. τὸ δὲ „ἐχθαίρῃσιν" (- ρῃσι) ἀντὶ τοῦ ἐχθαίρῃ, καὶ τὸ „ἰχθὺς ὅς κε φάγῃσι" (Φ, 127), ἀντὶ τοῦ φάγῃ. Primum cum pro καὶ τὸ BP praebeant πρὸς τὸ, quod hic non magis aptum est, in horum omnium archetypo sigla fuisse apparet, ex qua cum non commode legi poterat pars scribarum καὶ fecerunt, pars πρὸς, nos, nostro iure copulam certe improbantes, unice necessarium ὡς eruemus. Cur autem unice necessarium? Dicam. Prior Scholii pars (βέλτιον --- προσδίδοσθαι) Nicanoris esse palam est. Quae sequuntur: τὸ δὲ „ἐχθαίρῃσι κτλ. Aristonici sunt spectantque diplen Aristarchi. Unde hoc sciri possit, statim apparebit. Sed prius quaero, cur tandem si ἐχθαίρῃσι valeat ἐχθαίρῃ Aristarchus rem pervulgatissimam explicuerit adeoque exemplo confirmaverit. Poterat sexcenta talia excitare. Sed scripsit Aristonicus quod Aristarchus voluerat: τὸ δὲ „ἐχθαίρῃσι" ἀντὶ τοῦ ἐχθαίροι, ὡς τὸ „ἰχθὺς ὅς κε φάγῃσι" ἀντὶ τοῦ φάγοι, in quibus cum Palatinus praebeat ἐχθαίροι, omnesque ut videtur φάγοι, Buttmannus, etsi dubitanter, quod verum est retinuit, Dindorfius in peius mutavit. Aristarchus enim quibusdam in locis Homericam linguam κε cum coniunctivo habere ubi recentior lingua optativum cum ἄν desideraret contendit, eo praesertim consilio ut hinc stabiliret suam de

---

Quid ad eundem versum Venetus B? -- ὁ δὲ Ζηνόδοτος μάρτυρές φησιν, Ὁμήρου σχηματίζοντος ἀπὸ τοῦ μάρτυρος. Ita ad Θ, 349 in Ven. A est: ὁ Ζηνόδοτος γράφει ‚Γοργόνος ὄμματ' ἔχων' κτλ. --- Ἀρίσταρχος δὲ γράφει σὺν τῷ ῑ, οἴματ' ἔχων· καί φασι (immo: φησι) παρὰ τὴν οἶμον γεγενῆσθαι κτλ. Eadem habet Venetus B ita: Ἀρίσταρχος μὲν ‚οἴματα' φησιν, οἱ δὲ ἄλλοι ὄμματα· -- Γοργόνος δὲ γράφει Ἀρίσταρχος (hoc sine dubio calami lapsu), κακῶς· οὔτε γὰρ ὁ ποιητὴς οὔτε Ἡσίοδος Γοργών φασιν, ἀλλὰ Γοργώ. Eadem res est in utroque codice, verba non multum dissimilia, sed quod γράφει dicebatur in antiquiore teste, in φησίν mutatum est in posteriore. In Scholiis ad Odysseam largior horum est messis: α, 3: νόον ἔγνω: Ζηνόδοτος ‚νόμον ἔγνω' φησίν κτλ. (M) — α, 38 Ἑρμείαν πέμψαντες: ἔνιοι ‚πέμψαντε' γράφουσι δυϊκῶς· --- οὕτως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης φησὶ καὶ Ζηνόδοτος. (HMQ) — γ. 87: Ἀρίσταρχος δὲ τὸ ‚ἧχι' ἄνευ τοῦ ῑ φησί. (HM) — θ, 494. δόλον: Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης ‚δόλῳ' φασίν. (H) — λ, 385, quo de loco iam supra egimus, ἄλλῃ: --- Ἀριστοφάνης δὲ ‚ἄλλην' φησί. (H) — ν, 31. πανῆμαρ: ὁ Ἀριστοφάνης οὐκ ἐν συνθέσει φησὶ τὸ πανῆμαρ κτλ. (H) — ξ, 295: Ῥιανός φησιν ‚ἐφέσσατο'. Ζηνόδοτος ‚ἐφείσατο'. (H) — β, 247 ex MS, quo de loco mox dicetur. -- γ. 245. τὸ δὲ ‚ἀθανάτοις' Ἀριστοφάνης ‚ἀθάνατος' λέγει ἑνικῶς. (HM). — ε, 296. τὸ δ' ‚αἰθρηγενέτης' Ῥιανὸς καὶ Ἀριστοφάνης ‚αἰθρηγενέης' λέγουσιν (HMQ). — ε, 334 (p. 278, 8 Dind.) ὁ μὲν Ἀριστοφάνης τὰς ἀνθρωποειδεῖς θεὰς αὐδήεσσας φησὶν (exponit) οἱονεὶ φωνὴν μετειληφυίας, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐδήεσσαν λέγει οἱονεὶ ἐπίγειον, οὕτως καὶ Χαμαιλέων. (HPQ.) — θ, 251. Ζηνόδοτος ‚παίσατον' εἶπεν, οὐ κακῶς. (HQ.) ubi aut οὐ delendum aut potius οὐ καλῶς scribendum, (cfr. i. a. ad A, 60.) monente Schmidtio. (p. 198.) Usus verborum ἀναγινώσκειν, λέγειν, φάναι apud grammaticos in variis lectionibus indicandis his iam satis stabilitus erit.

β. 65. ἄλλους τ' αἰδέσθητε: ἐλέγχει τὸ πλῆθος, ὅτι ἐχρῆν καὶ αὐτὸ τῶν παρ' αὐτοῦ λόγων πάσχοντος διακωλῦσαι τὰ τολμώμενα. Sic prorsus sine sensu Q, unde haec Buttmannus et Dindorfius ediderunt. Eadem in HD esse videntur, nisi quod hic uterque codex pro insano αὐτὸ optime praebent ἄνευ,

quo facto aliqua saltem lux sententiae restituendae affulgere coepit, ac praeterea solus D pro πάσχοντος scriptum habet παρεχοντ (Praef. p. XLII), quod nihil aliud est quam κακοῖσιν ἰᾶσθαι κακά. Num HD quoque perversissimam verborum collocationem sequantur, quae in Mediolanensi sane mirifica est, ex Dindorfii indiciis in Praefatione datis efficere non potui. Proximum vero est in Hamburgensi, qui haec ita scripta exhibere censendus est (App. p. 739): ἐλέγχει τὸ πλῆθος, ὅτε χρὴ δὲ (bis scripta) καὶ (?) ἄνευ τῶν λόγων τῶν παρ' αὐτοῦ πάσχον κτλ., unde facili negotio vera lectio emicat: ἐλέγχει τὸ πλῆθος, ὃ (vel ὅπερ) ἐχρῆν καὶ ἄνευ τῶν λόγων τῶν παρ' αὐτοῦ (τοῦ) πάσχον(τος) διακωλῦσαι τὰ τολμώμενα. Caeterum molestus Dindorfii mos animadversiones suas per varios locos sparsos lectoribus consulendas exhibendi Ludwichium decepit, in commentatione saepius laudata [1]) ei exprobrantem quod rectam scripturam ἄνευ pro αὐτό non commemoraverit, iniuria, ut vidimus, nam in Praefatione eius lectionis mentio fit, non quidem ex T, sed ex Harleiano ac Parisino, quod tamen parum referre unusquisque existimabit. Hoc autem novum ex Ludwichii commemoratione didici, et in Q Scholion recte scriptum extare, — an etiam meliore quam inde editum est ordine? — et in M, de quo codice edita prorsus tacuerunt.

β. 68. λίσσομαι ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἠδὲ Θέμιστος. Huius versus paraphrasis est in S: ἱκετεύω ὑμᾶς διὰ τοῦ Διὸς οὐρανόν. An: διὰ τοῦ Διὸς οὐρανίου?

β. 70. Σχέσθε, φίλοι, καί μ' οἶον ἐάσατε πένθεϊ λυγρῷ || τείρεσθ'. Copiosam super haec Porphyrii disputationem servavit fere integram Harleianus a manu secunda, cuius laceras tantum lacinias antehac per complures codices (MTBE) sparsas erat videre, quae tamen etiamnunc duas ad res utiles esse possunt. Nam et conferunt ad stabiliendas quasdam uberioris Scholii

1) Verba Ludwichii haec sunt: „So fehlerhaft wurde dieses Schol. zuerst von Mai edirt, und seitdem getreulich wiederholt bis auf Dindorf herab, der zwar in seinem Anhange berichtet, dass es sich auch in T findet, aber die nothwendige Berichtigung, welche T bietet, καὶ ἄνευ für καὶ αὐτό, verschweigt. Übrigens hat auch der von Mai benutzte Codex (Q) das Richtige, ebenso M."

Harleiani vitiosissime scripti emendationes, et, quod maioris momenti habeo, insigne exemplum praebent quomodo horum longiorum, inprimis Porphyrii, Scholiorum excerpta et quasi disiecta membra paulatim extiterint, unde habitus et tenor integrarum disputationum saepe exiguo cum fructu nobis divinandus relinquitur. Sed de his rebus agam explicatius in altera parte, nunc singula Harleiani πλημμελήματα videamus an sanare possimus. Βαρύτης γὰρ — incipit — ὀνειδίζειν μὲν ἃ πάσχει, ἱκετεύειν δὲ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ τὸν πατέρα, ὃν πάντας μὲν ἔδει ποθοῦντας δακρύειν, αὐτὸς δὲ ἐν ἱκετηρίᾳ τίθεται τὸ κἂν μόνῳ αὐτῷ συγχωρηθῆναι τὸ πένθος. Licebit quaerere, quid sit quod Telemachus precetur: συγχωρεῖσθαι αὐτῷ τὸν πατέρα? Qui id mecum non expedient, videant an non restituendum sit: ἱκετεύειν δὲ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ (πενθεῖν) τὸν πατέρα. Haec particula excerpta transiit in MT: ἐπιφθόνως λίαν ἐν μέρει χάριτος αἰτεῖται τὴν ἐξουσίαν τοῦ πένθους, ὃν ἔδει πάντας δακρύειν αἰτῶν κἂν μόνος πενθεῖν ἀδεῶς, atque in his hi duo codices desinunt, ita tamen ut quod inserui necessarium esse comprobent. Pergit H: καὶ εὐθὺς ἀπολογισμὸς περίδοξος ἐφ' οἷς δρῶσι παράδοξα, „εἰ μή πού τι πατὴρ ἐμός, ἐσθλὸς Ὀδυσσεύς, || δυσμενέων κάκ' ἔρεξεν ἐϋκνήμιδας Ἀχχιούς," καὶ (τὸν addit D) ἐχθρὸν τιμωρούμενοι ἐμὲ δι' ἐκεῖνον ἀμύνεσθε. At neque Telemachi ἀπολογισμός, cum acerbissima ironia coniunctus, recte περίδοξος dici potest, quod ultimae aetatis vocabulum hic prorsus ridiculum est, nec quae proci in Ulixis domum perpetraverant παράδοξα quis sanus appellet. Accedit quod in ultimis grammaticae ratio laesa est, cui malo succurrit scilicet scriba Codicis D, παράδοξα in παραδόξοις mutando, iniuria a Dindorfio commendatum. Nullam ad rem istud παραδόξοις utile est, nisi ut ad illa plurima indicia accedat, quibus demonstrare conati sumus Codicem Parisiensem D emendatricem correctoris manum expertum esse. Περίδοξος et παράδοξα e dittographia orta sunt, itaque legendum: καὶ εὐθὺς ἀπολογισμὸς παράδοξος ἐφ' οἷς δρῶσι(ν), „εἰ μή πού κτλ., nec quisquam mirabitur, Telemachi excusationem, nisi ironice intellegatur, — ut unice intellegenda est, — παράδοξον πάνυ ac sane mirificam videri. Post pauca: Συμπλέκει δὲ τοὺς Ἰθακησίους τῇ ἀδικίᾳ τῶν μνηστήρων, καίπερ κατ' ἀρχὰς χωρίσας τοὺς μνηστῆρας ἀπ' αὐτῶν, κατ'

ἰδίαν τούτων κατηγορῶν. - - - ἐκθεὶς γὰρ ταῦτα περὶ ἐκείνων (τῶν μνηστήρων puta), μετὰ τὴν διήγησιν καὶ ἐπίδειξιν τοῦ ὅτι παῖδές εἰσι τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀρίστων, ἀκόλουθον τὸ τῆς κοινοποιΐας ἐπήγαγε „νεμεσσήθητε καὶ αὐτοί, ἄλλους τ' αἰδέσθητε, θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν, σχέσθε, φίλοι." τίς οὖν ἡ τούτων ἀδικία; οὐ μόνον ὅτι οὐκ ἀμύνονται τούτους ὀτρύνοντες. πῶς οὖν ὀτρύνουσιν; ὅτι εἰ παῖδας ὄντας αὐτῶν οὐκ ἐπέχουσιν. οὓς γὰρ αὐτός τις κωλύειν δυνάμενος διὰ τὸ εἶναι κύριος ἐᾷ πλημμελεῖν, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ δοὺς τὴν ἐξουσίαν τῆς ἀδικίας. Nihil sequitur post οὐ μόνον, quod tamen ex ipsa harum particularum natura fieri debebat. Ac iure nihil sequitur, nam ne illud quidem οὐκ ἀμύνονται et ὀτρύνοντες recto stare talo videtur. Quod cum ex toto argumentationis tenore, tum vel sic apparebit. Etiam haec Porphyrianae disputationis particula separatim extat in Ambrosiano E, aliquantum magis perspicua, ut adsolet, quam ipsius optimi philosophi verba fere sunt. οὐχ ὅτι ὤτρυνον αὐτοὺς εἰς τὸ φανερὸν ἐκεῖνοι, τοῦτο ἐγκαλεῖ Τηλέμαχος, ἀλλ' ὅτι παῖδας ὄντας αὐτῶν τοὺς μνηστῆρας οὐκ ἐπεῖχον. οὓς γάρ τις κωλύειν δυνάμενος, διὰ τὸ εἶναι κύριος αὐτῶν, ἐᾷ πλημμελεῖν, οὗτος ἂν εἴη ἀντικρὺς ὁ τὴν τῆς ἀδικίας ἐξουσίαν αὐτοῖς δεδωκώς. Satis certum nunc est corrigendum esse: τίς οὖν ἡ τούτων ἀδικία; τοῦτο μόνον ὅτι οὐκ ἀμύνονΤЄC τούτους ὀτρύΝΟΥCΙΝ. πῶς οὖν ὀτρύνουσιν; ἐπεὶ παῖδας ὄντας αὐτῶν οὐκ ἐπέχουσιν. Nam in ὅτι εἰ aut alterutrum abundat, — nullus nunc coniunctioni conditionali locus est, — itaque εἰ erit expungendum, ut fecit Buttmannus ad β, 63 (p. 83, 8, ubi eius nota consulatur), aut quod malim, ita haec duo vocabula coniungenda sunt, ut unum illud evadat quod proposuimus. In unciali scriptura ΟΤΙЄΙ et ЄΠЄΙ minimo tantum discrimine differre, quivis statim videat. Ita Telemachus τῷ μεταξὺ διαιρεῖν τε καὶ κοινοποιεῖν τὸ ἀδίκημα καὶ παρρησίᾳ κέχρηται βασιλικῇ καὶ δεήσει πάλιν ταπεινὰ πράττοντος καὶ ποτὲ μὲν τὸ δίκαιον ὑπομιμνήσκει καὶ νέμεσιν, ποτὲ δ' αὖ καὶ αἰσχύνην τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ τὴν παρὰ θεῶν μῆνιν, καὶ τοὺς πατέρας [ὑπομιμνήσκει]. Recte D ultimum vocabulum omittit sono ingratum et sensu supervacuum, rectius simul quam H habet τοῦ πατρὸς, quod adsciscendum, sed articulo adiecto: καὶ τὴν παρὰ θεῶν μῆνιν, καὶ (τὴν) τοῦ πατρὸς. Respicit enim Homericum: οὐ γὰρ ἔπ' ἀνήρ || οἷος Ὀδυσσεὺς

ἔσκεν, ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι. Quorum autem πατέρες cogitandi sint, difficile dictu erit.

Ad eundem versum adnotatio critica pertinet, ex compluribus Codicibus (HMQRT) edita, quae ut Didymi sit, — inter cuius reliquias Schmidtius eam rettulit, — certe non ex limpido fonte hausta est. πῶς τοὺς μνηστῆρας Φίλους καλεῖ; ἢ ὁ λόγος πρὸς τοὺς Ἰθακησίους, οἷον ἀντίσχεσθέ μου. διὸ καὶ Ἀριστοφάνης γράφει „μή μ' οἷον ἐάσατε", ὅ ἐστι καὶ ὑμεῖς συμπενθήσατε. Ἀρίσταρχος δὲ τὴν μὲν γραφὴν οὐκ ἀμείβει, τὸ δὲ οἷον ἀκούει πρὸς τὸ πένθος τοῦ πατρός. - - - ἢ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ Φησιν. ἐμὲ μόνον ἐάσατε σχολάζειν τῷ πένθει καὶ μὴ ἐπιΦύεσθε. κτλ. Hinc excerpta leguntur in STV eiusmodi: βοηθήσατε. (aliquantum plenius T: ἀντέχεσθε, βοηθήσατε.) τὸ γὰρ Φίλοι ἀνάρμοστον κατὰ τῶν μνηστήρων, ἵν' ᾖ ἀπέσχεσθε. Haec in luce uberioris adnotationis collocata facile intelleguntur. Nempe hoc vult quicunque haec excerpsit: σχέσθε hic locorum interpretandum est per ἀντέχεσθε, βοηθήσατε, ut Φίλοι de Ithacensibus dictum sit; contra ea si adiectivum ad procos pertineret, quod tamen absonum, σχέσθε per ἀπόσχεσθε explicandum foret. Non sunt haec admodum perite contracta, ita tamen ut si mentis aciem intendere velis, intellegi possint. Sed plane amentia sunt quae Mediolanensis B ex utroque, ut videtur, ampliore Scholio, et Porphyrii et critico, conflata derivavit: πρὸς τοὺς Ἰθακησίους ὅλους (scripserat homo πρὸς τ. Ἰθακησίους ὁ λόγος,[1]) opinor.)· ἐὰν ὁ πατήρ μου δυσμενέων καὶ ἐχθραινόμενος ὑμῖν ἦν, ἐάσατέ με πάσχειν. τὸ δὲ μή παρέλκον., ubi ne illud quidem certum est, utrum μή abundare intellegat, quod ab Aristophane perperam repositum est pro καί, an εἰ μή πού τι κτλ. Sed quaerere supersedeamus, cum utrumvis fatue sit sive excogitatum sive excerptum. Iam in superioribus autem, cum Herodianeum Scholion ad ν, 405 (ἐπίουρος) cum eiusdem uberrima ex Ἰλιακῆς προσῳδίας nota conferebam, exemplum dedi animadversionis excerpendo corruptae, cui nunc et haec accedant et aliud e vicinia

---

1) Sic v. c. ad γ, 231: ὁ λόγος δὲ καὶ ὁ νοῦς οὕτως· ἄνδρα ᾧ εἵμαρται κτλ. (EQT.) Ex his tribus codd. solus T verum praebet, EQ ὅλος ὁ νοῦς. Simul pro οὕτως a T omissum praestat οὗτος.

non minus perplexum. Ad *β*, 63, *οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ ἔργα τετεύχαται* haec leguntur in solo S servata, quod sane mirum est in vocabulo semel apud Homerum lecto et vel ob accentum memorabili: *εὔθετα, καὶ πλεονάζει ἡ ἀνὰ στέρησις, ἵν' ᾖ σχετά.* Diu haec me torserunt. Nulla est negatio *ἀνά*, et etiamsi duplex negatio significaretur, quae quorundam grammaticorum in cognatis quibusdam vocabulis opinio fuit, non sic nude posita ita accipi poterat. Cave tamen sive inducas sive corrigas, quod in promptu esse videtur, *καὶ πλεονάζει ἡ ἀνὰ πρόθεσις*, ac potius conferamus haec Herodiani ad *ἀνάπυστα*, in notissimo versu de Epicaste, *λ* 274: *ἀνάπυστα: προπαροξυτόνως φησὶν* (Herodianus) *ἐν τῇ καθόλου, περιττῆς οὔσης τῆς ἀνά, ἀντὶ τοῦ πυστά, ἐξάκουστα. δύναται δὲ καὶ τοῦ ἄπυστα ἐγκειμένου ἄλλη στέρησις ἐντεθῆναι μετὰ προσθέσεως τοῦ ν̄, ὡς ἐν τῷ ‚ἀνήκουστος, ἀνηλεής.' αἱ δύο οὖν στερήσεις μίαν συγκατάθεσιν ἐδήλωσαν, καὶ ἔστιν ἀντὶ τοῦ ἀκουστά.* (BQ). Sunt haec aperte falsa, [1]) sed ex Herodiani tamen doctrina, eodemque modo nostro loco *ἀνσχετά* explicuisse videtur, ut *aut praepositio ἀνά* abundet, *aut*, quemadmodum *πυστά* habet *ἄπυστα* indeque duplici negatione *ἀνάπυστα*, ita *σχετά habeat ἄσχετα et ἀνάσχετα.* Falsa haec esse iam supra monui, nec quisquam recentiorum, quod sciam, repetendo haec comprobavit, ac vellem sciremus, quomodo accentum in *ἀνσχετά* expediverit Herodianus. Sed iam intellegimus unde epitomator noster *ἡ ἀνὰ στέρησις* adripuerit, et quam molesta res esset, si veterum de grammatica opiniones sive verae illae sint sive falsae ex tam aridis fontibus omnes nobis essent hauriendae.

β, 93. *ἡ δὲ* (Penelope) *δόλον τόνδ' ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μερμήριξεν.* Ad hunc versum Scholion est in M et S (cfr. Dind. not. et Praef. p. XLIII): *ἐμφαντικῶς τὸ ὅλον, ὡς καὶ τὰ πρῶτα δολίως ἀπατώσης αὐτούς.* Oppositio ut intellegatur, scribendum est: *ἐμφαντικῶς τὸ ‚ἄλλον', ὡς καὶ τὰ πρῶτα δολίως ἀπατώσης αὐτούς.*

---

1) Ita enim *ἀνήκουστος* foret *ἀκουστός*, *ἀνηλεής ἐλεήμων*, quod quis Herodianum dicere credat? Fuse de his formis disputavit Lobeckius ad Phryn. in Parergorum c. IV: de Productione vocalium in vocabulorum commissuris, § 8 p. 710 seqq.

β, 102. *αἴ κεν ἄτερ σπείρου κῆται πολλὰ κτεατίσσας.* Id est, holiasta quodam auctore (in EQ), *ὡς ἀξίου ἱματίου σπανί-ντος· οὐ γὰρ παντελῶς ἐσπάνιζε.* Voluit auctor: *ὡς ἀξίου κτίου σπανίζων*, nam *σπανίζοντες ἄνθρωποι* sunt, *σπανίζοντα ἐτια* non sunt. Vitium est e pervulgatissimis. Genetivus *κτίου* scribam impulit ut participium quoque huic adcommo-ret, de sententia securus. Idem factum est ad *γ*, 372 in in-pretatione vocabuli *Φήνῃ εἰδομένη*: *εἶδος ὀρνέου ἀετῷ ὅμοιον ιπετεῖ Φαιδρῷ* [1]), *προσαρμόζοντι τῇ Ἀθηνᾷ. Φαεινὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ Φαίνω γινόμενον· καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἤγουν ἡ Φρόνησις ιεινοτάτη καὶ λαμπροτάτη ἐστίν.* (E.) Res ipsa clamat scriptum sse: *εἶδος ὀρνέου ἀετῷ ὅμοιον — — προσαρμόζον τῇ Ἀθηνᾷ.* ique aliter in Nicanoris (?) nota ad *ζ*, 163: *Φοίνικος νέον ἔρνος ερχόμενον ἐνόησα*, ubi PQ: *οὔ Φημι λέγειν αὐτὸν ἔρνος νέον, λὰ τὸ νέον τῷ ἀνερχόμενον δεῖ συνάπτειν, ἵν' ᾖ, νέον ἀνερχόμε-', τουτέστι νεωστὶ ἀνερχόμενον, ὡς τὸ „νέον ἡβώωντα."* (I, 446.) - - *πρόσκειται δὲ τῷ νέον τὸ ἀνερχόμενον, ἴσον τῷ ἀνατρέχοντι. γὰρ ταχέως ἰὸν τρέχει. κτλ.* Immo vero: *τὸ ἀνερχόμενον, ἴσον ἀνατρέχον.*

β, 127. Profitetur Antinous: *ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ἔργα πάρος γ' εν οὔτε πῃ ἄλλῃ, || πρίν γ' αὐτὴν γήμασθαι Ἀχαιῶν ᾧ κ' ἐθέ-σιν.* Vulgata ad haec: *τοῦτο πρὸς κακοῦ τοῖς μνηστῆρσιν. ἐξὸν θῆναι ἄλλην τραπομένους ὅμως πάνυ ὁμοῦ εὑρεθέντες πανωλε-ίαν ἔπαθον.* Deleta haec vult Dindorfius (Praef. p. XLIII), ex Eustathio illata p. 1436, 33. Sed nihil impedit quomi-ıs Archiepiscopi doctissimi verbis sensum reddamus. Nam iid est *ὅμως πάνυ ὁμοῦ εὑρεθέντες*? Sed nullo negotio in-llegetur: *ἐξὸν σωθῆναι ἄλλην τραπομένους ὅμως πάντες ὁμοῦ ρεθέντες πανωλεθρίαν ἔπαθον.*

β, 133. In longiore hoc Scholio, — an Porphyrii? — inter-ınctio pravissima est adeoque totum ita disponendum: *κατ' ια τῶν ὑπομνημάτων ἡ τούτων ἐξήγησις ἡμάρτηται. Φασὶ γάρ, ος ἦν, εἴ τις ἑκὼν ἐξ οἴκου γυναῖκα ἀπέπεμψε, χρήματα ἀπο-*

---

1) „Nescio unde huc illata sint duo haec verba poëtica, quae hexametrum inchoant, ›rumque prius lexicis etiam ignotum est." Buttm.

τίνειν τοῖς ταύτης συγγενέσι καὶ τῷ πατρί. Φησὶν οὖν (Telemachus) ὅτι (·) κακόν ἐστι καὶ οἷον ἀλυσιτελὲς ἐὰν ἐκδιώξω τῶν οἴκων τὴν μητέρα· πολλὰ γὰρ ἀποτίσω τῷ Ἰκαρίῳ. ἄμεινον δὲ οὕτω διαστέλλειν „κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν." καὶ οὐ περὶ χρημάτων φησὶν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐπαγομένων· — „ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι, ἄλλα δὲ δαίμων δώσει", εἶτα καθ' ὑπερβατόν, αἴ κ' αὐτὸς ἑκὼν Ἰκαρίῳ ἀποπέμψω τὴν μητέρα· — ἐπεὶ εἰ περὶ χρημάτων ἔλεγε σμικρολόγος ἂν ἐφαίνετο. Res ipsa absurde est excogitata, etsi fuisse inter Aristarcheos, qui hos versus eodem modo et interpungerent et interpretarentur, apparet ex Nicanoris notis ad vs. 132 et 134.

β, 164. δὴν ἀπάνευθε φίλων paraphrasi redditur in S: ἐπὶ πολὺν χρόνον χωρὶς ἰδίων. Praestabit: χωρὶς (τῶν) ἰδίων.

β, 185. Ad ἀνιείης Scholion est Herodiani: δασυντέον. — Ψιλοῖ δὲ Ἑλλάνικος παρὰ τὴν ἀνίαν ἐκδεχόμενος τὸ λυποίης. Immo: ψιλοῖ δὲ Ἑλλάνικος παρὰ τὸ ἀνιᾶν ἐκδεχόμενος (ἀντὶ τοῦ λυποίης, cui recte obloquitur Herodianus: εἰ δὲ τοῦτο, ἐχρῆν γράφειν ἀνιῴης. τοιαύτη γὰρ ἡ δευτέρα συζυγία.

β, 195. μητέρ' ἑὴν ἐς πατρὸς ἀνωγέτω ἀπονέεσθαι·
οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα κτλ.

Observatur ad hos versus in EQVHD, μητέρα ἣν ἐς πατρός ἡδέως τῷ σχήματι ἐχρήσατο· εἰπὼν γὰρ „ἐς πατρός" μετέβη εἰς πληθυντικόν „οἱ δὲ γάμον τεύξουσι", δηλονότι οἱ μνηστῆρες, καὶ εὐτρεπίσουσιν ἔεδνα ὅσα δεῖ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ παιδὶ δίδοσθαι. κειμήλια (γαμήλια D, utrumque posteriorum commentum pro Homerico μείλια [1]) δὲ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς νύμφης διδόμενα, ἤγουν τὰ ἐξώπροικα. In his primum quaero cur poëta dicatur ἡδέω τῷ σχήματι usus. Cum nullam causam inveniam, emendaverim ἰδίως τῷ σχήματι ἐχρήσατο, quemadmodum, — ut de pluribus exemplis unum atque alterum adscribam, — ad γ, 34 est: ἰδίως δὲ πέφρακε (Homerus.), ad δ, 10: ἰδίως δὲ εἴρηκεν. Σπάρτῃ γὰρ ὄντος αὐτοῦ φησι Σπάρτηθεν, ad δ, 240: ἰδίως τ—

---

1) Bellum illud κειμήλια legitur etiam ad α 276, ubi nec Buttmannus nec Dindorfius mutare ausi sunt, videlicet quod nostro quoque loco sic scriptum est.

πάντα ἐπήνεγκε τῷ ὅσσοι τὸ γένος ἀλλάξας, ubi prorsus contrario ordine legendum esse: ἰδίως τῷ πάντα ἐπήνεγκε τὸ ὅσσοι Homeri locum conferenti patebit. Sed hoc minoris momenti est. Illud magis urgendum, Scholii auctorem nunc non dicere, quae dicere eum voluisse ipsa prima Scholii verba testantur. Nam si οἱ δὲ γάμον τεύξουσι de procis dictum est, quid mirum si a singulari transiit ad pluralem? Sensit vitium Buttmannus, cuius haec nota est ad οἱ μνηστῆρες: „immo auctor primorum huius Scholii verborum volebat πατὴρ καὶ ἀδελφοί. --- Videntur itaque jam olim excidisse quaedam propter repetitionem eorundem verborum, in hunc modum revocanda: οἱ δὲ γάμον τεύξουσι, δηλονότι πατὴρ καὶ ἀδελφοί. τινὲς δὲ λαμβάνουσι τὸ „οἱ δὲ γάμον τεύξουσι" δηλονότι οἱ μνηστῆρες." De summa re nemo Buttmanno non adsentietur, itaque lacuna statuenda erit, etsi mirum est eam in omnibus quinque Codicibus inveniri unde haec prodierunt, qua de re postea dicetur. Cum igitur de statuenda lacuna idem sentiamus, de explenda non ita inter nos convenit. Ne dicam haec ita expleta, ut Buttmannus volebat, certe non verborum paucitate laborare, ipse, sat scio, non probaverit etiam in infimae aetatis homine: λαμβάνουσι τὸ „οἱ δὲ κτλ. δηλονότι οἱ μνηστῆρες, ubi unusquisque homo Graecus λαμβάνουσι τὸ κτλ. ἐπὶ τῶν μνηστήρων dixisset. Ipse verba lacunosa sic sarserim: ἰδίως τῷ σχήματι ἐχρήσατο· εἰπὼν γὰρ „ἐς πατρός" μετέβη εἰς (τὸ addit V) πληθυντικόν. (ἔνιοι δέ·) „οἱ δὲ γάμον τεύξουσι", δηλονότι οἱ μνηστῆρες, κτλ. Fere eadem Homeri verba occurrunt α, 277, ubi tamen nihil tricati sunt, sed „οἱ δὲ γάμον": συνεκδοχικῶς οἱ περὶ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα Ἀστεροδίαν expositum est in E, ut oportet.

β, 196. Eadem res breviter tangitur in Parisino S: οἱ δὲ γάμον: οὗτοι οἱ μνηστῆρες, οἱ ἐν τῷ δώματι τοῦ πατρός. At hoc iam nimis stolidum est. Non amplius erit, ubi emendaverimus: ἤτοι οἱ μνηστῆρες, (ἢ) οἱ ἐν τῷ δώματι τοῦ πατρός.

β, 199. ἐπεὶ οὔ τινα δείδιμεν ἔμπης,
οὔτ' οὖν Τηλέμαχον, μάλα περ πολύμυθον ἐόντα.
οὔτε θεοπροπίης ἐμπαζόμεθ', ἣν σύ, γεραιέ,
μυθέαι ἀκράαντον, ἀπεχθάνεαι δ' ἔτι μᾶλλον.

De sententiae forma Scholia haec habent: *προειπὼν „ἐπεὶ οὔτινα δείδιμεν ἔμπης", οὔτε Τηλέμαχον οὔτε τὸν μάντιν οὐκέτι ἐπήγαγεν οὔτε ἄλλον τινά, καίτοι ὁ λόγος ἀπῄτει, ἀλλ' ἣν εἶχεν ἀπέχθειαν πρὸς τὸ πλῆθος.* (HMQV.) At haec sic scripta nullam sanam interpretationem admittunt. Qui enim? Nonne apud Homerum sequuntur ea ipsa, quae hic apud eum sequi negantur? Melius interpunxit Buttmannus, ante *οὔτε Τηλέμαχον* et post *τὸν μάντιν* — vel, ut ipse habet, *τὴν μαντείαν* — commate posito, nam et haec Homerica esse certum est, licet ex Scholiastarum consuetudine in brevius contracta. Iam apparebit quid Scholiasta voluerit, si quae in fine perversa sunt, lenissima mutatione restituerimus. Nemo hic commemoratur *μισόδημος ἀνήρ*, sed sermo est de sene, qui, ut proci quidem iudicant, vaticinationibus suis populi odium in se convertisse dicitur. Emendemus igitur: *προειπὼν „ἐπεὶ οὔτινα δείδιμεν ἔμπης, οὔτε Τηλέμαχον οὔτε τὸν μάντιν", οὐκέτι ἐπήγαγεν, οὔτε ἄλλον τινά, καίτοι ὁ λόγος ἀπῄτει, ἀλλ' ἣν εἶχεν ἀπέχθειαν πρὸς τοῦ πλήθους.* Ultro tamen fateor Scholion etiam emendatum non optime enunciatum esse, sed sive ab initio male scriptum est sive imperite excerptum, et obscuritate laborare et prava verborum collocatione. Quam inscienter expressum est *καίτοι ὁ λόγος ἀπῄτει* pro *καίπερ τοῦ λόγου ἀπαιτοῦντος*! Simul cum multiplici infortunio ad nos pervenit. *Ἔμπης — μάντιν* omittit Q. *μάντιν* habent M (et H?) *μαντείαν* V, et esset cur praeferremus, (est enim paraphrasis Homerici *οὔτε θεοπροπίης ἐμπαζόμεθ'*) nisi sic omne subiectum verbi *εἶχεν* desideraretur, denique *ἣν* omittit V, quo facto ultima (*εἶχεν ἀπέχθειαν κτλ.*) omni cum praecedentibus vinculo destituta non videntur habere quid hic faciant.

β. 247. *κατὰ δῶμα ἕω: τινὲς τὸ ἕω ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ λέγουσι κακῶς.* (MS). „Sic bis uterque Codex pro *ἑόν*", ut Dindorfius observat. Minime gentium. Textus Homeri habet *δαινυμένους κατὰ δῶμα ἑόν*, idque recte, verum non ex hoc *ἕω* depravatum est, sed ex varia lectione *ἕο*, eaque et in lemmate et in Scholio ipso sine dubio est restituenda. [1]) Equidem lectionem *ἕο* Zeno-

1 Idem fecisse video Larochium, qui quasi in re dubia interrogationis signum addidit.

doteam habuerim, qui hic eodem modo pronomen personale scripserit δέον κτητικῶς, ac notissimo loco Ω, 486 et α, 413 σεῖο et ἐμεῖο probavit pro σοῖο et ἐμοῖο, ad quos locos conferenda sunt Scholia, Victoriana ad Iliadem, HMS ad Odysseam. Apertum est, qui in prima ac secunda persona pronomen personale possessivo anteposuerit, eundem in tertia persona idem fecisse, cuius rei exemplum nunc non deërit.

Post κακῶς, signo tamen scholii finiti addito (Praef. p. XLV.), in Parisino Codice (S) sequuntur haec: τὰ τῆς δευτέρας συζυγίας, εἰ μὲν καθαριεύει ἢ καὶ τὸ ῥῶ ἐπάγοιτο ἐκτείνεται, εἰ δὲ τὸ λ ἐστὶ, ἕτερον τῶν συμφώνων συστέλλεται. Dindorfius, haec „verba ab hoc loco aliena" existimans, ad calcem paginae relegavit. Non est tamen admodum difficile ad indagandum ad quod verbum in vicinia haec nota pertineat, neque magis verba leviter tantum corrupta emendare Herculeus labor est. Pertinent ad ἐξελάσαι μεγάροιο in sequentis versus initio (β, 248) positum, et sic scripta facile intellegentur: τὸ α τῆς δευτέρας συζυγίας, εἰ μὲν καθαριεύει ἢ καὶ τὸ ῥῶ προηγοῖτο, ἐκτείνεται, εἰ δὲ τὸ λ ἐστὶ(ν ἢ) ἕτερον τῶν συμφώνων, συστέλλεται, quae non magni quidem pretii sunt neque accurate exposita, sed vera tamen neque „ab hoc loco aliena."

β, 257. αἰψηρήν: ἀντὶ τοῦ ταχέως, ὡς τὸ „τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών" (Δ, 182), ἀντὶ τοῦ εὐρέως. (HMS.) Malim: αἰψηρήν: ἀντὶ τοῦ (αἰψηρῶς), ταχέως, ὡς τὸ κτλ. atque ita fere habent Scholia Vulgata. Qui comparaverit similes observationes ad Iliadem Δ 102, (Θ 150), Λ 186, (Θ 399), alias, quas indicavit Friedländerus, et hic Aristonici notam adgnoscet, quam et Friedländerus ipse indicavit et in syllogen suam recepit Carnuthius, perperam expuncto ταχέως.

β, 263. Ad ἠεροειδέα πόντον praeter alia in eandem sententiam in pluribus codicibus (BEHQV) tradita, haec propria habet S: ἡ θάλασσα γὰρ ἀέρι παρεικάζεται, ὅθεν καὶ διὰ λόγι ζεται(?), ἤγουν ἀεροειδής· ἐπεὶ μόνον ἀέρα ὁρῶσιν οἱ πλέοντες. Ad interrogationis signum a Dindorfio positum respondeam: lege ἡ θάλασσα γὰρ ἀέρι παρεικάζεται, ὅθεν καὶ διὰ λέγεται,

nam aut hoc verbum ex corrupto λογίζεται exsculpendum est, recte scriptum in Aristonici nota ad Ο, 161: ὅτι ἀφ' ἑαυτοῦ Ζεὺς τὴν θάλασσαν δῖαν εἴρηκεν — aut εἰκονίζεται. In pri positione διὰ maris epitheton δῖα latere nemini dubium esse pote

β, 270.

Τηλέμαχ', οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι οὐδ' ἀνοήμων,
εἰ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠΰ, κτλ.

Verba haec Minervae ad Telemachum precantem ita paraphr redduntur: προτρεπτικῶς, ὡς περὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐμφρόνως δια θειμένου· οὐδὲ ὕστερον κακὸς ἔσῃ, εἰ Ὀδυσσέως παῖς τυγχάν καὶ τῆς πατρῴας σπορᾶς ἔχεις τι σύμβολον. Sic recte QV. Pa peiore ordine eadem habent S (T — App. p. 742 — et H, videtur), corruptius quoque scripta, quae fortasse causa fuit ad imam paginam detruderentur: οὐδὲ ὕστερον κακὸς ἔσῃ· οὐ ὅμοιος τῷ πατρὶ παῖς τυγχάνων καὶ τῆς πατρῴας σπορᾶς ἔχ τι σύμβολον· τὸ οὐδὲ ὄπιθεν προτρεπτικῶς, ὡς περὶ τὴν ἐκκλησ ἐμφρόνως διατιθεμένου. Verba sunt prorsus eadem ac guntur in QV, itaque scripturae vitia sine ullo negotio tolli tur. Non fuerat: οὐδὲ ὅμοιος τ. π. παῖς τυγχάνων, opin sed εἰ δὴ ὅμοιος τ. π. παῖς τυγχάνεις, neque ἐμφρ. διατι μένου, sed ἐμφρόνως διατεθειμένου. Descripsi autem ha non quod talia corrigere aut magni momenti aut magni labc duco, sed quod et mendorum origo tam perspicua est quam f tiva, et his quoque probatur quod saepius iam adseveravi, dices Parisinos D et S ex archetypo codici Harleiano similli fluxisse. Nam unde tandem οὐδὲ pro εἰ δή natum putem Dicent Harleianus et Hamburgensis, qui post κακὸς ἔσῃ addi οὐδὲ ἄφρων, optime; est enim haec quoque paraphrasis verbor Homeri: οὐδ' ὄπ. κακὸς ἔσσεαι οὐδ' ἀνοήμων. In S post ο lacuna est, quam Cramerus sarsit verbis ὅμοιος τῷ πατρὶ s plendo, recte quidem ad sensum, at simul ea recepta op tebat quae H suppeditat, ut ratio particulae οὐδὲ perspecta fo Pulchrius etiam participium τυγχάνων natum est, nempe Crameri cerebro apertissimam sententiam perperam intellegen Etenim, monente Dindorfio in Praefatione (p. XLV), „partici τυγχάνων literae ανων abscissae sunt", et multum vereor unquam comparuerint. Τυγχάνεις, ut diximus, unice requirit

pro quo in H et T levi vitio τυγχάνοις est, ex recentiorum pronunciatione repetendo. Locus igitur sic scribatur: οὐδὲ ὕστερον κακὸς ἔσῃ οὐδὲ (ἄφρων, εἰ δή) ὅμοιος τῷ πατρὶ παῖς τυγχ(άνεις) καὶ τῆς πατρῴας σπορᾶς ἔχεις τι σύμβολον κτλ., et omnibus numeris absolutus erit.

β, 315. Ad Telemachi verba: καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός Ambrosianus E et Parisinus D (Praef. p. XLVI) fragmentum praebent amplissimae Porphyrii disputationis (c. XV τῶν Ὁμηρικῶν ζητημάτων. cfr. ad A, 66.) de variis substantivis verbisque, quibus Homerus ad declarandam iram generibus suis distinctam usus est, quae omnia Porphyrius, ut eius est mos, philosophica quadam ratione exponenda et connectenda existimat. Est autem hoc quod dico fragmentum pessime compositum, adeo ut non meminerim me vel in Scholiorum farragine multa videre, quae peius scripta atque excerpta sint. Pleraque enim, ut saepius iam dixi, excerpta nostra non sine cura quadam sunt facta, hoc vero ita comparatum est ut perraro tantum pauca conferat ad ipsius Porphyrii orationem emendandam, ipsum sine editionis Porphyrianae ope saepe ne intellegi quidem possit, adeo argumentorum series truncata est atque oscitanter confusa. Ne calumniari videar, dabo testimonia. Iam prima fragmenti nostri verba habent quae improbentur: ὁ μὲν θυμὸς ἀπὸ τοῦ θύειν, ὁ δὲ χόλος ἀπὸ τῆς χολῆς. Qui θυμὸς a verbo duxit, idem fecit, opinor, in cognato substantivo. Id ipsum habet vetus editio: ὁ μὲν θυμὸς ἀπὸ τοῦ θύειν, ὁ δὲ χόλος ἀπὸ τοῦ χολᾶν προσηγόρευται. Sequuntur apud Porphyrium compluscula, quae epitomator suo iure omisit, ita pergens: θυμὸς δὲ καὶ χόλος, λαβὼν — melius editio: προσλαβὼν — τὴν ἐπὶ τὸ δρᾶσαι κακὸν ἀγανάκτησιν, χώεσθαι λέγεται, ὡς τὸ „σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις χωόμενος," (A, 243) ἤγουν ἀμυχὰς ποιήσεις σπαράσσων τὴν ψυχήν· — haec recte in editione desunt, adsunt in Veneto — καὶ „χωόμενος δ' ὁ γέρων πάλιν ᾤχετο" (A, 380). δηλοῖ δὲ τὸ οὐχ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλὰ μετὰ ἀγανακτήσεως ἀμυντικῆς· διὸ καὶ καταρᾶται καὶ κατὰ τοῦτο ἀμύνεται. Ne caetera tangam, nemo facile intellegat nec cur bis idem dicat Porphyrius, — nihil enim interest, inter θυμὸς κ. χόλος προσλαβὼν -- ἀγανάκτησιν et δηλοῖ δὲ τὸ --- ἀγανακτήσεως ἀμυντικῆς

— nec cur postremum tantum exemplum explicuerit, nec cur id per adversativam maxime particulam expresserit. Saepissime quidem δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Πορφύριος, fateor, sed semper ita, ut arte quadam factum conspiciatur. Ponit regulam, proponit exempla, atque ad unumquodque exemplum verbis curiose artificioseque variatis regulam suam eo confirmar ostendit. Conferamus quae supra exscripsi cum genuino Porphyrio, quem in vetere editione habemus, et apparebit quam nunc quoque verum sit quod dixi. Θυμὸς δὲ καὶ χόλος προσλαβὼν τὴν ἐπὶ τὸ δρᾶσαι κακὸν ἀγανάκτησιν, χώεσθαι λέγεται, κα ὁ ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει „χωόμενος κῆρ", (A, 44)· αὐτίκα γοῦν τὸ λοιμὸν ἐπάγει. καὶ δράσαντος ἐρωτῶσιν, „ὅς κ' εἴπῃ ὅ τι τόσσο ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων." (A, 64.) διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ δρᾶσαί τ κακὸν δυναμένου δι' ὀργὴν βασιλέως εἴρηται· „κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ." (A, 80.) οὕτως εἴρηκε καὶ τ „σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις·χωόμενος," δηλῶν τὸ δραστικὸ δι' ἀγανάκτησιν περιέχειν τὸ χώεσθαι. (in horum locum pervenerunt in nostros codices, nescio unde, ea quae supra iam ut aliena notavimus: ἤγουν -- σπαράσσων τὴν ψυχήν, ac simu perspicuum fit unde non minus alienum δηλοῖ δὲ venerit.) κα τοίνυν τὸ „χωόμενος δ' ὁ γέρων πάλιν ᾤχετο" ἀκουσόμεθα οὐ; ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλὰ μετ' ἀγανακτήσεως ἀμυντικῆς· δι καταρᾶται καὶ οὕτως ἀμυνόμενος. Nunc quidem vetus editi parvo mendo laborat nostrorum ope tollendo, licet et hae quoque errore non vacent. Participium ἀμυνόμενος minus aptum est et scripsisse Porphyrius videtur quod nostri codices praeben nisi quod κατὰ τοῦτο a scriptoris mente abhorret, quem ex cum editione οὕτως aut διὰ τούτου dedisse suspicor: διὸ (κα καταρᾶται καὶ διὰ τούτου ἀμύνεται. Pergit Porphyrius etiam in ED, Καὶ „χωόμενος κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικός (A, 429) Ἀχιλλεὺς τῇ ὀργῇ δηλοῦσθαι ποιεῖ τὴν τιμωρητικὴν διαγανάκτησιν· ἐπιβουλεύει γοῦν διὰ τῆς μητρὸς το Ἕλλησι. Extrema multo exquisitius simul et rectius, — non enim Achilles Graecis *insidiatur*, — praebet editio: Ἀχιλλεὺ τῇ ὀργῇ δηλοῦσθαι ποιεῖ τὴν τιμωρητικὴν δι' ἀγανάκτησι ἄμυναν· ἐπεξέρχεται οὖν (recte nostri γοῦν) διὰ τῆς μη τρὸς τοῖς Ἕλλησι καὶ οὐχ ἁπλῶς ὀργίζεται. Post haec sequ debebant quae epitomator imperite ad fragmenti finem reiecit

ὥσπερ γὰρ τὸ ἄχθεται πρὸς τὸ ἄχνυται ἔχει περιττεύουσαν ἀγανάκτησιν, οὕτω τὸ χώεσθαι πρὸς τὸ χολοῦσθαι. Pro his nostri Codd. praebent, ornatius fortasse: ὅπερ οὖν (hoc certe prave pro γὰρ) τὸ ἄχθεται πρὸς τὸ ἄχνυται ἔχει περιττεῦον τῇ ἀγανακτήσει, τοῦτο καὶ τὸ χώεσθαι πρὸς τὸ χολοῦσθαι. Haec apte sequuntur, simul enim quae hucusque de verbo χώεσθαι dicta sunt confirmant ac novum quid afferunt contra Aristarcheos observatum, ut apparet ex Scholio Aristonici Ψ, 603 et Lehrsii Aristarcho p. 145 (ed. 2ae). At vide quid in nostra epitome post τοῖς Ἕλλησι sequatur: ταὐτὸν οὖν (ex Buttmanni emendatione, γοῦν est in E) ἐστι θυμὸς καὶ χόλος· μῆνις δὲ καὶ μένος ὀργὴ ἐναπόθετος καὶ ἔμμονος. Bellissima sane conclusio: multis egit auctor de vera atque accurata significatione verbi χώεσθαι, iisque ad finem perductis magna cum gravitate addit: ταὐτὸν οὖν ἐστὶ θυμὸς καὶ χόλος. Aut hoc est insanire aut nescio quid sit. Sed huius vitii nunc quidem insons est Porphyrius, qui his verbis revera usus est sed alio argumentationis loco, ubi tam apta sunt quam nunc aliena. *Nostro* loco in ζητημάτων editione est: ἐν κινήσει μὲν οὖν χόλος καὶ θυμός· (sequuntur multa quae ibi quoque *ante* haec verba collocanda iudico.) ἐν δὲ σχέσει μῆνις, μένος καὶ κότος. καὶ μῆνις μὲν καὶ μένος ὀργὴ ἐναπόθετος καὶ ἔμμονος· πάλιν δὲ μῆνις προσειληφυῖα τὸ ἐπιτηρητικὸν μετ' ἀγανακτήσεως καὶ κακοποιΐας κότος γίγνεται, quae quantopere iis, quae ex codicibus nostris edita sunt praestent, nemo mihi monendus est. Neque magis sequentia cohaerent apud epitomatorem: ὅτι δὲ τὸ μένος σθένος „πάντως οἷον ἐμόν γε μένος καὶ χεῖρες ἄαπτοι" (Θ, 450)· καὶ πρὸς τὸν Δία· „εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν ὅ τοι σθένος οὐκ ἐπιεικτόν." (Θ, 32. cfr. vs. 463.) ὡς οὖν παρὰ τὸ σθένος μένος, οὕτω καὶ χόλος μένων μένος καὶ μῆνις, sed tamen ita sunt scripta ut ad ipsius Porphyrii textum corrigendum et hic aliquid afferant. Nempe ponit Porphyrius, μῆνις et μένος synonyma esse a verbo μένω derivata, idque operose, ut semper, demonstrat. Καὶ τὸ μένος δὲ — incipit — παρὰ τὸ μένειν. μένειν δὲ ἀκίνητον (εἶναι ins.?) καὶ ἄτρομον καὶ μὴ φεύγειν. „ἐν γάρ τοι στήθεσσι μένος πατρώϊον ἧκα ἄτρομον" (E, 125). ὅτι γὰρ παρὰ τὸ μένειν, „ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστι." (E, 254.). καὶ μένος οὖν χειρῶν τὸ ἔμμονον ἔργον πρὸς τὸ δράξασθαι·

„οἱ δὲ μένος χειρῶν ἰθὺς Φέρον" (E, 506). ὅτι δὲ τὸ μένος σθένος (iam apparet cur haec attulerit Porphyrius, quod in nostra epitome obscurum erat) „πάντως οἱ (immo οἶον) ἐμόν (γε ex Homero addendum) μένος καὶ χεῖρες ἄαπτοι" εἰπόντος Διός, „εὖ νυ" Φησὶ (praestat Φασὶ) „καὶ ἡμεῖς ἴδμεν ὅ τοι σθένος οὐκ ἐπιεικτόν." ὡς οὖν τὸ σθένος, οὕτω καὶ χόλος μένων μένος καὶ μῆνις. Haec ultima omni sensu destituta ex fragmenti nostri, licet et ipsa corrupta sit, lectione ita redintegranda sunt: ὡς οὖν (παρὰ) τὸ (σθένω) σθένος, οὕτω καὶ χόλος μένων μένος καὶ μῆνις. Eadem habet Etymologicum Magnum i. v. Μένος: παρὰ τὸ μένω τὸ παραμένω, μένος, ὡς παρὰ τὸ σθένω, σθένος. Consentit Porphyrius in perversa vocabuli μῆνις etymologia cum Aristarcheis, (cfr. Lehrs. Quaestt. Epp. p. 38.) ut apparet et ex Apollonii Lexico licet manco [1]) et ex Scholiis Venetis ad primum Iliadis verbum. Venetus enim A: μῆνιν: παρὰ τὸ μένω μῆνις ὡς ἔνος ἦνις. Immo vero: παρὰ τὸ μένω (μένος), μῆνις, ὡς ἔνος ἦνις, quemadmodum et ratio suadet et scriptura Veneti B: μῆνις παρὰ τὸ μένω ἐν ἐκτάσει μῆνις ὡς ἔνος ἦνις, et explicatius Etymologicum Gudianum: μῆνις: ἔστι παρὰ τὴν ἐμμένουσαν ὀργὴν μένις καὶ κατ' ἐπέκτασιν τοῦ ε εἰς η μῆνις. [2]) Iam accedimus ad totius prolixae disputationis quasi epilogum: καὶ ἔστιν ἡ μὲν κατὰ κίνησιν πρόσκαιρος ὀργὴ χόλος, θυμός· ἡ δὲ κίνησις μετὰ ἀγανακτήσεως καὶ δραστικῆς ἐνεργείας χώεσθαι λέγεται καὶ σκύζεσθαι. ὥστε ἀπόθετος μὲν χόλος μένος, καὶ μῆνις δὲ τὸ ἀμύνεσθαι ἐπιτηροῦσα κότον· καὶ ὅπως ὁρμὴ ἐπηρτημένη μετὰ λύπης ὀρέξεως ἡ ὀργή, καὶ ὅπως κατὰ αὔξησιν τοῦ θυμοῦ γίνεται. In his Buttmannus, quamquam aut ignarus aut immemor ea ex Quaestionibus Homericis contracta esse, solita sagacitate plurima

---

1) Editur: μῆνις: ὁ μὲν Ἀπίων μάνις· οἱ γὰρ ὀργιζόμενοί πως μαίνονται· Ἀρίσταρχος δὲ κότος πολυχρόνιος ἀπὸ τοῦ ἐγκεῖσθαι. Sprevit Bekkerus nescio quomodo quod Albertius iam Villoisono teste certissimum commendaverat: Ἀρίσταρχος δὲ κότ. πολυχρ. ἀπὸ (τοῦ μένειν) τοῦ ἐγκεῖσθαι.

2) Cum Gudiano conferenda est prolixa glossa Epimm. Homm. (t. I. p. 282, 283), ex qua haec excerpam: παρὰ γοῦν τὸ μένω μένις καὶ μῆνις, καὶ ἐκτάσει τοῦ ε εἰς η, ὡς ἕνος ἐνιαυτός, ἕνις καὶ ἦνις, ἤνιδος Legendum: — — μένις, καὶ μῆνις κατ' ἔκτασιν τοῦ ε εἰς η.

ituit. Restituit κατὰ κίνησιν pro κατακίνησις, quod sinus D postea excussus et vetus Quaestionum editio comaverunt. Restituit necessarium καὶ inter ἀγανακτήσεως et τικῆς ἐνεργείας. Restituit inquinatissima in fine sic: ἀπό-ς μὲν χόλος, μένος καὶ μῆνις· μῆνις δὲ τὸ ἀμύνεσθαι ηροῦσα, κότος, id est ita fere, ut revera vetus Porphyrii io scripta ea exhibet. Caetera non potuit restituere, nec quam poterit, nisi qui ipsam editionem inspexerit. Itaque lenter abstinuit manum, addens: „sed sequentia quoque rant; in quibus tamen μετὰ λύπης ὀρέξεως est idem quod ὰ ὀρέξεως τοῦ λυπεῖν". Et recte fecit. Quis enim absque Porrii textu dixerit quid sit: καὶ ἔστιν --- ὥστε ἀπόθετος χόλος μένος --- καὶ ὅπως ὁρμὴ --- ἡ ὀργή, καὶ ὅπως ὰ αὔξησιν τ. θ. γίνεται? Contra ipsum Porphyrii textum conrantibus res est simplicissima. Ut supra iam significavi, tor disputationi quasi epilogum addit eumque κατ' ἀνακεαίωσιν, cuius tamen prima verba non sunt καὶ ἔστιν, sed ται τοίνυν. Iam tenebrae disiectae sunt. Εἴρηται τοίνυν ἡ μὲν κατὰ κίνησιν πρόσκαιρος ὀργὴ χόλος καὶ θυμός· ἡ μετ' ἀγανακτήσεως (καὶ ins.) δραστικῆς ἐνεργείας χώεσθαι εται καὶ σκύζεσθαι· ΩC Δ' ἀπόθετος (malim ἐναπόθετος, ut ra est, quemadmodum in eadem re verbo ἐναποκεῖσθαι utitur) ι χόλος μένος καὶ μῆνις· αὕτη δὲ τὸ ἀμύνεσθαι ἐπιτηροῦσα ·οC· καὶ ὅπως ὁρμὴ ἐπηρτημένη μετὰ λύπης [καὶ] ὀρέξεως ργή, καὶ ὅπως κατὰ αὔξησιν τοῦ θυμοῦ γίγνεται. Nunc alintisper a Porphyrio discedamus, moniti ubi in eius ratiocionibus aliquid inconcinni offendimus, id non semper tam esse imputandum argute et subtiliter disputanti, quam omatoribus, saepe ea omittentibus quibus omissis sententia ditus pessumdatur.

3, 323. Proci cavillantur Telemachum iamiam discessurum: κνόν, ἵνα ἀπιστούντων καὶ κραιπαλώντων λάθῃ ἡ ἔξοδος. (M.) nomen deësse nequit: ἵνα ἀπιστούντων καὶ κραιπαλώντων ὶτῶν) λάθῃ ἡ ἔξοδος.

8, 325. ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει. Egregia ad hunc versum adnotatio critica, sine dubio ex Didymo

excerpta, ad confirmandam athetesin versuum 316 et 317 quo tamen loco, recte Dindorfio monente, nota huc pertinen amissa est. Βεβαιωτικὰ ταῦτα τὰ ἔπη (nempe ἢ μάλα κτλ. τοῦ μὴ εἰρῆσθαι ὑπὸ Τηλεμάχου τοὺς προηθετημένους στίχους (vi 316 et 317) „πειρήσω ὥς κ' ὔμμι κακὰς ἐπὶ κῆρας ἰήλω, || ἠ Πύλονδ' ἐλθὼν ἢ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ." ἀπορoῦντες γὰρ λέγουσι „ἢ μάλα Τηλέμαχος," οὐκ ἂν ἀπορήσαντες οἱ προακηκοότες (EMH.) Ut haec intellegantur, scribendum est: ἀπορoῦντες γὰρ λέγουσιν — ,οὐκ ἂν ἀπορήσαντες εἰ προακηκοότες.[1])

β, 337. Ὣς φάν· ὁ δ' ὑψόροφον θάλαμον κατεβήσετο πατρὸς, || εὐρύν. Ad haec E: ὡς ἔφαν: γράφεται καὶ φάν· ἔφασαν καὶ ἐν συγκοπῇ ἔφαν καὶ φάν. (Non potest hic aliter scribi.) τὸ δὲ „θάλαμον κατεβήσετο" (-εβήσατο male codex?) νόει ἐκ τῆς λέξεως τὸ κοῖλον. Non optime assequor, nec quid sibi velit imperativus, neque magis quo modo ex verbis θάλαμον κατεβήσετο significatio vastitatis ac concavitatis elici possit. Utrique malo medebimur scribendo: τὸ δὲ „(ὑψόροφον) θάλαμον κατεβήσετο" νοεῖ ἐκ τῆς λέξεως τὸ κοῖλον.

β, 340. Descendit Telemachus in thalamum

ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο
ἐσθής τ' ἐν χηλοῖσιν ἅλις τ' εὐῶδες ἔλαιον·
ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο κτλ.

Itaque, ut chaos philosophorum, πάντα ὁμοῦ. Οὐ γὰρ — Scholiasta quodam iudice — ἦν τοσαύτη τῶν παλαιῶν περιεργία, ὡς ἑκάστῳ τόπον ἀπονέμειν. At non potest aliter per rerum naturam, quin unicuique rei locum adsignes. Sed excidit vocabulum ad sensum necessarium: οὐ γὰρ ἦν τοσαύτη τῶν παλαιῶν περιεργία, ὡς ἑκάστῳ (ἴδιον) τόπον ἀπονέμειν. Omissio autem, quod mireris, in omnibus codicibus est (EMQH), unde Scholion est editum.

β, 350. Imperat Telemachus Eurycleae:

Μαῖ', ἄγε δή μοι οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον
ἡδύν, ὅτις μετὰ τὸν λαρώτατος ὃν σὺ φυλάσσεις.

---

1) Carnuthius, quod nunc obiter moneo, inter Aristonici fragmenta recepit, ceterum eadem emendatione, sed cum dubitandi signo, proposita.

Hinc Scholiastis nascitur occasio praecepta morum inculcandi. *Οἰκονομικὸν* — inquiunt — *τὸ διανόημα, ὅτι οὐκ εἰς τὴν καθ' ἡμέραν δαπάνην τῷ αὐτῷ χρῆσθαι προσήκει, ἀλλ' ἀποκεῖσθαι τὰ τιμιώτερα εἰς ἐξαίρετον χρόνον.* Sic habent EQ, et ut videtur (Praef. p. xlvij), Harleianus quoque. Matres familiae, credo, aliter iudicabunt, neque intellegent cur *οἰκονομικὸν* censeatur ad sumptus quotidianos *τῷ αὐτῷ μὴ χρῆσθαι.* Immo alia fuit boni patris familias, qui haec consarcinavit, sententia: *ὅτι οὐκ εἰς τὴν καθ' ἡμέραν δαπάνην τῷ ἀρίστῳ χρῆσθαι προσήκει*, et ita demum oppositio recte habet: *ἀλλ' ἀποκεῖσθαι τὰ τιμιώτερα εἰς ἐξαίρετον χρόνον.* Talia profecto Homeri verba eximie illustrant, fortasse quispiam dixerit. At sunt millenae huiusmodi observationes, non minus hac futiliores, nulla tamen tam festiva quam est haec ad Iliad. Z 165 super *μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ*, quam animi causa adscribo: *τρεῖς τρόποι μίξεων* (l. *μίξεως*, atque ita codex Scorialensis)· *ἢ βούλεταί τις μὴ βουλομένῃ μιγῆναι, ὡς νῦν οὗτος λοιδορεῖται· ἢ μὴ βουλόμενος βουλομένῃ, ὡς Ὀδυσσεύς „παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ"* (*ε*, 155) *τῇ Καλυψοῖ· ἢ ὡς Αἴγισθος τῇ Κλυταιμνήστρᾳ ἐθέλων ἐθελούσῃ* (*γ*, 272). *τέταρτος δὲ τρόπος οὐκ ἔστιν· οὐδεὶς γὰρ ἄκων ἀκούσῃ μίγνυται.* Atque hae quisquiliae in quatuor codicibus, Veneto B, Scorialensi, Leidensi, Harleiano, locum invenerunt!

Ad eundem versum in solo Marciano (M) leguntur haec. *ὦν*: *γρ. καὶ μικρόν, ἵν' ᾖ, ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὄν, ὡς τὸ „μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα".* (B 674.) Nihil attinet horum verborum, quibus nec caput constat nec pes, difficultates singillatim exponere. Unum tangam, si de varia lectione *ὦν* pro *ὄν* hic sermo est, ut est sine dubio, quid sibi volunt verba ex Iliade citata *„μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα,"* quibus neutra lectio nec stabilitur nec evertitur? Atque haec tamen tam obscura ex emendatione profecta sunt, adscriptis etiam confirmandi gratia scholii verbis *β*, 213 (p. 101, 7): *πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀφ' οὗ γέγονε μέλλοντος* (nempe *πρήσω* a grammaticis fictum), quae et integerrima sunt et nihil habent cum vitioso *ἵν ᾖ, ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὄν* commune. Sed omissis his ipsa Codicis M lectio consideretur, ut videamus ecquid inde eruere detur quod intellegi

possit. Est autem eiusmodi. ὦν: γρ. καὶ μικρὸν ἵν' ἐστ[illegible] ἀπὸ τοῦτον, (τοῦ τοῦτον coll. Cob.) ὡς τὸ κτλ. Iam a[illegible]paret duo Scholia in unum coaluisse, quod saepissime factu[illegible] est, — cfr. v. c. ad μ 175, de quo iam egi in Observa[illegible] p 59 —, alterum respiciens variam lectionem ὦν [illegible] ὃν [1]), alterum dictionem μετὰ τὸν illustrans, cuius lemma peri[illegible] Itaque haec ita erunt constituenda. ὦν: γρ. καὶ μικρόν „ὃ[illegible] (pro ἵν'.) — (μετὰ τὸν): ἔστι δεύτερος (pro ἐστὶν ἀ[illegible] τούτου, ὡς τὸ „μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα," quibus verbis si[illegible]lia habet tertium Scholion de eadem re in MQV: χρησ[illegible] τὰ ἦθος ὑποφαίνει. οὐ γὰρ τὸν κάλλιστον, ἀλλὰ τὸν μετ' ἐκεῖ[illegible]ον δεύτερον αἰτεῖ, τὸν δὲ προτερεύοντα (πρωτεύοντα QV) τῷ πα[illegible]τρὶ φυλάσσει.

β, 390. πάντα δ' ἐν αὐτῇ || ὅπλ' ἐτίθει. Horum haec est paraphrasis in S: τὰ χρειώδη σχοινία ἀπετίθει. Credam ἀπετίθει rectius esse.

β, 421. ἀκραῆ Ζέφυρον κελάδοντ' ἐπὶ οἴνοπα πόντον. Dissentiebant veteres grammatici, utrum κελάδοντα ad Ζέφυρον an ad πόντον pertineret. „Contra eos, qui κελάδοντα ad πόντον traherent", — monente Buttmanno — observatio est in EQ: τὸ δὲ κελάδοντα, τὸ κελαδεῖν (Codd. κέλαδον τὸ κελαδεῖν) ἐπὶ λιγυρᾶς φθογγῆς τίθεται (Buttm. Codd. ᾄδεται), τὸ δὲ ῥοχθεῖν ἐπὶ κυμάτων. (EQ) Ut prima verba aliquantum cohaererent, Buttmannus proposuit: τὸ δὲ κελάδοντα, κελαδεῖν κτλ., ipse addendum suspicor ὅτι, ante τὸ obliteratum (cfr. Bast. Comment. Palaeograph. p. 784), ut sit: τὸ δὲ κελάδοντα, (ὅτι) τὸ κελαδεῖν ἐπὶ λιγυρᾶς φθογγῆς τίθεται κτλ. Auctor huius sententiae mihi videtur Porphyrius, verbaque ut supplevi coniungenda censeo cum iis, quae ex iisdem codicibus et R paulo ante (p. 116, 20 seqq.) edita agunt de vocabulo ἀκραής, quorum auctor signis non dubiis, ut postea dicetur, idem Porphyrius agnoscitur. Hac autem lege, ut quae inter ἀκραιφνές (p. 116, 26, ubi R deficit) et τὸ δὲ κελάδοντα leguntur, hinc eiecta separatim

---

1) Similiter dubitatur v. c. δ 222. καταβρόξειεν: γράφεται καὶ μικρὸν καὶ μέγα[illegible] κτλ. (E.

ponantur, cum certe Porphyrii *non* sint, sed et eius et aliorum interpretationes breviter recenseant, quemadmodum his simillima sed etiam breviora edita sunt ex BQV, p. 116, l. 18, 19. His igitur amotis caetera, ut dixi, coniungenda censeo, quod vel initium disputationis, etsi procul dubio contractae, satis ostendit. Qui verba Homerica ita composita adduxit: τὸ „ἀκραῆ ζέφυρον κελάδοντα," καὶ τὸ „ἐπλέομεν βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ" (ξ, 253), οὐκ ἔστιν ἄκρως πνέοντι, (quo modo et alii interpretabantur et Apollonius Sophista i. v., non, ut Villoisonus edidit, ἄκρῳ πνέοντα,) ἀλλ' ἀκεράστως πνέοντι, — qui igitur Homeri verba ita composuit, idem opinor de κελάδοντα non cum vocabulo πόντον struendo addita causa monuisse potest. Contra cui ea debentur quae T praebet (App. p. 743), neutrarum partium is fuit, quod tamen non impediat quominus eius verba leviter corrupta in ordinem cogamus: κελάδοντ' ἐπὶ οἴνοπα πόντον: ἤτοι (τὸν add.) ἠχοῦντα τὴν θάλασσαν [τὸν] ἄνεμον ἢ κατὰ τὸν κελάδοντα πόντον πνέοντα. Articulus, quod saepe vidimus, in archetypo omissus et supra lineam vel in marginem suppletus loco non suo insertus est.

β, 430. Δησάμενοι δ' ἄρα ὅπλα θοὴν ἀνὰ νῆα μέλαιναν || στήσαντο κρητῆρας κτλ. De interpunctione huius versus ita Nicanor: βραχὺ διασταλτέον ἢ μετὰ τὰ ὅπλα, ἢ μετὰ τὸ νῆα μέλαιναν. (H.) Aliquanto rectius erit: ἢ μετὰ τὸ ὅπλα, ἢ μετὰ τὸ νῆα μέλαιναν. Similiter σ, 128 editur ἐπητῇ: δεινῷ εἰπεῖν, ἢ λογίῳ, παρὰ τὰ ἔπη (V), ubi equidem multo praetulerim παρὰ τὸ ἔπη. Cfr. ν 332 et inprimis ε 182, unde et hoc doctrinae Porphyrianae frustulum esse apparet.

Admonet me autem hoc pusillum vitium aliquoties commissum alius ad hunc librum scholii partim in Appendice (p. 739) partim in Praefatione (p. XLI) latentis, in quo corrigendo animadversionibus ad secundi libri scholia finem aliquando imponam. Ἦ καὶ ἔπειτα — Telemachus dicit loco notissimo — λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλκήν. (vs. 60, 61.) Legitur ad λευγαλέοι brevissimum Scholion ex S in textu positum, aliud multo plenius sed verbis quibusdam minus distincte scriptis in T est, in Appendicem ut dixi relatum huiuscemodi: λευγαλέοι τ': ποιεῖ τὸν λόγον ἀντὶ τοῦ ἀσθενεῖς ..... προσ-

θήκην ἡλικίας ..... ἀσθενεῖς φανησόμεθα καὶ οὐκ ἐπιστάμεθ[illegible] τὰ τῆς μάχης. διὰ δὲ τοῦ ὁμολογεῖν τὴν ἀσθένειαν εἶκτον ἅμ[illegible] κινεῖ καὶ τοὺς μνηστῆρας τῆς ὑποψίας ἀπαλλάσσει. Egit de ho[illegible] Scholio Ludwichius [1]), codicis verba, quae Dindorfius expedir[illegible] non poterat, ita legens: -- ἀσθενεῖς. εἰς τὰ μετέπειτα [illegible] προσθήκην ἡλικίας λάβωμεν, ἀσθενεῖς φανησόμεθα κτλ. Simu[illegible] monuit eadem aliquanto rectius legi in M, unde quae in T [illegible] etiam restituto lacera manserunt suppleri possint: παρὰ τ[illegible] λόγον, ἀντὶ τοῦ ἀσθενεῖς. ὁ δὲ νοῦς· ἤ („l. ἢ" Ludw.) καὶ εἰ[illegible] τὰ μετέπειτα, κἂν προσθήκην ἡλικίας λάβωμεν, ἀσθενεῖς φανη[illegible]σόμεθα καὶ οὐκ ἐπιστάμενοι (τὰ deëst in M) τῆς μάχης. Ide[illegible] παρὰ τὸ λόγον et plane insanum ποιεῖ τὸν λόγον optime eme[illegible] davit in παρὰ τὸν λοιγόν, ducibus usus Aristonici notis a[illegible] Iliad. Ι 119, Τ 109, Φ 281. Poterat auctoritatem magis i[illegible] in vicinia positam arcessere, nempe ipsum nostrum Scholion, cui[illegible] ius tertius auctor existit Harleianus, et Hamburgensi et Marcia[illegible] integrior. Harleiani verba in Praefatione (p. XLI) abscondi[illegible] sunt, unde factum arbitror, ut Ludwichii diligentiam effugerin[illegible] Sic autem se habent: λευγαλέοι: ἀντὶ τοῦ λευκαλέοι (si[illegible]sic) παρὰ τὸν λοιγὸν ἀντὶ τοῦ ἀσθενεῖς. ὁ δὲ νοῦς· ἤ καὶ εἰς τ[illegible] μετέπειτα, κἂν προσθήκην ἡλικίας λάβωμεν, ἀσθενεῖς φανησόμε[illegible] καὶ οὐκ ἐπιστάμενοι τὰ τῆς μάχης. In his quoque etsi caete[illegible] incorrupta praebentibus duo tamen restant corrigenda, minutu[illegible] alterum, alterum paulo gravius. Non est rectum εἰς τὰ μετέπειτ[illegible], quamquam est in omnibus, sed εἰς τὸ μετέπειτα, quemadm[illegible] dum εἰς τὸ ἔπειτα dicitur et εἰς τὸ παραυτίκα et τοπρίν, se[illegible] ταννῦν. Quid autem faciendum illo λευκαλέοι, cui stuporis nota[illegible] inussit Dindorfius? Nihil est levius quam verum restituer[illegible]: λευγαλέοι: ἀντὶ τοῦ λοιγαλέοι παρὰ τὸν λοιγόν, ἀντὶ τοῦ ἀσ[illegible] θε-

1) „Das Scholion ist auch sonst sehr entstellt; ich habe weiter unten versucht, [illegible], es zu emendiren." Not. ad pag. 444. Et p. 454, apposito quod in T est, pergit: „et[illegible] was richtiger lautet diese Bemerkung in M (unedirt): παρὰ τὸ λόγον, ἀντὶ [illegible] τοῦ ἀσθενεῖς. ὁ δὲ νοῦς· ἤ (lies ἢ) καὶ εἰς τὰ μετέπειτα, κἂν προσθήκην ἡλικ[illegible]ίας λάβωμεν. ἀσθενεῖς φανησόμεθα καὶ οὐκ ἐπιστάμενοι (fehlt τὰ) τῆς μάχης. A[illegible]ber auch hier ist der Anfang sinnlos; vermuthlich ist dieses παρὰ τὸ λόγον in M so[illegible]wie jenes ποιεῖ τὸν λόγον in T verdorben aus παρὰ τὸν λοιγόν, wie der C[illegible]d. Venet. A. in den Scholiën des Aristonikos zu Ι 119, Τ 109, Φ 281 richtig über[illegible]fert hat."

νεῖς. Ne audacius egisse videar, etsi sententia ipsa id tantum non clamat, evolvamus Etymologicum Magnum. Λευγαλέον: τὸ ὑγρόν. Σοφοκλῆς „μύρῳ (recte Lehrsius μόρῳ) λευγαλέῳ"· καὶ Ὅμηρος Ἰλιάδος Φ „νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι", τουτέστι τῷ δι' ὕδατος· ἢ χαλεπῷ, ἀδόξῳ, παρὰ τὸ χεύω, χευαλέον. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ὀλέθριον, παρὰ τὸ λοιγὸν λοιγαλέον, καὶ μεταθέσει τῶν στοιχείων, λευγαλέον. Ultima ex Aristarchea doctrina fluxerunt, ut apparet ex tribus Aristonici Scholiis iam ante Ludwichium a Lehrsio indicatis, quorum copiosissimum est ad Iliad. Φ 281: ὅτι ἐκ τούτου οἱ νεώτεροι ἐξεδέξαντο λευγαλέον τὸν δίυγρον· ἔστι δὲ κατὰ κοινωνίαν στοιχείων λευγαλέον ὀλέθριον, παρὰ τὸν λοιγόν· καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ (β 61 i. e. nostro loco) „λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα," quibus similia, sed breviora, caetera duo Scholia habent. Itaque principium nostri quoque Scholii ex Aristonico fuit, sic olim conceptum, λευγαλέοι: (ὅτι) ἀντὶ τοῦ λοιγαλέοι παρὰ τὸν λοιγὸν ἀντὶ τοῦ ἀσθενεῖς. Caeterum etymologiam Aristarchi falsam esse, unusquisque nunc intellegit. Sed ut eius etymologia falsa sit, non tamen usquequaque est inepta, ut caeterae, quas Etymologici Magni compilator nescio unde arripuit, quibus non minus pulchras aliunde collectas addit Etymologici Gudiani auctor: Λευαλέος (immo Λευγαλέος): ὁ πανοῦργος καὶ φαῦλος, παρὰ τὸ λεύειν καὶ τὸ ἔργον, λεωργὸς καὶ λεοργὴς (λεοργὴς?) διὰ τοῦ ο καὶ λευογαλέος, (καὶ add.) κατὰ συναλοιφὴν [καὶ] δι' εὐφωνίαν λευγαλέος. Hoc vero est κλώθειν ἀσύγκλωστα, ac ne risu quidem dignum.

Quae in adnotationis ex HMT editae exitu collocata paraphraseos locum obtinent, simul facere possunt ad breve illud Scholion sanandum, quod ex S prolatum solum ipsi textui (p. 33, 1 et 2) insertum est. Καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλκήν: καὶ εἰδότες, μεμαθηκότες, ἐπιστάμεθα τὸν τρόπον τῆς βοηθείας, τῆς δυνάμεως. Fuit, credo: καὶ (οὐκ) εἰδότες, μεμαθηκότες, ἐπιστάμενοι τὸν τρόπον τῆς βοηθείας.

γ. 3. Ad tertii libri Scholia transeuntes itidem in ipso fere limine offendimus. Oritur sol ἵν' ἀθανάτοισι φαείνοι || καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν. Adnotatur ad haec in E: θνητοῖσι βροτοῖσιν: βροτοῖς ἀθανάτοισι καὶ θνητοῖς, τὸ μὲν

διὰ τὴν ψυχήν, τὸ δὲ διὰ τὸ σῶμα. Pauca haec verba non sane molestiis carent, etenim mihi saltem non apertissimum est, ut taceam de caeteris, quonam modo *βροτοὶ ἀθάνατοι* intellegendi sint. Omnia autem plana erunt eiecto *βροτοῖς*, quae glossula est ad *βροτοῖσιν* in lemmate antecedens, caeteris ita leviter mutatis: *ἀθανάτοις καὶ θνητοῖς, τοῖς μὲν διὰ τὴν ψυχήν, τοῖς δὲ διὰ τὸ σῶμα.* Eadem res philosophos nostros saepe exercuit, cur Aurora diis quoque lucem afferre dicatur. Ex eodem codice E aut idem aut alius non multo sanior prodiit, qui in quinti libri initio, ubi eadem fere verba occurrunt, ita quaereret: *τοῖς μὲν βροτοῖς δεόντως· τοῖς δὲ ἀθανάτοις διὰ τί; μὴ οὐκ ἔστι τοῖς θεοῖς φῶς; ἀλλ' ἐνταῦθα φῶς τὸ ἡλιακόν φησιν. ἢ ἀθανάτους τὰ στοιχεῖα ὑποληπτέον, ὃ καὶ κρεῖττον.* (p. 242, 3.) Nos vero, qua sumus inscitia, quid altera explicatio alteri praestet, videre non possumus.

γ, 14. Admonet Telemachum Minerva: *Τηλέμαχ', οὐ μέν σε χρὴ ἔτ' αἰδοῦς οὐδ' ἠβαιόν.* Et eam recte admonuisse et Telemachum decenter respondisse Scholiastae testantur: *εὐπρεπῶς δὲ ἡ μὲν ὡς ἀδαήμονι διαλέγεται ἀξιοῦσα νῦν ἀποθέσθαι διὰ τὸν καιρὸν τὸ τοιοῦτον ἦθος, ὁ δὲ οὐκ ἐπάγει ὅτι ἀδαήμων εἰμί· οὐ γὰρ εὐπρεπὲς περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα ἐκφέρειν· ἀλλὰ τἀληθές φησιν, οὐδέ τί πω μύθοισι πεπείρημαι.* (EHMQ.) At hoc nec cuiquam laudi datur, si *ἀδαήμων* (imperitus) audit, nec quisquam prae pudore id de se ipso praedicare nolle recte dici potest, nec aliquid habet cum Homerico versu commune. Apertum est *ἡ μὲν ὡς αἰδήμονι διαλέγεται*, et *ὁ δὲ οὐκ ἐπάγει ὅτι αἰδήμων εἰμί* scribendum esse, ut pro *imperito* iuvene *verecundus* existat. Priore loco falsa scriptura in omnibus codicibus esse videtur; *αἰδήμων* autem totidem literis legitur in Harleiano, quod cum Dindorfius ipse in Praefatione adnotavisset (p. XLVIII) optimam lectionem inconsulto abiecit, pessimam *ἔθος*, — quod nec cum voce *αἰδήμων* nec cum *ἀδαήμων* quadrat, — pro *ἦθος* miro iudicio probavit.

γ, 38. *Κώεσιν: ἀπὸ τοῦ κῶος μεταπλασμός ἐστι τοῦ κώασι.* (HM). Pro *κώασι* „*κῶας, ὃ σημαίνει τὸ δέρμα* H recte." Ne nunc quidem nisi obscure dictum est. Aliquanto rectius fortasse erit:

κώεσιν: ἀπὸ τοῦ κῶος, (ὃ ins.) μεταπλασμός ἐστι τοῦ κῶας, ὃ σημαίνει τὸ δέρμα. Ita quoque B: ἀπὸ τοῦ κῶας (immo κῶος.). μετέπλασται (l. μεταπέπλασται) δὲ τὸ κῶος ἀπὸ τοῦ κῶας, ὃ σημαίνει τὸ δέρμα, nec multo aliter Etymologicum Magnum.

γ, 50. τοὔνεκα σοὶ προτέρῳ: ἐχρῆν ὀρθοτονεῖν τὴν „σοί." Ζηνόδοτος δὲ „τοὔνεκα τοὶ" (male τοὔνεκά τοι edidit Dindorfius) γράφει, νοῶν ὅτι ἐπὶ τῆς διαστολῆς παραλαμβάνεται ἡ τοι. (HMQ.) Non hoc putavisse Zenodotum credam, sed σοί et τοί etiam in oppositione promiscue usurpari posse, quamobrem scripserim: νοῶν ὅτι ἐπὶ τῆς διαστολῆς παραλαμβάνεται (καὶ) ἡ τοι [1]).

γ, 57. Ad preces Minervae: Νέστορι μὲν πρώτιστα καὶ υἱάσι κῦδος ὄπαζε in M observatum est: οὐδενὸς γὰρ ἄλλου ἐδεῖτο (Nestor) ἢ χρυσῶν ἢ κτημάτων ἢ πλούτου ἤ τινος ἄλλου ὁμοίου ἀλλ' ἢ δόξης, καίτοι βασιλεὺς ὤν. ἡ γὰρ δόξα περὶ τιμῶντι καὶ οὐ περὶ τῷ τιμωμένῳ κεῖται. Ut observationi satis acutae suus sensus constet, scribendum erit: οὐδενὸς γὰρ ἄλλου ἐδεῖτο ἢ χρυσοῦ ἢ κτημάτων ἢ πλούτου ἤ τινος ἄλλου ὁμοίως ἀλλ' ἢ δόξης, καίτοι βασιλεὺς ὤν. ἡ γὰρ δόξα παρὰ (τῷ ins.) τιμῶντι καὶ οὐ παρὰ τῷ τιμωμένῳ κεῖται, Prior sententiae pars paulo verbosius exponitur in simili nota, quae nostram excipiens Marciano cum Ambrosiano Q communis est. Πλοῦτος γὰρ σύμμετρος ἦν τῷ Νέστορι, χρόνου μῆκος, εὐπαιδία, μεγάλων πράξεων ἐπιτυχία. φρόνησις, ἀκμὴ λόγου. ὡς οὖν ἠθληκότι ἤδη κατὰ τὸν βίον (delenda incisio) τὴν ἐπὶ τούτοις ἀγαθὴν δόξαν εὔχεται (Minerva.) Posteriorum verborum emendatio et ex ipsa rerum natura confirmanda est, et ex significatione praepositionis περὶ cum dativo — in prosa Attica rarissimae — quae hic plane absona foret, et ex proclivi siglarum prope earundem permutatione. Adeo ut mirari nonnunquam subierit, in Scholiis nostris

---

1) Paulo aliter Cobetus (Mnemos. N. S. vol. I (1873) p. 4) qui mavult: ἀγνοῶν ὅτι ἐπὶ τῆς διαστολῆς παραλαμβάνεται ἡ σοί. Prorsus eodem modo correxerat Larochius, qui simul, si recte capio, ἐπὶ τῆς ἀντιδιαστολῆς scriptum requirit, qua mutatione nihil opus esse, hi Herodiani ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας loci demonstrabunt: ad Γ 160, Ε 39, Ι 529, Ο 226, Π 90, 415, Φ 92.

non accuratissime scriptis editisque tam raro in his peccatum esse. Nam praeter nostrum locum et *κ* 495, de quo in ipso huius disputationis introitu (p. 6.) accurate egimus, et in vicinia nostra *γ* 106 (p. 130, 3), quem restituimus in Observatt. p. 38, *quatuor* tantum praeterea locis *περὶ* et *παρὰ* confusa deprehendi, quae nunc in transcursu indicabo. Initium faciamus a libro eo in quo nunc versamur *γ* 171, ubi quod apud Homerum Nestor dixit: *ἢ καθύπερθε Χίοιο νεοίμεθα παιπαλοέσσης*, || *νήσου ἐπὶ Ψυρίης, αὐτὴν ἐπ' ἀριστέρ' ἔχοντες* ita explicatur in **M**: *τὴν Χίον ἐπ' ἀριστερά. ἀντὶ τοῦ περὶ νῆσον Ψυρίαν.* Luce clarius est, priora pertinere ad *αὐτὴν* explicandum, tum inde ab *ἀντὶ τοῦ* agi de verbis Homericis *νήσου ἐπὶ Ψυρίης.* Hoc quoque apparet, iterum duo brevia Scholia in unum coaluisse, alterius lemmate omisso, itaque emendandum esse: *τὴν Χίον ἐπ' ἀριστερά.* – (*νήσου ἐπὶ Ψυρίης*): *ἀντὶ τοῦ παρὰ νῆσον Ψυρίαν*, ut recte scriptum est in HQR, *νήσου ἐπὶ Ψυρίης: ἀντὶ τοῦ παρὰ νῆσον Ψυρίαν, ὡς „Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν"* (λ, 314), quae non minus belle comparata sunt quam exposita, etsi nihilo meliora loco ipso hic allato (λ, 313) leguntur in Scholio Harleiano. Eadem non sine multiplici infortunio bis habet T (p. 746 App.), prius et omisso *παρὰ*, in quo vocabulo totus rei cardo vertitur, et *ὡς ὅταν ἐπ' Ὀλύμπῳ* lepide scripto pro *ὡς „Ὄσσαν ἐπ' Ὀλύμπῳ,"* ac deinde novum de eadem re Scholion incipit: *Ἀλκμὰν --- ἄγοντες.* (?) *ὁ δὲ λόγος περὶ νῆσον Ψυρίαν.* Immo: *ὁ δὲ λόγος* (sensus est), *παρὰ νῆσον Ψυρίαν*, ut caeteri habent omnes. — Iterum eadem confusio cernitur in longissimo Porphyrii Scholio ex Heraclide Pontico desumpto ad *ν* 119, de quo et Cobetus V. Cl. multis disputavit ac mihi quoque post[illegible]t agendum erit, nunc hoc unum tangam, auctorem non dixisse *κἀνταῦθα μὲν δεῖ θεωρεῖν παρὰ τί ποτε τὴν ἀπολογίαν ποιούμεθα* (p. 565, 2), sed *περὶ τίνος.* — Contra in vicinia, *ν* 142, ubi ad Iovis verba Neptuno de iniuria querenti respondentis: *χαλεπὸν δέ κεν εἴη,* || *πρεσβύτατον καὶ ἄριστον ἀτιμίῃσιν ἰάλλειν* observatur in HQ: *τοῦτο μάλιστα Ποσειδῶν αἰτιᾶται, τάχα δ' ὅτι καὶ περιπεμφθῆναι αὐτὸν ὑπ' ἄλλων, οὐχ ὑπ' ἐκείνων ἔδει*, ibi igitur et *περιπεμφθῆναι* perversum est et oratio inconcinna et tota observatio cum Homeri verbis, quae ei lemmatis loco praescripta sunt, non multum habet commune. Itaque retrahenda erit a[illegible]

vs. 130, ubi Neptunus indignabundus, quis deorum me in posterum — inquit — verebitur, ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσιν, || Φαίηκες, τοίπερ τοι ἐμῆς ἔξ εἰσι γενέθλης, nam haec unice verba respicere potest Scholion quo de agimus, ita scribendum: τοῦτο μάλιστα Ποσειδῶν αἰτιᾶται, τάχα [δ'] ὅτι, (εἰ) καὶ παραπεμφθῆναι αὐτὸν ὑπ' ἄλλων, (ἀλλ') οὐχ ὑπ' ἐκείνων ἔδει. Et cur δ' expunxerim, et cur εἰ et ἀλλ' addiderim, et qui factum sit ut quae addenda existimem in codicibus exciderint, vel me indicente quivis videat. — Quartus denique locus est τ 450, ubi de etymologia vocabuli Homerici λικριφίς agitur: ἐτυμολογοῦσι δὲ τὸ λικριφὶς οἷον λίαν κεκρυμμένως· οἱ δέ, περὶ τὰ ἰκρία, ὅ ἐστι τὰ πλάγια ξύλα, καὶ τὸ λίαν. (B.) Scripsit homo, opinor: οἱ δέ, παρὰ τὸ ἰκρία --- καὶ τὸ λίαν, atque sic, sed plenius, legitur in Etymologico Magno.

E locis Scholiorum ad Iliadem, eadem labe infectis, — qui et ipsi, quantum videre potui, non multi sunt, — nunc unum tantum tractabo, Herodiani Scholion ad Iliad. B 585, ob Lehrsii viri clarissimi auctoritatem. Disputat Herodianus de scriptura nominis Οἴτυλον. Οἴτυλον δὲ — inquit — ὡς δάκτυλον. -- κακῶς δὲ Τυραννίων, οἰόμενος ἄρθρον εἶναι τὸ οἰ, καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ ἁμαρτάνων καὶ παρὰ τὴν ἱστορίαν, εἴ γε οὕτως φησὶ καὶ Φερεκύδης κτλ. Equidem, quemadmodum — ut uno exemplo defungar — Xenophon recte dixit in Anabasi III, II § 20: οἳ εἴσονται ὅτι ἦν τι περὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνωσι, περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ σώματα ἁμαρτάνουσι, ita et Herodianum et caeteros omnes ex ipsius Graecitatis natura scripsisse arbitror, itaque vel invito Codice Veneto corrigendum: κακῶς δὲ Τυραννίων — καὶ περὶ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ ἁμαρτάνων καὶ περὶ τὴν ἱστορίαν. Sed opponetur mihi Lehrsii sententia alia omnia censentis in adnotatione ad Herodiani περὶ μονήρους λέξ. (p. 31 eius editionis). Herodianus, ibi de vocabulo νῆσος agens scripsisse creditur, si unico Codici fides: --- πεπλάνηται ἄρα ἡ νῆσος παρὰ τὸ γένος. Ad haec igitur Lehrsius: „Solet πεπλάνηται περί. --- *Attamen et illud recte dici puto*," affertque ad hanc doctrinam suam confirmandam *octo* grammaticorum locos, quorum quatuor sunt ex Epimerismis Homericis, negligentissime scriptis et a Cramero, ut inter omnes constat, vel imperitius editis! At quos locos! Τὰ διὰ τοῦ

υλος τρισύλλαβα ποικίλα εὑρίσκομεν παρὰ τὴν τάσιν. (p. 51, 18); οἱ παρὰ Ἡρόδοτον (p. 379, 33), de quibus ipse Lehrsius: „nec dubium quin sit -- in his errore παρὰ pro περὶ illatum." Nec multo melius est quod e pag. 231, 17 eorundem Epimerismorum citatur, cum et in Etymologico Magno et apud Choeroboscum, iterum ipso indicante Lehrsio, (addo et in Etymol. Gudiano,) idem locus per περὶ ut oportet scriptus inveniatur. Itaque Epimerismorum auctoritatem et in his et in quarto loco (p. 174, 27) totam recuso, nec Cramero quidquam in talibus credendum existimo, qui quam sit codicum exscribendorum peritus et alii saepe dixerunt et ipse aliquoties in Observationibus et mox iterum insigni exemplo demonstrabo. Restant quatuor loci: Scholia ad Iliadem K 43: ἔστι δὲ σολοικισμὸς παρὰ τὰς πτώσεις, Dionysius Halicarnassensis in iudicio Thucydidis 37, 5: σολοικισμὸς παρὰ τοὺς ἀριθμούς, Arcadius 64, 24: πάθος παρὰ τὴν φωνήν, tandem Apollonius de Pronomine, p. 41 A: εἴ τι ἐν διαλέκτοις παρὰ τάσιν ὀλιγωρηται. Plures locos nec investigavi nec puto adesse, cum alioqui Lehrsium in his scriptoribus versatissimum atque in opinione sua confirmanda occupatum non latuissent. At ego licet Lehrsium, summum in literis nostris virum, tanti faciam quanti eum facere par est, tamen nunc quidem ei adsentiri nequeo, — οὐ μέντοι νῦν αὐτῷ συγκατατίθεμαι, κατὰ τὸν Ἡρακλειτον, — atque in his quoque quatuor locis pro vitioso παρὰ audacter rescribendum censeo περί, quoniam his exceptis etiam grammatici, ut caetera Graecorum gens, ἁμαρτάνειν, σολοικίζειν, πλανᾶσθαι, ὀλιγωρεῖν caett. περί τι dixisse inveniuntur.

Affinis his et alia est confusio vulgatissima inter ἀπό, ἐπί, ὑπό, etiam in vocabulis hinc compositis, quae in nostris paulo latius serpsit. Cernitur γ 151 in Porphyrii excerpto, ad quod mox redibimus: -- λέγει δὲ καὶ ἀνάπνευσιν τὴν μικρὰν τῶν κακῶν παραμυθίαν, „ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο" (Λ 801), ἀπὸ τῶν ἐκ πολέμου ἐπ' ὀλίγον ἀναπνεόντων. (EHMQDT. p. 133, 9 seqq.) Immo: ἐπὶ τῶν -- ἀναπνεόντων. — δ 769. ὑπερηνορεόντων: ἀπὸ τῶν νέων τῶν ἄγαν ἀνδρείων. (E.) Dictum est ἐπὶ τῶν νέων τῶν ἄγαν ἀνδρείων, ut ratio docet et Etymologicum Magnum. — ζ 2: νῦν καιρίως ἐφίσταται ὅτι ἐπιβουλεύων ἀνῆκεν ὁ Ποσειδῶν. (P.)

Immo *καιρίως* ὑ φ ί σ τ α τ α ι, *innuit*, *facit ut intellegamus*, verbum grammaticis adamatum, quod quamquam centies recurrit tamen saepius corruptum est aut ab editoribus, — ut in illo monstro ὑπευλήσατο post videbimus, — aut a librariis. Sic ζ 204 in Aristonici Scholio ὅτι σαφῶς ἐνταῦθα ἐκτετοπισμένην που καὶ ἐσχάτην τὴν τῶν Φαιάκων χώραν ὑ φ ί σ τ α τ α ι, οὐ τὴν Κέρκυραν, alter Codex (T) rectum praebet, alter (P) ἀφίσταται. At nullus Codex opem fert longiori Scholio, Porphyrii puto, ad η 126, ubi cum Homerus dixisset:

τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
τέρσεται ἠελίῳ, ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
ἄλλας δὲ τραπέουσι· πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσιν
ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσιν,

quaesivit Porphyrius (qua de re plurimi grammatici controversias moverunt): τὸ ἕτεραι δοκεῖ παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν χρῆσιν ἐνταῦθα κεῖσθαι. --- Ἀττικοὶ μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ τάττουσι τὸ ἕτερος, ἀλλ' οὐχ ὁ ποιητής. εἴωθε γὰρ τὸ ἕτερος ἐπὶ δύο τάττειν. --- ῥητέον δὲ ὅτι κἀνθάδε παραπεφύλακται τῷ ποιητῇ ἡ ἀκρίβεια. τῶν γὰρ σταφυλῶν τὰς μὲν πεπείρους ἐ π ί σ τ α τ α ι, τὰς δὲ ὄμφακας κτλ. (PQT.) Equidem credam Homerum hic non maturas uvas ac acerbas *noscere* (ἐπίστασθαι), — quis non novit —, sed *intellegere*, *innuere*, animis audientium proponere. Itaque τῶν γ. σταφυλῶν τὰς μὲν πεπείρους ὑ φ ί σ τ α τ α ι, τὰς δὲ ὄμφακας. — η 216. Ulixes ad Phaeacas: οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο. Indignum hoc λυτικοῖς visum: κατατρέχουσί τινες τούτων ἱκανῶς ὡς ἀγενέστατα περὶ τῆς γαστρὸς διαλεγομένου καὶ δεῖπνον ἀ π α ι τ ο ῦ ν τ ο ς καὶ ταῦτα παρὰ ἀνθρώποις οὓς οὐδέπω εἶδεν· οὐδὲ ἡρωϊκὸν τὸ παράγγελμα γαστρὶ εἴκειν. πρὸς οὓς ῥητέον ὅτι ἀποτρίβεται τὴν ὑπόνοιαν τοῦ δοκεῖν εἶναι ..... εἰς ταπεινοὺς λ ό γ ο υ ς κ α τ α β α ί ν ε ι ν λ ό γ ο υ ς. διὸ καὶ ..... μ έ ν ε ι ν τὰ περὶ τῆς γαστρός. (T.) Primum vitiosum est δεῖπνον ἀ π α ι τ ο ῦ ν τ ο ς, quod neque Ulixes facere poterat neque in ea re inest τὸ εἰς ταπεινοὺς καταβαίνειν λόγους. Sed humile erat, quod Ulixes coenam *emendicaverat*. Itaque scribatur: καὶ δεῖπνον ἐ π α ι τ ο ῦ ν τ ο ς. Caetera lacunosa Dindorfii ope ita fere restitueram, ut Ludwichium nunc facere video. „Alterutrum λόγους delendum," neminem, etiam si Dindorfius non monuisset, latere potest. Post εἶναι in Codice,

eodem in App. p. 772 adnotante, „θεὸν legi videtur." Pro corrupto μένειν Ludwichius in T κύνειν scriptum esse testatur, unde optime μηκύνει eruit. Quo nondum cognito ipse in eandem sententiam διὸ καὶ ἐμφαίνειν vel ἐντείνειν τὰ π. τ. γαστρός tentaveram, totumque locum etiam nunc ita constituendum arbitror: πρὸς οὓς ῥητέον ὅτι ἀποτρίβεται τὴν ὑπόνοιαν τοῦ δοκεῖν εἶναι (θεός), εἰς ταπεινοὺς καταβαίνων λόγους. διὸ καὶ (μη)κύνειν τὰ περὶ τῆς γαστρός. Atque ita fere, ut dixi, Ludwichius quoque, a quo tamen tribus in rebus recedendum putavi: primum quod Codicis lectionem θεόν, etsi soloeca est, recepit.[1]) deinde quod prius λόγους retinuit, quod ego expunxi secundo servato, quo facto oratio mihi concinnior evasura videtur, denique quod infinitivum μηκύνειν nescio cur in indicativum convertit, cum nihil tritius sit quam verba declarandi in altero membro cum ὅτι particula strui, in altero cum accusativo, qui dicitur, et infinitivo. Exemplo sint ex plurimis hoc Xenophonteum (Cyrop. I, III § 13): ἡ δὲ (Μανδάνη) ἀπεκρίνατο ὅτι βούλοιτο μὲν ἅπαντα τῷ πατρὶ χαρίζεσθαι, ἄκοντα μέντοι τὸν παῖδα χαλεπὸν εἶναι νομίζειν καταλιπεῖν, et ex nostris Scholion Porphyrianum ad α 332, ubi est: καὶ Ἑλένη συνεστιωμένη νέοις — — — σαφῶς ἐδήλωσεν ὅτι παρθένοις μόνον ἦν αἰσχρόν — — — ταῖς δὲ γαμηθείσαις μὴ εἶναι αἰσχρόν. Sed hae minutiae, in quibus alii aliter iudicant, nostram in summa re συνέμπτωσιν non minuent, qua laetor, quaeque mihi indicio est sententiam disputatiunculae lacunosae quidem sed non difficillimae

---

1) Repetita Dindorfii observatione (App. p. 772) de codicis scriptura Ludwichius pergit: „Nur die Aufgabe über die Lücke ist richtig; 1) nähmlich schrieb der Librarius wirklich nichts anderes als καί; nur dass er, um die Zeile zu füllen, die Buchstaben α und ι etwas auseinander zog; und 2) bietet die Handschrift κύνειν für μένειν. Vielleicht war folgendes die ursprüngliche Lesart: πρὸς οὓς ῥητέον ὅτι ἀποτρίβεται τὴν ὑπόνοιαν τοῦ δοκεῖν εἶναι θεὸν εἰς ταπεινοὺς λόγους καταβαίνων. διὸ καὶ μηκύνει τὰ περὶ τῆς γαστρός." (p. 451.) Haec ille. Ne quis autem soloecum θεόν, quoniam a codice offertur, tollere reformidet, adscribam itidem ex T aliud exemplum accusativi oscitanter pro nominativo positi, quod vel flagitiosius est. Adfertur in App. p. 757 longior nota ex T ad p. 185, 21 (δ 122), in qua praeter caetera et haec leguntur· λέγει δὲ καὶ χρυσῆν τὴν ἠλακάτην· »χωρὶς δ' αὖθ' Ἑλένῃ ἄλοχον πόρε κάλλιμα δῶρα, χρυσῆν τ' ἠλακάτην τάλαρόν θ' ὑπόκυκλον ὄπασσεν." Hic iam Homerus ipse (δ, 130, 131) lectionis ἄλοχος non recusandus auctor erit. Alia eiusdem confusionis exempla cum conquirere facile sit, omittam.

recte nos cepisse et restituisse. — *θ*, 570 iterum habemus harum praepositionum confusionem, at nunc inter *ὑπό* et *ἐπί* et cum parva lacunula coniunctam. Scholion est in Alcinoi orationem ad Phaeacum principes, qua cum Ulixen patriae reddendum esse suasisset, repente animum eius ferit recordatio malorum ex quadam patris praedictione hinc impendentium.

Φῆ ποτὲ (pater) *Φαιήκων ἀνδρῶν εὐεργέα νῆα*
ἐκ πομπῆς ἀνιοῦσαν ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
ῥαισέμεναι, μέγα δ' ἡμὶν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψειν.
ὣς ἀγόρευ' ὁ γέρων· τὰ δέ κεν θεὸς ἢ τελέσειεν
ἤ κ' ἀτέλεστ' εἴη, ὥς οἱ φίλον ἔπλετο θυμῷ.

Ad ultima adnotatum est in T: *τὰ πρὸ πολλοῦ γὰρ παραδεδομένα μαντεύματα ἤδη ἕωλα ἐδόκει καὶ οὐ πάντως ᾤετο ὑπὸ τούτου συντεθήσεσθαι.* Facile credimus vetera Phaeacum oracula ab Ulixe *non esse* composita, etsi neque opus erat talia nos admoneri ac nihil ad rem pertinent. Sed hoc iam furentis est, si dicas opinari Alcinoum vetera ista oracula ab Ulixe *non compositum iri*. Quid multa? Scribatur: *τὰ πρὸ πολλοῦ γὰρ παραδεδομένα μαντεύματα ἤδη ἕωλα ἐδόκει, καὶ οὐ πάντως ᾤετο ἐπὶ τούτου συντε(λεσ)θήσεσθαι*, non opinabatur ea in Ulixe prae caeteris eventura esse. Nam *πολλοὺς ἀποστολῆς τετυχηκότας, ἅμα δὲ τοῦ ναυαγίου σεσωσμένους ὁρῶν, ἐνόμιζεν ὡς ἄρα καὶ ἡ ὀργὴ τοῦ Ποσειδῶνος πέπαυται.* — *κ* 72. Ulixes narrat quomodo post ventorum utrem a comitibus apertum navemque diffractam iterum ab Aeolo exceptus sit, praeter alia maledicta hoc ei ingerente: *ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων. Καὶ πῶς*, rogant, *ἤμελλεν ἀπὸ Φαιάκων τυχεῖν κομιδῆς ταῦτα καθ' ἑαυτοῦ λέγων; ἀλλ' ἀπέδειξε τοὺς ἑταίρους ἀξίους ὄντας· ἐλεεινότερον οὖν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσιν.* (HT.) Unice necessarium *ὑπό* ab Hamburgensi T oblatum Dindorfius in adnotatione delitescere sivit. — *λ*, 303. Narratur a Scholiastis duce Homero notissima de Castore et Polluce fabula, eos Pollucis rogatu diebus alternantibus et in Olympo degere et in Orco. *ἡ δὲ αἴτησις πρώτως ἐκ τοῦ Πολυδεύκους προήχθη ἀφθάρτου τυγχάνοντος ὑπὸ θεῶν.* (BQ.). Hoc quidem nihil est; voluit auctor *ἀφθάρτου τυγχάνοντος* (*ὡς*) *ἀπὸ θεῶν*, quemadmodum idem Codex Q cum HV aliud fere simile de eadem re Scholion praebens in eo recte scriptum habet: *ἀναιρεθέντος Κάστορος* --- *Πολυδεύκης ἄφθαρ-*

τος ὢν διὰ τὸ ἐκ Διὸς γεγονέναι παρεκάλεσε τὸν πατέρα ὅπως ἐπιτρέψῃ αὐτῷ νείμασθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀφθαρσίαν. — ξ, 521. παρεκέσκετ' ἀμοιβάς: πχρέκειτο ἡ χλαῖνα ἀμοιβὰς οὖσα, ὅ ἐστιν ὑπ' ἀμοιβῇ κειμένη. (BHQ.) Scholiasta vuit, ut est ex rei natura, παρέκειτο εἰς τὸ ἀμείβεσθχι, quemadmodum in altero Scholio ex HQ exponitur. Hoc autem Graece puto ὅ ἐστιν ἐπ' ἀμοιβῇ κειμένη sonat, quod cum iterum unus Codex (H) recte praebeat, iterum ad calcem paginae relegatum est.[1]) — π, 35. Ὀδυσσῆος δέ που εὐνή || χήτει ἐνευνχίων κάκ' ἀράχνια κεῖται ἔχουσα. Vocabulorum χήτει ἐνευναίων haec legitur paraphrasis in BH: τῇ χηρείᾳ κχὶ σπάνει τῶν συνευνηθησομένων. ἐπὶ εὐθείας τὸ χῆτος. Attulit Dindorfius in ima pagina Eustathii de verbo χήτει testimonium (p. 1793, 47): τὸ δὲ χήτει φασὶν οἱ παλαιοὶ εὐθεῖχν ἔχειν τὸ χῆτος, sed vel absque eius auctoritate in Scholio ex BH, fortasse addito lemmate, scribendum erat: (τὸ δὲ χήτει:) ἀπὸ (ἀπ') εὐθείας τὸ χῆτος. Fuit et alia antiquitus scriptura, non ἐνευνχίων sed ἐνευναίῳ, quod et ex Eustathii loco discimus et ex brevi Scholio ex QV: χήτει ἐνευναίῳ: ἄμφω δοτικαί, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ χῆτος, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνεύναιον, ubi tamen recte ἀπὸ scriptum est. — Tandem notabo σ, 133: ἀρετήν: εὐδχιμονίχν, τὴν ὑπὸ θεῶν εὐπρχξίαν (H), quod cum difficile dictu sit quid tandem significet, mutetur in τὴν ἀπὸ θεῶν εὐπρχξίαν, quod interpretem non requirit.

E Scholiis ad Iliadem, quae hoc eodem corruptelae genere laborant, nunc quoque unum Herodiani tangam longissimum, in quo constituendo mihi neque cum Lehrsio neque cum Dindorfio convenit. Pertinet ad Λ 659, βεβλημένοι οὐτάμενοί τε, de quo ultimo verbo ita disserit Herodianus: Ἀρίσταρχος ὡς ἱστάμενοι καὶ κιχράμενοι, Πάμφιλος δὲ ὡς δεδχρμένοι, ἐπεὶ καὶ

1) Quod Dindorfius in Praef. (p. LXII) notavit Buttmanni, ut ei videtur, errorem in constituendo Vulgatorum scholio, in hoc equidem errorem agnoscere nequeo. Nempe in Vulgatis hae glossae leguntur: ——— ἣ παρεκέσκετο, παρέκειτο. — ἀμοιβάς, άδος, ἐναλλασσομένη. Hinc (ex -άδος) Dindorfio auctore „interpolator Aldinus εἶδος fecit, a Buttmanno ulterius in ἐσθής depravatum, ut error errorem parere solet." Immo, sive -άδος retineas sive non retineas, ἐσθής supplendum est, ut glossa aliquid significet: ἀμοιβάς, -άδος, ἐναλλασσομένη (ἐσθής), quemadmodum Apollonius habet i. v. ἀμοιβάς: ἡ ἐκ διαδοχῆς ἐναλλασσομένη ἐσθής.

τὸ βεβλημένοι συντελικόν. καὶ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ἀπὸ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ πολὺ πρότερον τεθεωρῆσθαι παρ' αὐτῷ: Φησὶ γὰρ „οὔτ' αὐτοσχεδίην οὐτασμένος ὀξέϊ χαλκῷ" (λ, 536). συντελικῇ γὰρ μετοχῇ συντελικὴν ἐπήνεγκεν. Ac primum quidem in Homeri verbis ex Odyssea citatis aut ab epitomatore aut a scriba Veneti Codicis memoriae lapsu quaedam perturbata sunt, debebatque Dindorfius Lehrsii ex Homerico textu restitutionem: οὔτ' ἄρ βεβλημένος ὀξέϊ χαλκῷ οὔτ' αὐτοσχεδίην οὐτασμένος in Herodiani verba recipere. Nam non esse auctoris errorem hinc probatur, quod ex iis quae ipse codicem secutus edidit nullo modo effici potest grammatici conclusio: συντελικῇ γὰρ μετοχῇ συντελικὴν ἐπήνεγκεν. Sed hoc obiter. Illud quaero, quomodo viri docti acceperint verba καὶ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ἀπὸ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ πολὺ πρότερον τεθεωρῆσθαι παρ' αὐτῷ. Quae vereor ut ullam probabilem explicationem admittant, nisi mutata praepositione scribatur: καὶ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ἐπὶ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ πολὺ πρότερον τεθεωρῆσθαι παρ' αὐτῷ, i. e. videturque apud *Homerum* in singulari numero multo *potior* huius verbi forma conspici. Comprobat id quod posuit grammaticus versu ex Odyssea adlato, „οὔτ' ἄρ βεβλημένος --- οὔτ' -- οὐτασμένος," et sic recte potuit concludere: „participio *perfecto* aliud hic participium *perfectum* subiunxit, idemque igitur nostro ex Iliade loco, ubi pluralis cernitur, factum oportuit," οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν πληθυντικῶν ἀναγινώσκειν ἔδει. Qui βεβλημένος et οὐτασμένος coniunxit poëta, debuit βεβλημένοι οὐτασμένοι τε dare. Quod si iure Herodianus contendit, multo maiore iure ipse contendo, qui ἐπὶ τῶν πληθυντικῶν recte scripsit grammaticus, eundem eadem dicendi forma usum non aliter quam ἐπὶ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ dare potuisse et dedisse. Ne verbum quidem in re tam perspicua addidissem, nisi et Lehrsium et Dindorfium manifestum vitium in loco paulum obscuriore silentio transiisse vidissem. Locus autem ideo paulo obscurior est, quod Herodianus vocabula quaedam alioquin notissima sua, id est peculiari significatione, adhibet. Dixit de his strictim Lehrsius [1]), Herodianeum usum verborum ὁρᾶσθαι, μελετᾶν, ἀποφαίνεσθαι, ὀφεί-

---

1) In diatribe II „Drako περὶ μέτρων. Herodianus περὶ διχρόνων," adiecta eius libro, qui inscribitur „Herodiani Scripta tria emendatiora," pagg. 409, 410.

λει caett. aperiens, caeterum nostra non attingens. Ex nostris autem παρ' αὐτῷ sic nude positum in Herodianeis fere semper et ubique *Homerum* designat, ut B 498 de scriptura Θέσπιαν vel Θέσπειαν: ἐκτετάσθαι φασὶ διὰ τὸ μέτρον· τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας ἐν συστολῇ τέ ἐστι πληθυντικῶς τε λεγόμενον. ἴσως οὖν ὅλον ποιητικόν ἐστιν. σύνηθες γὰρ αὐτῷ πολλάκις τὰ πληθυντικῶς λεγόμενα καὶ ἑνικῶς προφέρεσθαι --- καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ ἑνικὰ πληθυντικῶς, idemque est B 783; E 256; Θ 527; Λ 659 (bis); N 191; 520; Ξ 249; 509; O 26; 698; 709; P 110 caett. Porro δοκεῖ τεθεωρῆσθαι nihil aliud est quam τεθεώρηται, ut Λ 677 τὸ δὲ Κραταιὶς δοκεῖ ἐπὶ τοῦ κυρίου βεβαρυτονῆσθαι nihil aliud est quam ἐπὶ τ. κυρίου βεβαρυτόνηται. Tandem in ultimis cave corrigas δοκεῖ τὸ τοιοῦτον πολὺ ὀρθότερον τεθεωρῆσθαι, nam illud ipsum aliquoties Herodianus expressit per πρότερον. Conferamus modo locos qualis hic est (M, 276) de verbo δίεσθαι: -- δέον ἐστὶ τὸ δίω βαρυνόμενον πολὺ πρότερον περισπᾶσθαι, ἵνα ἀποτελέσῃ τὸ δίημι. Viden πολὺ πρότερον plane idem esse ac si Herodianus dixisset ἔδει τὸ δίω βαρυνόμενον πολὺ ὀρθότερον, vel πολὺ μᾶλλον, περισπᾶσθαι? Similiter P 201: -- πολὺ δὲ πρότερον παρὰ τῷ ποιητῇ ἐστι τὸ τῆς ἀναγνώσεως „ἆ δεῖλ' οὐδέ τί τοι θάνατος", ἢ „ἆ δείλ' οὐδέ τί τοι θάνατος [1])".

---

1) Prorsus contrarium supra scripsi, quam quod Lehrsio placebat, in Herodiano suo priore loco ἆ δείλ', secundo ἆ δεῖλ' edenti. Quid caeteri editores censuerint, non est admodum perspicuum, cum apud Bekkerum, — typothetarum putaverim incuria, — utrumque δειλ' accentu destitutum sit, apud Dindorfium, iterum typothetis puto peccantibus, prius. Simul, — cum in minutiis versemur, — quaero cur apud editores posteriore loco scribatur οὐδέ τι τοι θάνατος pro οὐδέ τί τοι. Nulla enim de harum encliticarum accentu nunc movetur quaestio. Sed hoc ἐν παρόδῳ, ac potius rationes reddendae sunt mutationis, quae audacior quibusdam videri possit. Regula ita traditur ad P 201: πολὺ δὲ πρότερον παρὰ τῷ ποιητῇ ἐστι τὸ τῆς ἀναγνώσεως »ἆ ΔΕΙΛ' οὐδέ τί τοι θάνατος" ἢ »ἆ ΔΕΙΛ' οὐδέ τί τοι θάνατος". τὸ γὰρ πλῆρές ἐστιν ἆ δειλέ· οὐ γάρ, ὡς οἱ ἐξηγησάμενοι, τοῦ δείλαιε ἀποκοπή. — — — περιγέγραπται οὖν ἡ ὀξεῖα, εἶτα καὶ ἀνάπαυσις γέγονεν. ἆρά γε οὖν φυλαχθήσεται ἡ ὀξεῖα, ἢ ἐπεὶ περιγέγραπται τὸ φωνῆεν τῆς ὀξείας περιγέγραπται καὶ ὁ τόνος τὸ κρινόμενον ἐκεῖνο, ἵνα ἐπιστάμενοι ἀναγνῶμεν· ἓν ἐστιν εἰπεῖν, εἰ ἅπαξ περιγέγραπται τὸ φωνῆεν τὸ ἔχον τὴν ὀξεῖαν, ὁ τόνος γενέσθω τῆς προτέρας συλλαβῆς, οὐχὶ τῆς ἐπὶ τέλους. In his legere malim: ἢ ἐπεὶ περιγέγραπται τὸ φωνῆεν τῆς ὀξείας περιγεγράψεται καὶ ὁ τόνος; quemadmodum praecedit φυλαχθήσεται, (cfr. inprimis E 558.) et interpungere: τὸ κρινόμενον ἐκεῖνο ἵν' ἐπιστάμενοι ἀναγνῶμεν ἕν ἐστιν εἰπεῖν· εἰ κτλ. (Cfr. ad N 191.) Sed, — quo

Etiam hic valere *πολὺ ἄμεινον*, *ὀρθότερον*, *αἱρετώτερον*, quis dubitet?[1]) Sed iam satis sit, videamus sequentia. *Οὐτάμενοι* autem, — ita Herodianus disputare pergit, — etiam ex Aris-

---

rei caput, — nonne hinc aperte deducendum, Herodianum tunc temporis *scripturam ὦ δεῖλ' potiorem duxisse*? Nonne vel eo hoc confirmatur, quod eam dicit *non* esse *τοῦ δείλαιε ἀποκοπήν*? Videlicet aut apocope ad accentum *δείλ'* ei ducere videbatur, aut nescio cur omnino attulerit. Quae nostro loco epitomator proposuit, desumsit ad verbum, ut videtur, descripta ex Herodiani libro *περὶ παθῶν Διδύμου*. *Ζητεῖ ὁ Ἡρωδιανὸς* — inquit — *ἐν τῷ α' ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου περὶ τοῦ ὦ δειλ', πῶς δεῖ τονίζειν αὐτὸ καί φησι κτλ.* Idem Herodiani liber circa eandem rem citatur supra ad Λ 160, ubi de *κειν'* agitur: *λέγει ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου· τὰ ὀξύτονα ἡνίκα ἐκθλίβηται τὴν ὀξυνομένην συλλαβήν, ἀναπέμπει τὴν ὀξεῖαν ἐπὶ τὴν ὀπίσω συλλαβήν, καὶ ἐὰν ᾖ ἡ ἐκθλιβεῖσα συλλαβὴ ἡ ἔχουσα τὴν ὀξεῖαν βραχεῖα, ἡ δὲ ὀπίσω συλλαβὴ φύσει μακρά, τῷ τονικῷ παραγγέλματι γίνεται περισπώμενον. περισπᾷ γοῦν τὸ δῆλον* (*δεῖλ'* verissime corrigebat Heynius) *ἐν δὲ τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ ἐναντιοῦται τούτῳ.* Itaque Herodianus cum librum suum *περὶ παθῶν Διδύμου* scriberet, — si posteriori excerpto disertissimis verbis concepto fides, — probabat v. c. *πόλλ' ἔπαθον*, sed *δεῖν' ἔπαθον*. Hac igitur mente *περισπᾷ τὸ δειλ'*, id ipsum, quod ex scholio ad Ρ 201 adversus editorum sententiam elicuimus, quodque vel sic satis probatum erit. Simul hoc discimus, aliter eum praecepisse in libro de Homerica prosodia. Quod quale sit, fortasse tenemus in scholio Λ 441 adscripto, ubi iterum de verbis *ὦ δειλ'* disputatur: *ἐπεὶ μετὰ τὰς προσαγορευτικὰς ἀνάγκη στίζειν, ὡς καὶ ἡ συνήθεια μαρτυρεῖ στίζουσα μετὰ τὴν δευτέραν λέξιν, οὐκ ἔστι δὲ πλήρης ἀλλὰ συνήλειπται, οὕτως δὲ ἡμῶν ἀναγινωσκόντων πεπονθυῖαν τὴν λέξιν βαρβαρισμὸς γίνεται, εἴτε ὀξύνοιμεν εἴτε περισπάσοιμεν* (sic), *ἀναγκαίως ἐκ πλήρους γράφειν τὴν λέξιν »ὦ δειλέ" δεῖ, ἵνα καὶ ἡ στιγμὴ καὶ ὁ τόνος ἀναλόγως καὶ Ἑλληνικῶς ἔχῃ. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος ἔγραψεν ἐκ πλήρους, ὡς Δίδυμος μαρτυρεῖ.* Hinc, nisi me omnia fallunt, in praesentia ponimus haec tantum: fuit cum Herodianus *ὦ δεῖλ'* probaret, fuit cum Aristarcho Didymoque ducibus plene scriberet *ὦ δειλέ* in vocativis, quales sunt Λ 441, 452, Ρ 201, caeteris eiusmodi, at quod nunc unice valet, *ὦ δείλ'*, numquam probasse videtur. Simul leviter corruptum, non *περισπάσοιμεν*, sed *ὀξύνοιμεν*, in integrum restituere iuvat. Lehrsius addita vocula „sic" mendum patefecit, Dindorfius neque exclamationem repetivit neque vitium sustulit. Nihil tamen est facilius, nam accentu mutato quod nunc soloece dictum est recte dictum erit. Legendum: — — *βαρβαρισμὸς γίνεται, εἴτε ὀξυνοῖμεν εἴτε περισπάσοιμεν.*

1) Pergam et ipse compluscula quae Herodianus peculiari modo dixit, hic sub unum conspectum ponere. Dixit (ad Α 532): *ἠλόγητο γὰρ τὸ ἅλλομαι δασυνόμενον, εἴγε τὸ α πρὸ δύο λ ἐψιλοῦτο*, pro *contra regulam formatum est;* dixit (ad Γ 440) *πρὸς οὓς πιθανῶς ὑπαντητέον*, i. e. contra quos fidenter hoc dicendum; saepissime usurpat *σημαντικόν ἐστι* pro *σημαίνει* (ad Δ 26, Ε 759, 824, Ζ 386, 518, Λ 192 i. f., Τ 90, Υ 249 caett.); usurpat (ad Ζ 239) *τὰ δὲ τοιαῦτα*

tarchi sententia non est participium praesentis sed perfecti a
malum: *εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνό τις ὑπὲρ τοῦ Ἀριστάρχου λέγοι,
οὐκ ἐνεστῶτα ἐκδεχόμενος οὕτως ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ παρακείμ
πεπονθότα. ἔχει δὲ οὕτως· παρὰ τὸ οὐτῶ περισπώμενον ἐκπίπ
παραγωγὸν εἰς μι λῆγον τὸ οὔτημι, ἀφ' οὗ ἀπαρέμφατον
οὐτάναι καὶ οὐτάμεναι. ἀπὸ δὴ τοῦ οὔτημι γίνεται παθητικὴ
τοχὴ οὐτάμενος καὶ οὐτάμενοι ὡς κιχράμενοι. ἀλλ' οὔ φα
ταύτην εἶναι ἐν τῇ συντάξει* — (quod primo obtutu et i
et quivis, opinor, cum Lehrsio volebamus *ἐν τῇ νῦν συντά*

πολλάκις ἐκ συναλοιφῶν κρίνεται, i. q. *πρόδηλον δὲ κἀκ τῆς συναλοιφῆς* (I
Miro usu dixit (ad Λ 239) *εἰ καὶ μηδὲν τῶν εἰς ις ληγόντων καὶ ἀρσενι
γένος ὑπισχνουμένων περιεσπάσθη*, idemque paulo infra (Λ 270), ubi de
μογοστόκοι agit: *ἔφαμεν δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν συνθέτων ἐνέργειαν ὑπισχν
μενα παροξύνεσθαι*. et ad X 123: *τινὲς (τὸ ἵκωμαι) ὡς φιλῶμαι ἀναγινώσκου
ἵνα τὸ ἱκετεύσω σημαίνῃ. οὐκ ἀναγκαῖον δὲ ἐναλλάσσειν τὸν τόνον· καὶ γὰρ βι
νόμενον ταὐτὸν ὑπισχνεῖται* Neque minus mirus usus apud eum est τ
τολμᾶν ad Λ 677: *περὶ μέντοι τοῦ δαΐς ὀξυνομένου, τετολμημένου δὲ καὶ
ρύνεσθαι ἐπὶ ἑτέρου σημαινομένου, εἰρήσεται ἡμῖν ἀλλαχόθι*, qua in re nemo τόλ
quandam agnoscat, neque magis ad M 202 de *ὑψιπέτης*: *τινὲς μέντοι ἐτόλμη
ὡς τὸ „τιμῆς ἔσεται", οὕτως ὑψιπετήεις ὑψιπετῆς*, vel ad Υ 53, ubi de acc
verborum *θεῶν ἐπὶ Καλλικολώνῃ* agit, cum nonnulli *θέων* praeferrent, *ἡ μέντοι
πρόθεσις κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν* (videlicet si *θεῶν* verum est) *ὤφειλε προηγεῖ
τοῦ λόγου, ὥστε εἶναι ἐπὶ θεῶν Καλλικολώνῃ· διὸ ἐτόλμησάν τινες ἀναστρέ*
Nimis ornate (ad Ξ 172): *ὁ χαρακτὴρ ——— τὴν βραχεῖαν ἀσπάζεται*. I
(ad Π 57 i. f.): *ἵνα βοηθήσω τῇ τετριμμένῃ τάσει*, et sic *ἡ τετριμμ
ἀνάγνωσις*, cui *ἡ ἀμείνων ἀνάγνωσις* opponitur Et (ad Σ 319): *ὁ μέντοι λ*
(analogia) *συναγωνίζεται τῇ βαρείᾳ τάσει*, similiterque *Ἀττικοὶ οἱ νεώτ
τὴν ἅμαξαν δασύνουσιν, ἴσως ——— διὰ τὸ φιληδεῖν τῇ δασείᾳ* (ad Σ 4
Ellipsin prorsus Herodoteam habet ad Λ 503: *ἐπεὶ —— νοῦν οὐκ ἔχει τὸ βαρ
μενον (νέων), τὸ μέντοι περισπώμενον (νεῶν)*, omisso *νοῦν ἔχει*, eiusdemque gen
est quod legitur ad M 33: *καὶ γίνεται ἀμφίβολον πότερον αὐτοὶ οἱ ποταμοὶ ἴεν,
τοῦ ἴεσαν συγκοπὴ ὑπάρχῃ*, plane omisso altero membro. Obiter praeterea not
ad Ξ 396: *τὸ ἐναντίον χωρήσει*, ad Π 57 *δευτέρῳ λόγῳ* in enumerandis a
mentis, plurimos denique modos, quibus aliquid regulae suae aut concinere aut adver
significavit. Etenim aut *ἔστι γάρ τινα ἐναντιούμενα* dicit (ad A 368; 554
851; 387 caett.), aut *οὐκ ἀντίκειται τὸ νευραί καὶ νεῦρα· διάφορον γὰρ τὸ
μαινόμενον* (ad Γ 35; E 856; Z 202; Υ 485), aut *ἀντιπίπτει μόνον διὰ
αἴτιον τὸ φασί πρὸς τὸ φᾶσι μετοχικόν*, cui contrarium *ὑποπίπτειν κανόνι* (Λ
in nota de *μογοστόκοι*), aut E 39: *ἔστι μέντοι γε διαπεφευγότα τινά*. S
haec pauca de multis, ex solis *τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας* fragmentis ut casus fer
collecta. Plura alias dabuntur.

necessarium non est, ut hi me loci docuerunt: O 105; Π 445 et inprimis P 174: *ὅς τέ μέ Φης: ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναγινώσκειν δισυλλάβως ἐπὶ ἀορίστου χρόνου, ὁ μέντοι Ἀλεξίων μονοσυλλάβως ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου. - - - διὸ ἐν τῇ συντάξει ἐγκλιτέον· ὀξύνεται γὰρ ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου.)* — *ἀλλ' ἕτερόν τι αὐτῷ* (iterum Homero) *σύνηθες ῥῆμα εἶναι* (malim *ῥῆμά ἐστι*), *τὸ οὐτάζω, ὅθεν καὶ οὔτασεν ὁ ἀόριστος. οὐ γὰρ δὴ συστολὴ τοῦ οὔτησεν, ὡς πρόδηλον κἀκ τοῦ ἀπαρεμφάτου - - καὶ ἐκ τοῦ „οὔτασται δ' Ὀδυσεύς"* (infra vs. 661). *τούτῳ δὴ τῷ οὔτασται παρέθηκε μετοχὴν τὴν οὐτασμένος „οὔτ' αὐτοσχεδίην οὐτασμένος", ἥτις κατ' ἔλλειψιν τοῦ σ̄ ἐγίνετο οὐτάμενος, προπαρωξύνθη δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀριστάρχου διὰ τὸν χαρακτῆρα, ἐπεὶ αἱ τοιαῦται μετοχαὶ προπαρωξύνοντο, ἱστάμενος, κιχράμενος· ὁ γὰρ ἀνὴρ τῷ χαρακτῆρι μᾶλλον τοὺς τόνους προσνέμει. ἄλλως τε καὶ ἡ γινομένη τοῦ σ ὕφεσις καὶ ἀναδρομὴν ἐργάζεται τόνου.* Ad ultimam regulam quod attinet, iam Lehrsius conferri iussit Apollonii Dyscoli de Coniunctionibus librum p. 500 et de Adverbiis p. 545 [1]). Omnia autem nostra, inde a *παρὰ τὸ οὐτῶ περισπώμενον* prope *iisdem* verbis perscripta habet Etymologicum Magnum, quod cum de more fiat non commemorarem, nisi cum ea re lepidissimus error excerptoris coniunctus esset. Omnia eadem sunt, uno excepto. Dixit Herodianus *ὁ γὰρ ἀνὴρ τῷ χαρακτῆρι μᾶλλον τοὺς τόνους προσνέμει.* Perspicuum est *Aristarchum* significari, ac saepissime quemadmodum, ut monuimus, Homerus *αὐτός* audit, ita summus eius carminum criticus Herodiano simpliciter est *ὁ ἀνήρ*. Conferantur ex pluribus v. c. B 153, ubi agitur de accentu vocis *οὐρούς*. *Ἀνεγνώσθη* — inquit — *κατ' ὀξεῖαν τάσιν· οὕτω γὰρ Ἀρίσταρχος παρήγγελλεν. - - - ἴσως*

---

1) Alterum locum, qui est de Adverbiis p. 545 Bekk., describam, ut levi vitio liberem. Disputat Apollonius de vera origine adverbii *ἕκητι*, quod ex *ἀεκαστί* natum vult. *Ἀπὸ ῥήματος* — inquit — *τοῦ ἀεκάζω, ᾧ συνήθως Ὅμηρος κέχρηται* — — — *ἐπιπτεν ἐπίρρημα τὸ ἀεκαστί.* — — — *καὶ ἡ μὲν ὁλόκληρος προφορὰ τοιαύτη. ἐνδεήσαντος δὲ τοῦ Τ, καὶ Ἰωνικώτερον μετατεθέντος τοῦ α εἰς η* — — — *ἀναγκαίως καὶ τὰ τοῦ τόνου συνανεβιβάζετο, καθ' ὃν τρόπον καὶ ἄλλα μόρια, ἐνδεήσαντα τοῦ σ, ἀνεβίβαζε τὸν τόνον, δεσποστής — δεσπότης, ἐργαστής — ἐργάτης, οὐτασμένοι — οὐτάμενοι, συνεληλασμένοι — συνεληλάμενοι.* Scripsit Apollonius: *ἐνδεήσαντος δὲ τοῦ Σ.* quod — si probatione in re apertissima opus — ex priore loco (p. 500) probabitur paene gemello.

οὖν εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀνέμου. καὶ γὰρ καὶ ἐπ ἄλλων· τοιοῦτο ποιεῖ ὁ ἀνήρ. Iterum Z 422. *Ἰῷ: ὡς σοφῷ Ἀρίσταρχος.-- ἐκεῖνο μέντοι ἀναγκαῖον προσθεῖναι, ὅτι τὸ ἶα βαρυτόνως ἀνέγνω ἀνήρ*, ac sic Π 415, Σ 191 (in Cod. B) caett. *Semel* mi de alio grammatico lectum est, Λ 454: *ἐρύουσιν: προπαροξύν ται· -- ὁ δὲ Ἀλεξίων περισπᾷ. --- ἔλαθε δὲ τὸν ἄνδρα τοιαύτη ὕφεσις τοῦ σ Ἀττικὴ οὖσα --- διά τι αἴτιον*, sed pra ter hunc locum semper ac nunc quoque, ut apertum est, i tellegitur Aristarchus. Quid autem habet Etymologus? *ὁ γὰ ποιητὴς τῷ χαρακτῆρι μᾶλλον τοὺς τόνους προσνέμει!* I Homerus, si Etymologo fides, ipse carmina sua accentibus notan Sed satius erit Etymologo nunc quidem non credere, atque s e longingua peregrinatione ad tertii libri Scholia redire.

γ, 81. *ἐξ Ἰθάκης ὑπονηΐου: ὤφειλε γὰρ εἰπεῖν ἢ ἀπὸ Νηΐου ἢ ὑπ Νήϊον, τὸ δέ ἐστι τῆς μεγαλονοίας τοῦ ποιητοῦ, --- ἵνα κ ἀμφότερα νοοῦνται. ἀπὸ μὲν τῆς ὑπό προθέσεως τὸ Νήϊον, ἀπ δὲ τῆς γενικῆς ἡ ἀπό.* (B) Quamvis futile Scholion sit, tame auctorem cum omnibus Graecis scripsisse arbitror *ἵνα κ. ἀμ φότερα νοῶνται*, et *νοοῦνται*, etsi Buttmanni quoque editione obsidet, errorem typographicum esse habendum.

γ, 94. Ad *εἴ που ὄπωπας* ||*ὀφθαλμοῖσι τεοῖσιν* hoc exhibet Po phyrii excerptum Parisinus D, nescio qua de causa in Praefatio (p. XLIX) absconditum. *Πορφυρίου. ὀφθαλμοῖσιν ἑοῖσι: πρὸς ἀντιδι στολὴν διὰ φαντασίας βλέποντος ὥσπερ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶν δοκοῦμεν καὶ διηγουμένων ἄλλων ἀναπλάσσοντες τὰ διηγ ματα. τὸ δὲ θεᾶσθαι δι' ὀφθαλμῶν σημαίνει τὴν ἐναργῆ θέαν κ τὴν δι' αὐτοῦ κατάληψιν διὰ τῆς οἰκείας πρὸς τὸ ὁρώμενον α σθήσεως.* Melius haec intellegentur sic scripta: *ὀφθαλμοῖ τεοῖσι: πρὸς ἀντιδιαστολὴν (τοῦ) διὰ φαντασίας βλέποντο ὥσπερ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶν τι δοκοῦμεν,* (Ἢ) *καὶ διηγουμένω ἄλλων ἀναπλάσσομεν τὰ διηγήματα. τὸ δὲ θεᾶσθαι δι' ὀφθα μῶν σημαίνει τὴν ἐναργῆ θέαν καὶ τὴν δι' αὐτοῦ κατάληψιν κτ.* Ratio mutationum sponte perspicitur. Discernuntur duo gene *τῶν ἰδόντων, ὁ διὰ φαντασίας βλέπων* sive in somnio sive aliorum auditu, cui opponitur is, qui suis ipse oculis re usurpaverit.

γ, 103. ὦ φίλ', ἐπεί μ' ἔμνησας ὀϊζύος: οὐκ ἀποδίδωσι τὸ ἐπεί. — Ὁμηρικὸν δέ ἐστι τὸ ἔθος. (HM) Aristonici ex Aristarcho praeceptum, in quo tamen corrigendum: οὐκ ἀποδίδωσι (nempe ὁ ποιητὴς quod fere omittitur) τῷ ἐπεί, nam multum vereor ut τὸ ἐπεί οὐκ ἀποδίδωσι Graece significare possit ἀπόδοσιν οὐκ ἔχει, οὐ δέχεται. Plene et recte scriptum est ad ζ 187: οὐδὲν ἀποδίδωσι τῷ ἐπεί ὁ ποιητής. (PQ) Vel peius habet in eiusdem Homericae consuetudinis notatione ad hunc nostrum versum B: τὸ ἐπεί ἐνταῦθα βεβαιωτικὸν καὶ ἀργόν. (repetitum ad δ 204.) οὐ γὰρ ἀποδίδοται Ὁμηρείῳ ἔθει. Quid igitur? estne τὸ ἐπεί οὐκ ἀποδίδοται an οὐκ ἀποδίδωσι? Nempe utrumque perversum: nunquam enim ἐπεί in apodosi collocari potest. Quapropter sit: οὐ γὰρ ἀποδίδοταί (τι) Ὁμηρείῳ ἔθει.

γ, 113. Eiusdem generis vitium commissum est in indicandis iis verbis, quae, etsi ἐπεί proprie apodosin non recipiat, tamen mutata constructionis forma post protasin per ἐπεί incipientem quodammodo pro apodosi habenda sunt. Eduntur in hunc modum: τίς κεν ἐκεῖνα: ἀποδίδοται τὸ „ἐπεί μ' ἔμνησας". Igitur ἐπεί supra in apodosi locum non obtinet, hic obtinet! Apage ineptias! „τίς κεν ἐκεῖνα": ἀποδίδοται τῷ "ἐπεί μ' ἔμνησας".

γ, 151.

> Νύκτα μὲν ἀέσαμεν χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες
> ἀλλήλοις· ἐπὶ γὰρ Ζεὺς ἤρτυε πῆμα κακοῖο.
> ἠῶθεν δ' οἱ μὲν νέας ἕλκομεν εἰς ἅλα δῖαν κτλ.

Ad haec est in EHMQRT: ἀνεπνεύσαμεν τῆς στάσεως, ἀπὸ τοῦ ἄω. εἰ γὰρ ἐκοιμήθημεν, πῶς ὁρμαίνοντες; ἐν δὲ ταῖς χαριεστέραις γέγραπται „ειάσαμεν", ὅπερ ἐστὶν ἄπρακτον ἀφήκαμεν, „ἠῶθεν δὲ οἱ (immo δ' οἱ) μὲν νέας". ἀνοίκειον γὰρ τὸ κοιμᾶσθαι αὐτοὺς ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ, εἴ τις τὸ ἀέσαμεν (sic optime Buttmannus correxit pro repetito ειάσαμεν) ἀντὶ τοῦ ἐκοιμήθημεν ἐκδέξαιτο. Duae adnotationes bene distinctae in hac farragine pessime permixtae sunt, quarum altera critica est, altera ex Porphyriana verbi ἀέσαμεν interpretatione. Critica adnotatio (Didymi?) media interposita est inter excerpta ex Porphyrio, unde et eximenda, quod partim etiam la Roche fecit, et fortasse redintegranda in hunc modum: ἐν δὲ ταῖς χαριεστέ-

ραις γέγραπται „εἰάσαμεν", ὅπερ ἐστὶ· (τὴν νύκτα μὲν) ἄπρακτον ἀφήκαμεν, „ἠῶθεν δὲ οἱ (i. e. δ' οἱ) μὲν νέας (ἕλκομεν)". Ultimum quoque hoc vocabulum fortasse ex Homero addendum, cum et hic et ubicunque locorum appareat, scribas saepe pro lubitu versus Homericos vel invita sententia ita finire, ut fors ac marginis spatium ferebat. His igitur sublatis suoque loco repositis caetera iam non male coëunt, utpote excerpta ex uberiore Porphyrii disputatione de vi ac potestate vocabuli ἀέσαμεν, quae ex iisdem fere codicibus (EHMQDT) edita statim supra (p. 133, l. 7—17) exhibetur. Quin etiam ultima nostrorum, ἀνοίκειον γὰρ --- ἀντὶ τοῦ ἐκοιμήθημεν ἐκδέξαιτο (l. 21—23) incerta sede voiitant, quippe quae in T non ad excerptum pertineant, quod mediis verois Homericis supra allatis ἠῶθεν δὲ finitur. sed ad uberius Scholion, vel ibi tamen minus recte ad calcem reiecta, — nempe post τὸ δὲ „χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες ἀλλήλοις" ἀντὶ τοῦ ἀγρυπνοῦντες καὶ χαλεπὰ μεριμνῶντες εἰς ἀλλήλους, — cum ad initium oporteret. Huius itaque excerpti ope uberiora Porphyriana, quae supra edita dixi, duobus locis paulo integriora reddi posse mihi persuasum est. Quis enim Porphyriani moris memor in animum inducat, Porphyrium sic nude praecepisse: (Καὶ ἄλλως Πορφυρίου.) Τὸ „ἀέσαμεν" οὐκ ἐκοιμήθημεν, ἀλλ' ἐπνεύσαμεν, ἀπὸ τοῦ ἄειν, ὅ ἐστι πνεῖν? Immo et ἀνεπνεύσαμεν corrigendum, quod quamvis omnes codices praeter unum atque insuper excerptum praebeant atque unice sensus flagitet, tamen Dindorfius in ἐπνεύσαμεν mutavit, videlicet quoniam M sic scriptum habet, et inprimis inserenda ea, quae vagari supra monebam, ut totum sit: Τὸ „ἀέσαμεν" οὐκ ἐκοιμήθημεν, (ἀνοίκειον γὰρ τὸ κοιμᾶσθαι αὐτοὺς ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ,) ἀλλ' ἀνεπνεύσαμεν (τῆς στάσεως), ἀπὸ τοῦ ἄειν, ὅ ἐστι πνεῖν. (εἰ γὰρ ἐκοιμήθημεν, πῶς ὁρμαίνοντες;)

Etenim ipsa ea verba, quae in excerpto post κινδύνῳ sequuntur (εἴ τις τὸ ἀέσαμεν ἀντὶ τοῦ ἐκοιμήθημεν ἐκδέξαιτο), liquido ostendunt, si quid video, priora hinc esse avulsa, quo nunc ego retulerim. Vel maiore iure caetera inserui, etiam in excerpto verbum ἄω excipientia. Sequitur Porphyrii expositio significationis verborum ἀνάπνευσις et ἀναπνεῖν in Homericis, quorum particulam supra correxi, ἀπὸ in ἐπὶ mutando. Tandem agit de ultimis

τὸ δὲ „χαλεπὰ Φρεσὶν ὁρμαίνοντες ἀλλήλοις" ἀντὶ τοῦ ἀγρυπνοῦντες καὶ χαλεπὰ μεριμνῶντες εἰς ἀλλήλους, nam hoc quoque argumento Porphyrius suam vocabuli ἀέσαμεν interpretationem, — an contra Aristarcheos? — stabilire studet. Haec non mathematicis, ut aiunt, id est ἀναμφιλέκτοις rationibus probari posse, ultro concedo: admodum probabilia autem esse, atque etiam uberius Scholion, vel receptis quae proposui supplementis, nondum integrum esse ducendum, sed aut contractum aut maioris disputationis fragmentum, neminem latere potest, qui quidem in Porphyrii scribendi ratiocinandique more non plane sit hospes.

γ, 169. Λέσβος νῆσος Τροίας ἔχουσα πόλεις πέντε. (EQV). Supplendum: Λέσβος νῆσος (πλησίον vel ἐγγύς) Τροίας, quemadmodum ad vs. 174 est in M: Εὔβοιαν νῆσον ἐγγὺς 'Αθηνῶν.

γ, 184. Narrationem de erroribus suis ita concludit Nestor:

ὣς ἦλθον, φίλε τέκνον, ἀπευθής· οὐδέ τι οἶδα
κείνων, οἵ τ' ἐσάωθεν 'Αχαιῶν οἵ τ' ἀπόλοντο.

Δαιμονίως ὁ ποιητής, ἐμβαλὼν εἰς ἐπιθυμίαν τῶν νόστων τὸν ἀκροατὴν (,) ἀναρτᾷ πάλιν, ἵνα τὰ λοιπὰ δι' ἄλλου χωρίου δηλώσῃ. τὸ γὰρ ἐνὶ πάντων τῶν κατὰ τοὺς νόστους πραγμάτων ἐμπειρίαν περιθεῖναι οὐ πιθανόν· ἐν μέρει δὲ δηλουμένων τῶν συμβεβηκότων ἀξιόπιστον γίνεται τὸ πᾶν. οὐκ ἄλογος οὖν οὐδ' ἡ πρὸς Μενέλαον ἐκπομπή (Telemachi), ἀλλ' ἵνα τὰ περὶ 'Ελένην ἐνταῦθα διατυπώσῃ ὄντα ἐν ἡδονῇ τῷ ἀκροατῇ. (EHMQ) Non una causa haec fuit, sed fuit *in causis*, cur poëta Telemachum etiam Spartam ad Menelaum proficiscentem induxerit. Quapropter inseratur: ἀλλ' (ἅμ') ἵνα τὰ περὶ 'Ελένην ἐνταῦθα διατυπώσῃ. Fideiussor emendationis, — si fideiussore opus, — sit Codex T, qui in confusa frustulorum satura has ad hunc locum corruptas lacinias exhibet: ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ (sic) περὶ 'Ελένης (sic) ἐντεῦθεν διατυπώσῃ ὄντα ἐν ἡδονῇ. (App. p. 747.) Summa rei, quam hic nostrum Scholion tetigit, iterum exponitur ad vs. 301, ubi Nestor, respondens ad Telemachi quaestionem, cur Menelaus fratris caedem non ultus sit, strictim de huius quoque erroribus loquitur. Menelaus ad Aegyptum deiectus, — inquit — magnas inde divitias reportavit:

ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων
ἠλᾶτο ξὺν νηυσὶ κατ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους.

Ad prima verba adnotatur in QT: κατὰ τὸ εἰκὸς τοῦ Μενελάου ἥκοντος διηγγέλθη περὶ τοῦ πλήθους τῶν χρημάτων ἅπερ ἀπ' Αἰγύπτου ἤγαγεν. Absurda sunt verba τοῦ Μενελάου ἥκοντος, licet in utroque codice legi videantur. Quid enim An iure poëta Nestorem Menelai opes ex Aegypto relatas extollentem facit, *utpote Menelao veniente?* Verba absurda esse desinent sic correcta: κατὰ τὸ εἰκὸς (ὡς πρὸς) Μενέλαον ἥκοντος (nempe Τηλεμάχου) διηγγέλθη (melius T: διαγγέλλεται App. p. 750) περὶ τοῦ πλήθους τῶν χρημάτων ἅπερ ἀπ' Αἰγύπτου ἤγαγεν. Pergit: οὐ κατ' ἀδολεσχίαν δὲ ἐπὶ ταῦτα ἥκεν ὁ Νέστωρ, ἀλλ' ἀποπληρῶν τὴν ζήτησιν τοῦ νεανίσκου, ὡς οὐκ ἦν ἐπ τῆς οἰκίας ὁ Μενέλαος, οὐδὲ αὐτὸς ἐτιμωρήσατο τὸν Αἴγισθον Etiam his inest vitium e tralaticiis. Quaesiverat iuvenis, non ὡς sed πῶς οὐκ ἦν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὁ Μενέλαος. Sequuntur iam ea quorum causa haec attulimus, simul et caeteris corruptis open ferentes: αὐτὸ δὲ τὸ κεφάλαιον φράζει (Nestor). τὸ δὲ κατὰ μέρος περὶ Εἰδοθέας καὶ Πρωτέως καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς αὐτὸ ὁ παθὼν διηγήσεται. πιθανῶς δὲ συμμεμέρισται τὰ τῆ διηγήσεως.

γ, 195. ἐπισμυγερῶς: περισσὴ ἡ ἐπί, ὡς ἐν τῷ „βοῶν ἐπιβουκόλος". (γ 422.) (Hucusque est doctrina Aristarchea; cfr. i. a Herodian. ad E 178.) σμύχεσθαι δέ ἐστι τὸ ὑπὸ πυρὸς ἀναλίσκεσθαι. μετῆκται δὲ (τὸ add. cum H) ἐπίρρημα (ἐγχείρημα bellissim codices, quod tamen probat Dindorfius, Praef. p. XLIX) ἀπ τῶν ἐπισμυχομένων· καὶ „ἐπισμύξαι πυρὶ νῆας". (I 653 δηλοῖ δὲ τὸ ἐπισμυγερῶς τὸ ἐπιπόνως, ἀξίως. (DBEHQT.) Pr ultimo vocabulo corruptissimo, quod et Buttmannum et Dindorfium male habuerat, iam in Observatt. reponendum dix ἀθλίως. Praeterea observatu dignum, et καὶ abesse ab Harleiano et in versu ex Iliade citato non ἐπισμύξαι legi, sed observante iam Dindorfio κατά τε σμῦξαι. Unde mihi nata suspici est, an et alia Homerici versus lectio olim fuerit: ἐπισμυχομένων (ὡς ins.) καὶ ἐπισμῦξαι πυρὶ νῆας. Sed hoc obiter. Peius mulcata est brevis Scholiorum Vulgatorum (V) de hac voce adnotatio saniorem Etymologiam exhibens, σμυγερῶς: ἐπιπόνως. τὸ μέτρο

μετήλειπται. Αἰολικῶς δέ ἐστιν ἐπιπόνως. Disputat de his Buttmannus ita: „Barnesius reposuit *μετείληπται*, quod notius sane verbum est, *sed mihi quidem hic perinde obscurum.* Neque tamen leniorem invenio medicinam ea quam Boeckhius porrigit, ut scribatur scilicet, *διὰ τὸ μέτρον παρείληπται.* Nimirum *σμυγερῶς*, *ἐπιπόνως* est glossula, quae, ut saepe in hac congerie factum, coaluit cum justo scholio. Istud autem sic habuit: *σμυγερῶς: διὰ τὸ μέτρον παρείληπται. Αἰολικῶς δέ ἐστιν ἐπιπόνως.* hoc dicit: pro verbo *μογερῶς* ob metrum admisisse poëtam Aeolicam ejus formam *σμυγερῶς.*" Haec Buttmannus. Sententiam optime perspexit, sed num haec sententia verbis qualia cum Boeckhio constituit revera insit, ea de re dubitare licebit. Istud „poëtam metri causa pro *μογερῶς* Aeolicam formam *σμυγερῶς* admisisse" num Graece sonat: *διὰ τὸ μέτρον παρείληπται*? Et quid est: *Αἰολικῶς δέ ἐστιν ἐπιπόνως*? Num igitur eadem vox apud Homerum aliud quid significat? Quapropter ipse verba difficilia ita constituerim: *σμυγερῶς: (διὰ) τὸ μέτρον μετείληπται Αἰολικῶς.* (quod verbum cum Barnesius reposuisset, confirmavit nunc Hamburgensis. App. p. 747.) *ἔστι δὲ* (pro *δέ ἐστιν*) *ἐπιπόνως*, quae diserte id ipsum significant quod Buttmannus volebat, ut statim demonstrabitur. Nunc tantum hoc addo, quod etiam *σμογερός* dicebant, si Hesychio fides.

Est autem operae pretium de eodem vocabulo Epimerismos Homericos inspicere a Cramero editos, unde quae de eius peritia in Grammaticis Graecis legendis supra diximus, si quid confirmatione opus, confirmentur. Locus est eiusmodi: *Ἐπισμυγερῶς: ἐπίρρημα μεσότητος· οὐδὲν δὲ εἰς ως ἐπίρρημα σύνθετον, μάλιστα δὲ παρὰ πρόθεσιν, ὥστε τὸ ἐπισμυγερῶς δύο ποιεῖς μέρη, παρελκούσης τῆς ἐπί· ὁμοίως τῷ „βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ." ὅθεν τὸ ἀπαξαπλῶς καὶ σύνθετον· ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν.* Quot quantaeque ineptiae! Nullum, inquit, adverbium in *ως* componitur, — *μάλιστα δὲ παρὰ πρόθεσιν*! Non significat hoc, quod nonnemo putet, „minime omnium cum praepositione", ita enim *ἥκιστα δὲ μετὰ προθέσεως* dictum oportebat. Sed me iudice grammaticus longe aliud quid voluit: *οὐδὲν δὲ εἰς ως ἐπίρρημα σύνθετον, μᾶλλον δὲ κατὰ παράθεσιν, ὥστε τὸ ἐπισμυγερῶς δύο ποιεῖ μέρη, παρελκούσης τῆς ἐπί.* Sed vide quae continuo sequantur: *ὅθεν τὸ ἀπαξα-*

ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων
ἠλᾶτο ξὺν νηυσὶ κατ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους.

Ad prima verba adnotatur in QT: κατὰ τὸ εἰκὸς τοῦ Με νελάου ἥκοντος διηγγέλθη περὶ τοῦ πλήθους τῶν χρημάτω ἅπερ ἀπ' Αἰγύπτου ἤγαγεν. Absurda sunt verba τοῦ Μενελάο ἥκοντος, licet in utroque codice legi videantur. Quid enim An iure poëta Nestorem Menelai opes ex Aegypto relatas exto lentem facit, *utpote Menelao veniente?* Verba absurda esse des nent sic correcta: κατὰ τὸ εἰκὸς (ὡς πρὸς) Μενέλαον ἥκο τος (nempe Τηλεμάχου) διηγγέλθη (melius T: διαγγέλλεται App. p. 750) περὶ τοῦ πλήθους τῶν χρημάτων ἅπερ ἀπ' Αἰγύπτ ἤγαγεν. Pergit: οὐ κατ' ἀδολεσχίαν δὲ ἐπὶ ταῦτα ἥκεν ὁ Ν στωρ, ἀλλ' ἀποπληρῶν τὴν ζήτησιν τοῦ νεανίσκου, ὡς οὐκ ἦν ἐ τῆς οἰκίας ὁ Μενέλαος, οὐδὲ αὐτὸς ἐτιμωρήσατο τὸν Αἴγισθ Etiam his inest vitium e tralaticiis. Quaesiverat iuvenis, non ἀ sed πῶς οὐκ ἦν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὁ Μενέλαος. Sequuntur iam ea quorum causa haec attulimus, simul et caeteris corruptis ope ferentes: αὐτὸ δὲ τὸ κεφάλαιον φράζει (Nestor). τὸ δὲ κατ μέρος περὶ Εἰδοθέας καὶ Πρωτέως καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς αὐτ ὁ παθὼν διηγήσεται. πιθανῶς δὲ συμμεμέρισται τὰ τῆ διηγήσεως.

γ, 195. ἐπισμυγερῶς: περισσὴ ἡ ἐπί, ὡς ἐν τῷ „βοῶν ἐπιβο κόλος". (γ 422.) (Hucusque est doctrina Aristarchea; cfr. i. Herodian. ad E 178.) σμύχεσθαι δέ ἐστι τὸ ὑπὸ πυρὸς ἀναλί κεσθαι. μετῆκται δὲ (τὸ add. cum H) ἐπίρρημα (ἐγχείρημα bellissin codices, quod tamen probat Dindorfius, Praef. p. XLIX) ἀπ τῶν ἐπισμυχομένων· καὶ „ἐπισμύξαι πυρὶ νῆας". (I 65 δηλοῖ δὲ τὸ ἐπισμυγερῶς τὸ ἐπιπόνως, ἀξίως. (DBEHQT.) Pr ultimo vocabulo corruptissimo, quod et Buttmannum et Di dorfium male habuerat, iam in Observatt. reponendum di ἀθλίως. Praeterea observatu dignum, et καὶ abesse ab Ha leiano et in versu ex Iliade citato non ἐπισμύξαι legi, sed ol servante iam Dindorfio κατά τε σμῦξαι. Unde mihi nata suspici est, an et alia Homerici versus lectio olim fuerit: ἐπισμυχομένων (ὡς ins.) καὶ ἐπισμῦξαι πυρὶ νῆας. Sed hoc obiter. Peius mul cata est brevis Scholiorum Vulgatorum (V) de hac voce adnotatio saniorem Etymologiam exhibens, σμυγερῶς: ἐπιπόνως. τὸ μέτρ

μετήλειπται. Αἰολικῶς δέ ἐστιν ἐπιπόνως. Disputat de his Buttmannus ita: „Barnesius reposuit *μετείληπται*, quod notius sane verbum est, *sed mihi quidem hic perinde obscurum.* Neque tamen leniorem invenio medicinam ea quam Boeckhius porrigit, ut scribatur scilicet, *διὰ τὸ μέτρον παρείληπται.* Nimirum *σμυγερῶς, ἐπιπόνως* est glossula, quae, ut saepe in hac congerie factum, coaluit cum justo scholio. Istud autem sic habuit: *σμυγερῶς: διὰ τὸ μέτρον παρείληπται. Αἰολικῶς δέ ἐστιν ἐπιπόνως.* hoc dicit: pro verbo *μογερῶς* ob metrum admisisse poëtam Aeolicam ejus formam *σμυγερῶς.*" Haec Buttmannus. Sententiam optime perspexit, sed num haec sententia verbis qualia cum Boeckhio constituit revera insit, ea de re dubitare licebit. Istud „poëtam metri causa pro *μογερῶς* Aeolicam formam *σμυγερῶς* admisisse" num Graece sonat: *διὰ τὸ μέτρον παρείληπται*? Et quid est: *Αἰολικῶς δέ ἐστιν ἐπιπόνως*? Num igitur eadem vox apud Homerum aliud quid significat? Quapropter ipse verba difficilia ita constituerim: *σμυγερῶς: (διὰ) τὸ μέτρον μετείληπται Αἰολικῶς.* (quod verbum cum Barnesius reposuisset, confirmavit nunc Hamburgensis. App. p. 747.) *ἔστι δὲ* (pro *δέ ἐστιν*) *ἐπιπόνως*, quae diserte id ipsum significant quod Buttmannus volebat, ut statim demonstrabitur. Nunc tantum hoc addo, quod etiam *σμογερός* dicebant, si Hesychio fides.

Est autem operae pretium de eodem vocabulo Epimerismos Homericos inspicere a Cramero editos, unde quae de eius peritia in Grammaticis Graecis legendis supra diximus, si quid confirmatione opus, confirmentur. Locus est eiusmodi: *Ἐπισμυγερῶς: ἐπίρρημα μεσότητος· οὐδὲν δὲ εἰς ως ἐπίρρημα σύνθετον, μάλιστα δὲ παρὰ πρόθεσιν, ὥστε τὸ ἐπισμυγερῶς δύο ποιεῖς μέρη, παρελκούσης τῆς ἐπί· ὁμοίως τῷ „βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ." ὅθεν τὸ ἀπαξαπλῶς καὶ σύνθετον· ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν.* Quot quantaeque ineptiae! Nullum, inquit, adverbium in *ως* componitur, — *μάλιστα δὲ παρὰ πρόθεσιν*! Non significat hoc, quod nonnemo putet, „minime omnium cum praepositione", ita enim *ἥκιστα δὲ μετὰ προθέσεως* dictum oportebat. Sed me iudice grammaticus longe aliud quid voluit: *οὐδὲν δὲ εἰς ως ἐπίρρημα σύνθετον, μᾶλλον δὲ κατὰ παράθεσιν, ὥστε τὸ ἐπισμυγερῶς δύο ποιεῖ μέρη, παρελκούσης τῆς ἐπί.* Sed vide quae continuo sequantur: *ὅθεν τὸ ἀπαξα-*

πλῶς καὶ σύνθετον. *Nullum* adverbium in ως *compositum est unde* fit, ut ἀπαξαπλῶς *etiam compositum* sit. Hoc iam insanum. Sed non est hoc satis. Ἀπαξαπλῶς, pergit, ου σύνθετον, ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν. Igitur, Cramero scilicet auctore, idem vocabulum simul et κατὰ σύνθεσιν est et κατὰ παράθεσιν, ne tangam bellissimam per καί — ἀλλά oppositionem. Verum est, in multis veteres iam illos magistros, in pluribus sero natos eorum imitatores, lapsos esse, errasse, turpiter se dedisse, sed qui ita deliraverit novi neminem. Sed res salva est, scribamus modo: ὅθεν (καὶ) τὸ ἀπαξαπλῶς (οὐ) σύνθετον, ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν [1]). Redolent haec omnia doctrinam Herodiani, quod huius Scholion ad E 178, — cuius supra iam mentionem inieci, — extra omnem ponit dubitationem: χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔπι μῆνις: Ἀρίσταρχος παροξυτόνως οἴεται τῷ ἐπί, ὁμοίως τῷ "ἐπισμυγερῶς" καὶ „βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ" ὅτε δὲ παρέλκῃ ἡ πρόθεσις, οὐ ποιεῖται ἐξαλλαγὴν τόνου. εἰσὶ δὲ οἱ ἀνεγνώκασιν ὁμοίως τῷ „ἐπεὶ οὔ τοι ἔπι δέος" (A 515), ἵνα τὸ ἔπεστι σημαίνηται. ἄλλοι δὲ „ἐπίμηνις", ἓν μέρος λόγου ποιοῦντες. ἄμεινον δὲ τῷ Ἀριστάρχῳ συγκατατίθεσθαι. Pergit Epimerismorum auctor: τὸ δὲ ἅπαξ βαρύνεται. τὰ γὰρ εἰς αξ ἐπιρρήματα ὀξύνεται, οἷον ὀκλάξ, ὀδάξ, εὐράξ· σεσημείωται τὸ ἅπαξ βαρυνόμενον· διὸ ἐν τῇ συντάξει μεταλαμβάνει τὸ ἴδιον τόνον, ἀπαξάπαντες, ἀπαξαπλῶς, (immo ex grammatici mente ἀπὰξ ἅπαντες, ἀπὰξ ἁπλῶς) κεκοιμισμένου τοῦ τόνου. Sunt haec non minus quam praecedentia ex Herodiano expressa, ut apparebit huius grammatici περὶ μονήρους λέξεως librum conferenti p. 25, 6 seqq. (pp. 86, 87 Lehrs.) ἅπαξ: τὰ εἰς αξ λήγοντα ἐπιρρήματα ὀξύνεσθαι θέλει ὀκλάξ, ὀδάξ, ἐναλλάξ, εὐράξ, αὐτοδάξ, ἐπιτάξ· ἀλλὰ μόνον τὸ ἅπαξ βαρύνεται, ὅπερ ἐν συντάξει τοῦ ἅπαντες ἢ τοῦ ἁπλῶς ἐκκλίνει τὸν τόνον ὡσεὶ ὀξύνοιτο τὸ ἅπαξ. ἀπαξάπαντες γὰρ λέγομεν καὶ ἀπαξαπλῶς ἐν τῇ ἀνὰ χεῖρα ὁμιλίᾳ. Apparet haec altera ex alteris transscripta esse, nec uter utrum exscripserit, intellegentes fallere potest, praesertim post Lehrsi

---

1) Laetus vidi, similiter fere Lehrsium correxisse (in adnotatione ad Herodianum p. 86): τὸ ἀπαξαπλῶς οὐ (*falso scriptum* καὶ) σύνθετον κτλ. Cur meam rationem tamen praeferam, causa in aprico est.

doctissimam copiosissimamque ad hunc locum Monadicorum notam, ubi veterum recentiorumque grammaticorum hac de re opiniones collegit, simul eorum in verbis σύνθεσις, παράθεσις, σύνταξις adhibendis usum optime aperiens [1]). Lehrsii copiis unum addam, breve excerptum ex Epimerismis κατὰ στοιχεῖον, ἅπαξ: πάντα τὰ εἰς αξ ἐπιρρήματα ὀξύνονται, πλὴν τοῦ ἅπαξ. (Cramer. Anecdd. Oxonn. t. II. p. 346.), sed, quod magis me movet, duabus in rebus ab eius auctoritate mibi discedendum esse video. Primum in Herodiano scripserim, non ὅπερ ἐν συντάξει τοῦ ἅπαντες ἢ τοῦ ἁπλῶς ἐκκλίνει τὸν τόνον, verum ἐγκλίνει, quod requiri ostendit et sequens ὡσεὶ ὀξύνοιτο τὸ ἅπαξ, et Epimerismorum imitatio διὸ ἐν τῇ συντάξει μεταλαμβάνει τὸν ἴδιον τόνον, nempe ut scribatur κεκοιμισμένου τοῦ τόνου. Quid sit hoc ultimum, optime apparebit ex Scholio ad Odyss. δ 372 de accentu vocis ἠέ in ἠὲ ἑκὼν μεθίεις: ἄμεινον — inquit Herodianus — κοιμίζειν τοῦ ἠέ τὴν ἐπὶ τέλους ὀξεῖαν, ἵνα γένηται διαζευκτικός. ὅτε γάρ ἐστι διαπορητικὸς ὁ ἦ, περισπᾶται (immo ὁ ἠέ, προπερισπᾶται), ὡς τὸ „ἦε χόλου παύσειεν ἐρητύσειέ τε θυμόν". (A 192), i. e, Buttmanno interprete, „hoc dicit, scribendum esse, non ἦε, sed ἠὲ *acuto consopito*". Idem vocabulum legitur ad α 165 in loco simili item Herodiani, de quo in altera parte fusius disputabitur. Hoc ipsum κοιμίζειν apud grammaticos nonnunquam dicebatur et ἐγκλίνειν, ut v. c. in Scholiis ad Odyss. ζ 149, θεός νύ τις ἦ βροτός ἐσσι; adnotatur: τὸν η ὁ Ἀσκαλωνίτης περισπᾷ, ἐρωτη-

1) Attulit Lehrsius praeter caetera multa etiam Scholiorum ad Dionysii Thracis grammaticam locum, ubi unam corruptelam certa emendatione sustulit, at alteram, ni fallor, intactam praetermisit, simul imprudens, incertum calami an typothetae lapsu, locum impeditiorem reddidit. Legitur locus p. 837, 27 Bekk.: διαφέρει δὲ σύνταξις συνθέσεως. σύνθεσις μέν ἐστι λέξεων παράθεσις ὁμοῦ μὲν γεγραμμένων, μὴ ὁμοῦ δὲ νοουμένων. σύνθεσις δὲ μιᾶς ἢ δύο ἢ τριῶν λέξεων ἕνωσις ὑφ' ἕνα τόνον καὶ ὑφ' ἓν πνεῦμα. Vere emendavit Lehrsius: μὴ ὁμοῦ μὲν γεγραμμένων, ὁμοῦ δὲ νοουμένων. Possis tamen, cum alter ordo naturae magis consentaneus sit, etiam sic: ὁμοῦ μὲν νοουμένων, μὴ ὁμοῦ δὲ γεγραμμένων. At certe Lehrsius aut non scripsit aut scribere noluit σύνθεσις μέν ἐστι λέξεων παράθεσις κτλ., sed σύνταξις μέν ἐστι, atque ita etiam apud Bekkerum est. Unum monendum restat. Potestne σύνθεσις recte dici μιᾶς ἢ δύο ἢ τριῶν λέξεων ἕνωσις? Quoniam μιᾶς λέξεως ἕνωσις quae sit ne cogitari quidem potest, videndum annon praestet: σύνθεσις δὲ εἰς μίαν ἢ δύο ἢ τριῶν λέξεων ἕνωσις ὑφ' ἕνα τόνον καὶ ὑφ' ἓν πνεῦμα.

ματικὸν νομίζων· ὃ καὶ χαριέστερον. οἱ δὲ ἐνέκλιναν ὡς ε ἔλεγεν, εἴτε θεὸς εἴτε ἄνθρωπος. Ad quae Buttmannus: „ob servandus hic usus de vocula *consopito acuto*", simul ad Lexi logum suum (I, 17 not. 21 et 58 § 7) reiiciens. Iamne sati certum est, in Monadicorum loco *ἐγκλίνειν* legendum esse? Quo si recte disputavi, consentaneum est ex Herodiani sententi verba cum *ἅπαξ* composita non ex Lehrsii praecepto *ἀπαξ ἅπαντες* et *ἀπαξάπλῶς* scribenda esse, sed, ut supra iam signi ficabam, *ἀπὰξάπαντες* et *ἀπὰξάπλῶς*. Herodianus enim hoc mih velle videtur: *debebat ἅπαξἅπαντες* et *ἅπαξάπλῶς*, sed com munis dicendi usus ita pronunciavit ut modo posui. Hoc es quod imitator expressit per *μεταλαμβάνει τὸν ἴδιον τόνον* proprium accentum cum alio *permutavit,* ex paroxytono factum est in hac parathesi *oxytonon*. Et sic planum factum est, qu sensu accipiendum sit illud *μετείληπται*, unde tota nostra dis putatio exorsa est, quae significatio, nescio quomodo, et Boeckh ium et Buttmannum fugisse videtur.

γ, 252. *Εἰς τὸν Φιλάδελφον· τοιούτους γὰρ ἐν Ἰλιάδι παρέ δωκεν αὐτούς.* (H) Vitiosum *τὸν* Dindorfius ipse in *τὸ* mutan dum esse bis monuit, in App. p. 748, unde discimus idem Scholion etiam legi in T ibique recte referri ad vs. 258 cum lemmate *οὐδὲ θανόντι*, et Praef. p. L, unde apparet rectam scrip turam esse etiam in H, ex quo codice haec primum edita sunt Praeterea requiro: *τοιούτους γὰρ (καὶ) ἐν Ἰλιάδι παρέδωκε αὐτούς*, nempe Menelaum et Agamemnonem. Est sine dubi Aristarchi apud Aristonicum nota adversus chorizontes.

γ, 274. Ad *πολλὰ δ' ἀγάλματα* habemus ex M Porphyriana disputationis fragmentum, quod multo copiosius legitur in Ve neto B ad Iliad. Ψ 259 cum nonnulla scripturae diversitate qua in re, ut semper fere, Odysseae codices potiores existim Initium in Veneto B sic se habet: Πορφυρίου. *Ἐκ τούτου δε κνυται ὁ Ὅμηρος, ὁπόταν τὸ γένος προείπῃ τὸ συνεκτικόν τινων ἐπιφέρειν εἴωθε καὶ τὰ περιεχόμενα εἴδη, οὐ μέντοι διὰ το διαζευκτικοῦ συνδέσμου, ὅς οὐκ ἔστι συναγωγός, διὰ τοῦ συμπλεκτικοῦ καὶ ἀναφορικοῦ καὶ ὑπάρχει πάντα σημαίνοντος.* In his quam inconcinnum est *δε*

κνυται ὁ Ὅμηρος --- ἐπιφέρειν εἴωθε pro εἰωθώς. nec magis placet quod quam tandem significet coniunctivam coniunctionem Porphyrius non diserte commemoratur, nec optime capio, quo modo illa coniunctiva particula dici possit *omnia adesse significare*, ὑπάρχειν πάντα. Quanto melius M: Ὅμηρος ὁπόταν τὸ γένος προείπῃ τὸ συνεκτικόν τινων, ἐπιφέρειν εἴωθε καὶ τὰ περιεχόμενα εἴδη, οὐ μέντοι διὰ τοῦ διαζευκτικοῦ συνδέσμου, ὅς οὐκ ἔστι συναγωγός, ἀλλὰ διὰ τοῦ „τε" [τοῦ] συμπλεκτικοῦ καὶ ἀναφορικοῦ ὑπάρχοντα ταῦτα (cod. ὑπάρχοντος πάντα) σημαίνων. Particulam τέ disertis verbis hic a Porphyrio expressam fuisse, apparet vel ex excerptis, quae hinc facta in EQ leguntur: ὅταν Ὅμηρος προσείπῃ („sic" Dind.) τὸ γένος ἐπάγει καὶ τὸ εἶδος διὰ τοῦ τέ συνδέσμου συμπλεκτικοῦ. Sequitur in Scholiis Iliacis: ὥσπερ ἐν τούτοις (τοιοῦτον καὶ τὸ M) „νηῶν δ'ἔκφερ' ἄεθλα", τὸ γενικὸν τοῦτο. τὰ δὲ εἴδη „λέβητάς τε τρίποδάς τε -- πολιόν τε σίδηρον", (ad quae verba Porphyrii nota illic adscripta est,) quae nostris praestant, quippe in quibus ea desiderantur, quae diductis literis distinxi. Contra nostra praeferenda sunt in eo exemplo, quod his in nostro Scholio antecedit, in Scholio ad Iliadem subsequitur ita: πάλιν εἰπὼν „πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψεν" ἐπάγει τὸ εἶδος „ὑφάσματά τε χρυσόν τε". Cum statim sequatur: καὶ πάλιν εἰπὼν „μῆλα" ἐπάγει τὸ εἶδος „ὄϊές τε καὶ αἶγες" (ι 184), et Porphyrius in talibus varietatem venetur, et inversum codicis nostri ordinem probo, quem excerpta ex EQ comprobant, et lectionem hancce: ὥσπερ ἐν τούτοις „πολλὰ δ'ἀγάλματ' ἀνῆψεν". τίνα οὖν ταῦτα; „ὑφάσματά τε χρυσόν τε", τὸ εἶδος, nisi quod malim: ὃ τὸ εἶδος, quod facillime inter τε τὸ obliterari potuit.

γ, 287. Μαλειάων: ὅτι ὡς Κρητάων (ξ 199) καὶ Μαλειάων ἔφη· καὶ ὡς „Κρήτη τις γαῖά ἐστι" (τ 172), καὶ „περιγνάμπτοντα Μάλειαν" (ι 80). (HMQ.) In H post γαῖά ἐστι legi dicitur: εἴκων (εἰπών? Dind.) καὶ περιγνάπτοντα. Equidem ex εἴκων, quod sine controversia corruptum est, aliud elicuerim: καὶ ὡς „Κρήτη τις γαῖά ἐστι", ἑνικῶς, καὶ „περιγνάμπτοντα Μάλειαν". Coniecturam non incertissimam certam praestabunt quae leguntur in P ad δ 514. Μαλειάων: ἀλλαχοῦ δὲ ἑνικῶς „περιγνάμπτοντα Μάλειαν". Sequitur in altero margine

Codicis Harleiani et in T (Praef. p. L.): ὁμοία δὲ περίφρασις ἐκείνῃ (immo ἐκείνῃ) „πρὸς (immo πρὶν) Λήμνου γαῖαν ἱκέσθαι". (θ 301.) Quae in textu sunt edita, Aristonicum referunt; quae ex altero Harleiani margine et ex T accesserunt et ab alio grammatico sunt profecta et antecedentia pervertunt et ne intellegi quidem possunt unde huc venerint, nisi scias H habere, non Κρήτη τις γαῖά ἐστιν, sed Κρήτης. Qui hoc in suo Homeri codice legit, apte comparavit Λήμνου γαῖαν, at nihil quam et Κρήτης et Λήμνου lectio ab hoc loco magis est alienum, ubi Aristarchus et Aristonicus idem docere conantur quod saepius alibi, poëtam in quibusdam nominibus propriis promiscue et pluralem numerum et singularem adhibere solere.

γ, 292. Ἰαρδάνου: ἀπὸ τῆς Ἰαρδάνης, ὅς ἐστι ποταμὸς Κρήτης (M). Post Ἰαρδάνης Cobetus addidit εὐθείας, possis etiam ἀπ' (ὀρθῆς) τῆς Ἰαρδάνης, ut supra ad vs. 289 ἀρσενικῶς τὸν ἀϋτμένα, ἀπὸ ὀρθῆς τῆς ἀϋτμήν, et η 103: οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ὀρθῆς (p. 330, 28), et ε 118: ἀμφίβολον δὲ τὸ ζηλήμονες, πότερον ὀρθῆς ἐστιν ἢ κλητικῆς (p. 254, 19) et ε 33 ad σχεδίης: ἡ ὀρθὴ εὐθεῖα σχεδίη παροξυτόνως (H), ubi Dindorfius in Indice „alterutrum delendum" recte censet. Equidem usitatius εὐθείας deleverim.

γ, 293. Λισσή: τινὲς μὲν ὄνομα κύριον τὴν νῦν Βλισσὴν (Βλίσσην?) καλουμένην, οἷον λεία. ὁ δὲ Κράτης σὺν τῷ ν γράφει Λισσήν. (H) Dindorfius adlatis Eustathii, Strabonis, Stephani Byzantini testimoniis, adnotationem suam his verbis concludit: „in versu Homeri manifestum est recte legi adjectivum λισσὴ πέτρη". Verum hoc, sed ut grammaticus (Didymus?) quoque idem dicat, quod eum dicere voluisse vel τινὲς μὲν indicio est, necessario quae exciderunt supplenda sunt in hunc modum: τινὲς μὲν ὄνομα κύριον τὴν νῦν Βλίσσην καλουμένην. (τινὲς δὲ ἐπιθετικόν), οἷον λεία.

γ, 296. ἐς Φαιστόν: ἀκρωτήριον τῆς Γόρτυνος πόλεως Κρήτης ἀπὸ μὲν τῶν πολλῶν κυμάτων λίαν περικλυζόμενον καὶ εἰ βραχεῖά τις αὔρα γένηται, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας οὐδ' ὅλως, καίτοι τοῦ νότου μέγιστα ἐγείροντος κύματα, διὰ τὸ κατὰ τοῦτο τὸ

μέρος προηκούσαις εἰς θάλασσαν πέτραις περιαράσσεσθαι τὰ κύματα. (EHQTV.) *Omnes* codices habent ἀπὸ μὲν τῶν πολλῶν κυμάτων. Iis invitis Dindorfius ex Eustathio revocavit id quod sententia postulat, μερῶν. Recte quidem, sed simul me quidem iudice πολλῶν mutatum oportet, nisi quis oppositionem probet hancce: ἀπὸ μὲν τῶν πολλῶν μερῶν, — ἀπὸ δὲ μεσημβρίας. Qui id mecum non probat, codicum lectionem retingat in: ἀπὸ μὲν τῶν ἄλλων μερῶν, et oppositionis ratio recte habebit. Mox etsi non ignoro recentiorum usum εἰ ut veteres poëtae faciunt cum coniunctivo iungendi, tamen malim κἂν βραχεῖά τις αὔρα γένηται, quod cum tralaticio errore in καὶ abiisset, tum demum εἰ illatum est. Paulo post non probaverim διὰ τὸ --- πέτραις περιαράσσεσθαι τὰ κύματα. Si codices περιαράσσεσθαι praeberent, non proponerem mutandum; nunc cum in T sit προσηκούσαις (solenni vitio) — περιράσεσθαι, in V paulo etiam melius περιράσσεσθαι, non intellego quid Dindorfium moverit ut optimum aptissimumque verbum περιρράσσεσθαι ab *omnibus* codicibus indicatum, — nam etiam monstrum περιβάσσασθαι ex HQ et paraphrasis ἐπιρρήγνυσθαι ex E eodem tendunt, — Eustathii scilicet auctoritate in usitatius paulo περιαράσσεσθαι converteret, quod et ipsum e rarioribus est.

Ad μικρὸς δὲ λίθος μέγα κῦμ' ἀποέργει de eadem re fere eadem leguntur in EMQV: τὸ γὰρ ὑπὸ τοῦ νότου κῦμα τὴν Φαιστὸν ἂν ἐποίει ἀλίμενον, εἰ μὴ προκείμενος ὁ λίθος ἐκώλυεν ἐντὸς μέγα γίνεσθαι κῦμα, προκαταγνυμένων περὶ αὐτὸν τῶν κυμάτων. Elegantia loci certe non minuetur, si scribamus: εἰ μὴ προκείμενος ὁ λίθος ἐκώλυεν ἐντὸς μέγα γίνεσθαι κλύσμα.

Porphyrius de ventis verbisque horum actum designantibus disserens, de quo scholio post pluribus agemus, inter alia et haec observavit: ἐπεὶ δὲ πασῶν πόλεων καὶ νήσων ἃς κατέλεξεν ἐν τῷ καταλόγῳ περὶ τὸ Ἑλληνικὸν οὐδεμία βορειοτέρα ἢ προσάρκτιος μᾶλλον Ἰθάκης, — in quo vehementer fallitur Porphyrius, Buttmanno monente, — ἐν δὲ τοῖς προσαρκτίοις μείζους αἱ νύκτες, εἰκότως τὴν νύκτα φησὶν ἐν τῇ Ἰθάκῃ μακροτάτην εἶναι, λέγει δὲ "νύκτες ἀθέσφατοι· ἔστι μὲν εὕδειν, ἔστι δὲ τερπομέ-

νοισιν ἀκουέμεν· -- ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος". (ο 392—394.) Admodum inconcinne connectitur: τὴν νύκτα φησὶν -- εἶναι, λέγε δέ, quapropter haud scio an praestet pauca inserere, quae facili excidere potuerunt: εἰκότως τὴν νύκτα φησὶν ἐν τῇ Ἰθάκῃ μακροτάτην εἶναι, (ἐν οἷς) λέγει· „(αἵδε) δὲ νύκτες ἀθέσφατοί κτλ, ut et δέ ad Homerica pertineat.

γ, 307. ἂψ ἀπ' Ἀθηναίων: Ζηνόδοτος μὲν „ἂψ ἀπὸ Φωκήων" ἐκεῖ γὰρ κατῴκει ὁ Στρόφιος, εἰς ὃν ἀνετρέφετο Ὀρέστης κατὰ νεωτέρους. (HMQ.) Mira mihi in hoc Didymi Scholio videtur constructio ἀνατρέφεσθαι εἴς τινα, pro quo ET brevius sed nihilo rectius: οἱ δὲ νεώτεροι παρὰ Στροφίῳ αὐτὸν τετράφθαι φασίν, nam aut παρὰ Στρόφιον aut τεθράφθαι scriptum oportuit. Fuitne: εἰς ὃν ἀνεστρέφετο Ὀρέστης κατὰ (τοὺς νεωτέρους?

γ, 309. δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν: -- ἔθος γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς τινὸς τελευτήσαντος λαμπράν τινι εὐωχίαν ἑτοιμάζειν ἐπ' αὐτῷ ὅπερ καὶ τάφος παρ' ἐκείνοις ἐκέκλητο. (E) Corrigendum esse ἔθος γ. ἦν τοῖς παλαιοῖς -- λαμπράν τινα εὐωχίαν ἑτοιμάζειν ἐπ' αὐτῷ, hoc καὶ τυφλῷ δῆλον, ut aiunt. Verum undenam tam ridiculum vitium? Potest ex sigla male expleta venisse, sed cum praecedat λαμπράν accusativum sic male illatum intellegerem dativum non intellego. Potius inde vitium repetam, quod posterior grammaticus antiquiorem (Aristonicum?) male exscripsit quem habemus ex optimo Marciano ad δ 3, γάμον: ὥσπερ ἀλλαχοῦ (i. e. nostro loco) φησιν Ὅμηρος τάφον τὴν ἐπὶ τεθνεῶτί τινι εὐωχίαν, οὕτω καὶ νῦν γάμον τὴν ἐπὶ γάμῳ δαῖτα, ubi non debebat Dindorfius dubitare, quominus correctionem suam ἐπὶ γάμῳ reciperet in textum. Sed iam perspicuum est, credo, unde nostro loco τινι venerit. Sic et nova scholia nascuntur et nova vitia.

γ, 317. Iubet Nestor Telemachum Menelaum quoque adire συνεμπέπτωκε τῷ τῆς Ἀθηνᾶς βουλήματι ὁ Νέστωρ πρὸς Μενέλαον αὐτὸν στέλλων. (M) Congruit Nestoris adhortatio, non cum Minervae voluntate, sed cum eius *consilio*, συνεμπέπτωκε τῷ τῆς Ἀθηνᾶς βουλεύματι ὁ Νέστωρ.

γ, 332. Magnas grammaticorum et veterum et recentiorum contentiones excitavit quod Nestor dicit: ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας, κεράασθε δὲ οἶνον. Qui mos ita exponitur in V: ἔθος ἦν τρεπομένοις πρὸς τὸ καθεύδειν τῶν ἱερείων τὰς γλώσσας ἀποτέμνειν καὶ καίειν τοῖς θεοῖς τοῖς λόγου (ita ex Buttmanni correctione) ἐπιμελομένοις. διὸ καὶ ἐπὶ μόνης τῆς Νέστορος θυσίας εἴρηται τὸ ἔθος. εὔηθες γὰρ τὸ λέγειν, σύντεμε τοὺς λόγους. Ad haec verba Buttmannus et Dindorfius Heinrichii cuiusdam adferunt notam hancce: „verba τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις non ad deos pertinere, sed cohaerere Ἔθος ἦν τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις certissimum est tum ex sententia, tum ex eo quod sequitur, διὸ καὶ etc.: ut sane melius, quamvis vel sic non optime, struerentur sic verba: Ἔθος ἦν τοῖς λ. ἐπιμελομένοις, τρεπομένοις —". Verba τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις non ad deos pertinere si pro universa interpretum sententia habuit Heinrichius, fallitur. Fuisse enim, qui Nestoris ritum hoc ipso modo exponerent, apparet et ex Scholio in E, e Porphyrii disputatione quibusdam tamen extrinsecus adscitis excerpto, quod i. a. et hoc habet: τὰς γλώσσας γὰρ τῷ Ἑρμῇ ἀνετίθουν ὡς ἐφόρῳ τοῦ λόγου, et ex interpretibus ad Aristophanis Plutum vs. 1110: ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται, ubi i. a. legimus: Καλλίστρατος τῶν θυομένων φησὶ τὰς γλώσσας τοῖς κήρυξιν ἀπονέμεσθαι· διὸ καὶ τὸν ποιητὴν τῷ Ἑρμῇ ποιεῖν τεμνομένας αὐτάς, quae nostrum Odysseae locum respicere iam adnotavit Küsterus, et, quod rem conficit, ex ipsius Scholii Vulgati (V) fine, λέγεται δὲ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ἔθος λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν, quod vel sine Heinrichii explicatione significare apparet: „hinc, ex hoc ritu Nestoris", ac melius fecisset Heinrichius si his verbis a Scholiasta nostro morem in Pluto indicatum respici significasset. Sed missis his, hoc verum est, in priore ac potiore Scholii ex V parte non de diis sermonem esse sed de hominibus facundis, recteque monuisse Heinrichium, id vel verbis διὸ κ. ἐπὶ μόνης τ. Νέστορος θυσίας εἴρηται τὸ ἔθος satis declarari. Quod si ita est, τοῖς θεοῖς τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις, quae verba quivis inter legendum coniungat cum coniungenda non sint, sic ne ab infantissimo quidem scriptore ac plane Graece balbutiente poni potuerunt. Videamus nunc quid codices praebeant. Bodleianus Vulgatorum Codex (O) dat τοὺς λόγου, Aldina editio τοὺς λόγους, uterque

νοισιν ἀκουέμεν· -- ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος". (ο 392—394.) Admodum inconcinne connectitur: τὴν νύκτα φησὶν -- εἶναι, λέγει δέ, quapropter haud scio an praestet pauca inserere, quae facile excidere potuerunt: εἰκότως τὴν νύκτα φησὶν ἐν τῇ Ἰθάκῃ μακροτάτην εἶναι, (ἐν οἷς) λέγει· „(αἵδε) δὲ νύκτες ἀθέσφατοι" κτλ, ut et δέ ad Homerica pertineat.

γ, 307. ἂψ ἀπ' Ἀθηναίων: Ζηνόδοτος μὲν „ἂψ ἀπὸ Φωκήων". ἐκεῖ γὰρ κατῴκει ὁ Στρόφιος, εἰς ὃν ἀνετρέφετο Ὀρέστης κατὰ νεωτέρους. (HMQ.) Mira mihi in hoc Didymi Scholio videtur constructio ἀνατρέφεσθαι εἴς τινα, pro quo ET brevius sed nihilo rectius: οἱ δὲ νεώτεροι παρὰ Στροφίῳ αὐτὸν τετράφθαι φασίν, nam aut παρὰ Στρόφιον aut τεθράφθαι scriptum oportuit. Fuitne: εἰς ὃν ἀνεστρέφετο Ὀρέστης κατὰ (τοὺς) νεωτέρους?

γ, 309. δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν: -- ἔθος γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς τινὸς τελευτήσαντος λαμπρὰν τινι εὐωχίαν ἑτοιμάζειν ἐπ' αὐτῷ ὅπερ καὶ τάφος παρ' ἐκείνοις ἐκέκλητο. (E) Corrigendum esse ἔθος γ. ἦν τοῖς παλαιοῖς -- λαμπρὰν τινα εὐωχίαν ἑτοιμάζειν ἐπ' αὐτῷ, hoc καὶ τυφλῷ δῆλον, ut aiunt. Verum undenam tam ridiculum vitium? Potest ex sigla male expleta venisse, sed cum praecedat λαμπράν accusativum sic male illatum intellegerem dativum non intellego. Potius inde vitium repetam, quod posterior grammaticus antiquiorem (Aristonicum?) male exscripsit quem habemus ex optimo Marciano ad δ 3, γάμον: ὥσπερ ἀλλαχοῦ (i. e. nostro loco) φησιν Ὅμηρος τάφον τὴν ἐπὶ τεθνεῶτί τινι εὐωχίαν, οὕτω καὶ νῦν γάμον τὴν ἐπὶ γάμοι δαῖτα, ubi non debebat Dindorfius dubitare, quominus correctionem suam ἐπὶ γάμῳ reciperet in textum. Sed iam perspicuum est, credo, unde nostro loco τινι venerit. Sic et nova scholia nascuntur et nova vitia.

γ, 317. Iubet Nestor Telemachum Menelaum quoque adire συνεμπέπτωκε τῷ τῆς Ἀθηνᾶς βουλήματι ὁ Νέστωρ πρὸς Μενέλαον αὐτὸν στέλλων. (M) Congruit Nestoris adhortatio, non cum Minervae voluntate, sed cum eius *consilio*, συνεμπέπτωκε τῷ τῆς Ἀθηνᾶς βουλεύματι ὁ Νέστωρ.

γ, 332. Magnas grammaticorum et veterum et recentiorum contentiones excitavit quod Nestor dicit: ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας, κεράασθε δὲ οἶνον. Qui mos ita exponitur in V: ἔθος ἦν τρεπομένοις πρὸς τὸ καθεύδειν τῶν ἱερείων τὰς γλώσσας ἀποτέμνειν καὶ καίειν τοῖς θεοῖς τοῖς λόγου (ita ex Buttmanni correctione) ἐπιμελομένοις. διὸ καὶ ἐπὶ μόνης τῆς Νέστορος θυσίας εἴρηται τὸ ἔθος. εὔηθες γὰρ τὸ λέγειν, σύντεμε τοὺς λόγους. Ad haec verba Buttmannus et Dindorfius Heinrichii cuiusdam adferunt notam haucce: „verba τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις non ad deos pertinere, sed cohaerere Ἔθος ἦν τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις certissimum est tum ex sententia, tum ex eo quod sequitur, διὸ καὶ etc.: ut sane melius, quamvis vel sic non optime, struerentur sic verba: Ἔθος ἦν τοῖς λ. ἐπιμελομένοις, τρεπομένοις —". Verba τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις non ad deos pertinere si pro universa interpretum sententia habuit Heinrichius, fallitur. Fuisse enim, qui Nestoris ritum hoc ipso modo exponerent, apparet et ex Scholio in E, e Porphyrii disputatione quibusdam tamen extrinsecus adscitis excerpto, quod i. a. et hoc habet: τὰς γλώσσας γὰρ τῷ Ἑρμῇ ἀνετίθουν ὡς ἐφόρῳ τοῦ λόγου, et ex interpretibus ad Aristophanis Plutum vs. 1110: ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται, ubi i. a. legimus: Καλλίστρατος τῶν θυομένων φησὶ τὰς γλώσσας τοῖς κήρυξιν ἀπονέμεσθαι· διὸ καὶ τὸν ποιητὴν τῷ Ἑρμῇ ποιεῖν τεμνομένας αὐτάς, quae nostrum Odysseae locum respicere iam adnotavit Küsterus, et, quod rem conficit, ex ipsius Scholii Vulgati (V) fine, λέγεται δὲ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ἔθος λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν, quod vel sine Heinrichii explicatione significare apparet: „hinc, ex hoc ritu Nestoris", ac melius fecisset Heinrichius si his verbis a Scholiasta nostro morem in Pluto indicatum respici significasset. Sed missis his, hoc verum est, in priore ac potiore Scholii ex V parte non de diis sermonem esse sed de hominibus facundis, recteque monuisse Heinrichium, id vel verbis διὸ κ. ἐπὶ μόνης τ. Νέστορος θυσίας εἴρηται τὸ ἔθος satis declarari. Quod si ita est, τοῖς θεοῖς τοῖς λόγου ἐπιμελομένοις, quae verba quivis inter legendum coniungat cum coniungenda non sint, sic ne ab infantissimo quidem scriptore ac plane Graece balbutiente poni potuerunt. Videamus nunc quid codices praebeant. Bodleianus Vulgatorum Codex (O) dat τοὺς λόγου, Aldina editio τοὺς λόγους, uterque

tamen liber, ut videtur, ἐπιμελομένοις, atque ita et T: τοῖς λόγους ἐπιμελουμένοις. (p. 751.) Quapropter equidem scribam: ἔθος ἦν τρεπομένοις (τρεπομένων? vox a T plane abest) πρὸς τὸ καθεύδειν τῶν ἱερείων τὰς γλώσσας ἀποτέμνειν καὶ καίειν τοῖς θεοῖς τοὺς λόγου ἐπιμελομένους. Constructio mutata est ambiguitatis tollendae causa; hinc corruptelae origo, cum verbum ad θεοῖς accommodaretur. Quae de verbis sine dubio corruptis: εὔηθες γὰρ τὸ λέγειν, σύντεμε τοὺς λόγους, quibus T caret, disputavit Heinrichius, ingenue fateor me non intellegere, ac laetus video Buttmannum, sagaciter ut adsolet, addidisse: „harum observationum duabus prioribus facile accedo; tertia disceptationis ansam porrigit; quam tamen arripere nil attinet," quae cur a Dindorfii editione caetera repetentis exulent non expedio.

Aliam eiusdem moris causam excogitavit futilis quidam Scholiasta: ἵνα ἄλαλος φανῇ ὁ Τηλέμαχος τῷ Μενελάῳ. ἔθος ἦν τοῖς Ἕλλησι τὰς γλώσσας τῶν ἱερείων ἀποτέμνειν καὶ καίειν τοῖς θεοῖς αὐτῶν. (E.) Ultima cum nihil sint nisi inficeta contractio eorum quae Scholia Vulgata et Hamburgensis praebent, ad quantam exilitatem veterum grammaticorum observationes per excerptorum manus pervenerint ostendunt, qua de re in sequentibus pluribus disputabitur. Sed priora portento sunt similia, in quibus etiam si prorsus contrarium, quod aperte requiritur, reposueris, ἵνα εὔλαλος φανῇ ὁ Τηλέμαχος τῷ Μενελάῳ, vel sic satis mirifice excogitata iudicabuntur.

Sequens Scholion itidem ex E, quod iam supra dicebam ex Porphyrio contractum, sed ita ut excerptor non, quod fieri solet, huius verba servaverit sed ad suam infantiam detorserit, duo habet quae nos advertant. Primum haecce: ἔθυον γλώσσας δεικνύντες ὅτι — — — τὰ ἐν συμποσίῳ ᾀδόμενα οὐ χρὴ τῇ ἐπαύριον ἐν τῷ μεμνῆσθαι ἐκείνων λέγειν πρὸς ἄλλους, ἀλλὰ σιωπᾶν ταῦτα. Ita pervertit homo genuina Porphyrii verba quae servaverunt ad vs. 341 HMQRT: ὅτι δεῖ τὰ ἐν συμποσίοις λεχθέντα τηρεῖν ἐχεμυθοῦντας. Sed cave propterea corruptum putes in Scholio nostro τὰ ἐν συμποσίῳ ᾀδόμενα. Postremis enim labentis Graecitatis temporibus, cum et alia dicerent et γαμεῖν pro βινεῖν, λαλεῖν pro λέγειν, pro hoc verbo etiam ᾄδειν in usu

fuit, ut vel satis apparet et ex Aeliano (V. H. · VII, 14), τὴν δὲ Ξενοφῶντος στρατείαν καὶ στρατηγίαν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ᾄδουσι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁμολογεῖ ἐν τοῖς περὶ Κύρου λόγοις scribente, et ex hoc Scholiorum ad Aristophanis Plutum loco, vs. 173 (p. 333, 52 Didot.), διπλῶς ᾄδεται ἡ ἱστορία, cum varia lectione: λέγεται.[1]) Hinc lucem accipiat nostrorum ad Odysseam Scholiorum locus δ 245 (p. 197, 7 sqq.), quem olim restituere desperabam: διὰ πολλὰ τῆς πράξεως ταύτης μνημονεύει ὁ ποιητής, οὐ μόνον ὅτι πρὸς τὴν ποίησιν συμφέρει τὰ μὴ δεδομένα τῆς Ἰλιάδος νῦν ἐμφανίζειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μνηστηροκτονίαν ταῦτα ᾠκονόμηται. Sine dubio τὰ μὴ δεδομένα corruptum est, sed quod olim in Observatt. (p. 39) dubitanter coniiciebam τὰ παραλειπόμενα, id vel propterea verum esse nequit, quod etsi ad sensum aptum a literarum apicibus plane recedit. Sed scribamus: ὅτι πρὸς τὴν ποίησιν συμφέρει τὰ μὴ ᾀδόμενα τῆς Ἰλιάδος νῦν ἐμφανίζειν, et utrique rei satis factum erit. Alterum quod in Scholio nostro ad quod iam revertimur (γ, 332) perversum est, haec verba respicit: ὅτι τὸ κάλλιστον τοῦ ἱερείου ἡ γλῶσσα, τὸ δὲ κάλλιστον τοῖς θεοῖς ἀνετίθουν. διὸ καί τις εἶπε πρός (ecce iterum labentis Graecitatis indicium, nam est idem quod ἤρετο)[2]) τινα σοφόν· τί κρεῖττον ἐκ τῶν μερῶν ὅλων τοῦ ἱερείου; ὁ δὲ εἶπεν, ἡ γλῶσσα. καὶ αὖθις, τί χεῖρον; καὶ ἔφη πάλιν τὴν γλῶσσαν. Fuit hoc Apionis, lepidi hominis, commentum, ut ex integro Porphyrii Scholio apparet, sed et hoc auctore et brevissimo eius excerpto in B scribatur: τί κρεῖττον ἐκ τῶν μελῶν ὅλων τοῦ ἱερείου.

γ, 329. Paene oblitus sum luculentam apponere vocabuli κνέφας etymologiam, quam idem Codex E praebet: ἀπὸ τοῦ κενὸν φάους εἶναι νέφας καὶ κνέφας. Scripserat homo, vel sic satis inepte, sed ita tamen ut non sine quadam ratione ineptiret: ἀπὸ τοῦ κενὸν φάους εἶναι κενέφας καὶ κνέφας. Neque

1) Pag. 549 col. 2. ibid.

2) Iterum legitur in nostris ad λ 321 in historia de Cephalo et Procride, de qua et postea dicetur: προσκαλεσαμένη οὖν τὸν οἰκέτην ἔλεγεν εἰ σύνοιδεν. (p. 505, 14), et ad μ 69, ubi de Phineo occaecato agitur: Ζεὺς δὲ χαλεπήνας λέγει αὐτῷ (sc. τῷ Φινεῖ) πότερον βούλεται ἀποθανεῖν ἢ τυφλὸς γενέσθαι. (p. 534, 12.)

solus ineptivit, sed cum Hesychio, cum Etymologis, cum Epimerismis Homericis, qui cum caeteris uberiora dent, propterea si tanti est aliquantum corrigendi sunt. Hi igitur ita: Κνέφας: --- οἱ μὲν κατὰ στέρησιν τοῦ φάους, νέφας, (haec in suo genere melius habent Etymologica,) καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ, ὡς ἐν τῷ κτύπος καὶ καυλός, κνέφας· --- οἱ δὲ οὐ πλεονασμὸν εἶναι τοῦ κ λέγουσιν, ἀλλά φασι κενὸν τὸ φάος κνέφας· καὶ κατὰ συγκοπήν, ὥσπερ καὶ τὸ κνώσσειν κτλ. Sed legamus: οἱ δὲ οὐ πλεονασμὸν εἶναι τοῦ κ λέγουσιν, ἀλλά φασι κενὸν τοῦ φάους κενέφας, καὶ κατὰ συγκοπὴν (κνέφας), ὥσπερ κ. τ. κνώσσειν κτλ. Sed haec hactenus.

γ, 378. Minerva avis speciem induta avolat. Quam agnoscens Nestor admiranti iuveni

οὐ μὲν γάρ τις ὅδ' ἄλλος Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων,
ἀλλὰ Διὸς θυγάτηρ, κυδίστη Τριτογένεια,
ἥ τοι καὶ πατέρ' ἐσθλὸν ἐν Ἀργείοισιν ἐτίμα.

Unde haec Nestori scientia? Στοχάζεται ἀφ' ὧν καὶ ἐν Ἰλιάδι παρηκολούθησεν. ἀναγκαία δὲ νῦν ἡ περὶ τὸν θεὸν ἐπιφάνεια, ἵνα καὶ ὅταν Ὀδυσσεὺς ἐν τῷ πρὸς Τηλέμαχον ἀναγνωρισμῷ λέγῃ „αὐτάρ τοι τόδε ἔργον Ἀθηναίης ἀγελείης" (π 207), πιστεύοι ὁ νέος προκατηχημένος ὑπὸ τοῦ Νέστορος ὅτι φιλεῖ τὸν Ὀδυσσέα ἡ Ἀθηνᾶ. (Q.) Pro ἀφ' ὧν malim ἀφ' οὗ. Verum hoc minoris momenti est prae immani oscitantia, quae sequentia mirifice pervertit. Nam quid quaeso sibi vult ἡ περὶ τὸν θεὸν ἐπιφάνεια? Intellegerem ἡ τῆς θεοῦ, (i. e. Ἀθηνᾶς), ἐπιφάνεια, neque tamen hoc pro illo reponendum. Scripserat Scholiasta, si recte video: ἀναγκαία δὲ νῦν ἡ περὶ τὸν νέον ἐπιφάνεια. Quod si loci sententia bene perspecta non iam satis commendavit, commendationem accipiat ex Scholio quod in EHMQ ad vs. 372 adscriptum haud dubie cum eo, de quo nunc agimus, coniunctum fuit, certe coniungendum videtur: οἱ μὲν γὰρ Πύλιοι ἐξεπλάγησαν, Νέστωρ δὲ οὐ τοῦτο θαυμάζει, ἅτε δὴ πολλὰς ἐπιφανείας θεῶν ἑωρακώς, ἀλλ' ὅτι νεωτέρῳ (ὄντι inserendum ex contractiore ad h. l. Scholio itidem ex H, ubi νέῳ ὄντι) τῷ Τηλεμάχῳ συνηκολούθησεν Ἀθηνᾶ.

Ad eundem versum in Codice E legitur etymologia vocis

Τριτογένεια haecce: Τριτογένεια ἡ Φρόνησις, καθὸ τρίτον γένος ἐστι καθόλου τῆς ψυχῆς, τριμερὴς γὰρ ἡ ψυχή. ἡ ἀπὸ τοῦ τρεῖν καὶ φοβεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις παρέχουσα· ἢ διὰ τρία ταῦτα, διὰ τὸ εὐλογίζεσθαι („scribendum εὖ λογίζεσθαι", Dind. Praef. p. L.), διὰ τὸ λέγειν καλῶς, καὶ διὰ τὸ πράττειν ἃ δεῖ. Non multa vidi Scholia peius excerpta. Mitto quod necessario scribendum est ἡ Φρόνησις καθὸ τρίτον γένος ἐστὶ καθόλου τῆς ψυχῆς, mitto quod exitum non invenit talis constructio: ἡ ἀπὸ τοῦ τρεῖν καὶ φοβεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις παρέχουσα, quae verba aut in ἡ ἀπὸ τοῦ τρεῖν --- παρέχειν mutanda sunt (ita fere Apollonius Sophista i. v.), aut in ἡ (Ἡ) τοῦ τρεῖν --- (αἰτίαν) παρέχουσα. Sed intellegisne cur Minerva Τριτογένεια dicatur διὰ τρία ταῦτα, διὰ τὸ εὖ λογίζεσθαι κτλ.? Haeccine igitur prae caeteris Minervae munera? Non opinor. Sed haec nostri Scholii pars excerpta est ex eodem auctore, unde fluxerunt quae melius ad Iliad. Θ 39 in Veneto·B, in Victoriano, in Lipsiensi leguntur, quod neque Dindorfium neque Buttmannum monuisse miror: Δημόκριτος δὲ ἐτυμολογῶν τὸ ὄνομα φησὶν ὅτι (ἡ add.) Φρόνησίς ἐστιν ἐφ' ἧς συμβαίνει τρία ἀπογεννᾶσθαι ἀγαθά, εὖ λογίζεσθαι, λέγειν καλῶς, πράττειν ἃ δεῖ. Iam apparet in nostro Scholio singula ita esse connectenda: Τριτογένεια ἡ Φρόνησις, ἤτοι καθὸ τρίτον γένος ἐστὶ καθόλου τῆς ψυχῆς· τριμ. γ. ἡ ψυχή· ἢ διὰ τρία ταῦτα, διὰ τὸ εὖ λογίζεσθαι κτλ., atque ita διὰ ταῦτα non amplius referetur ad vocem Τριτογένεια, — esset enim absurdum — sed ad Φρόνησιν. Simul et hoc patet, verba ἢ ἡ τοῦ τρεῖν -- παρέχουσα (quemadmodum emendandum proposui) e medio eorum quae conturbant sublata post verba πράττειν ἃ δεῖ collocanda esse, ut novam nominis originem proponant, cui, quod in transcursu moneo, acriter obloquitur Etymologicum Magnum i. v., auctore usum Choerobosco, qui sua de more Herodiano debet. Haec quae in suum locum regredi iussi utrum descriptoris an excerptoris vitio alienam sedem occupaverint nunc in medio relinquo. Pergamus: non enim dilucidiora sunt quae in nostro Scholio continuo sequuntur, nisi iterum componantur cum Scholio Iliaco supra memorato. Nostra haec praebent (Τριτογένεια): ἡ ὡς ἐκ τριῶν συναυξηθεῖσα, βροντῆς, Διὸς καὶ Τρίτωνος. Quicunque explicuerit, ne obscuritatem ex nimia excerpendi brevitate natam commemorem, quo tandem pacto

Minerva per *tonitru* adolevisse potuerit, magnus mihi quider erit Apollo. Quae ad Iliadem l. c. leguntur alia omnia atque ut in mytho, saniora dant: Μῆτιν τὴν Ὠκεανοῦ, ὥς φασιν, εἰ πολλὰ τὴν μορφὴν ἀμείβουσαν βουλόμενος ὁ Ζεὺς παρ' ἑαυτ ἔχειν κατέπιεν ἔγκυον οὖσαν ὑπὸ Βρόντου τοῦ Κύκλωπος τελεσφορηθείσης δὲ τῆς παιδὸς ὁ Ζεὺς διὰ τῆς κεφαλῆς τεκὼν δί δωσι τῷ Τρίτωνι [τῷ] ποταμῷ τρέφειν. ὅθεν Τριτογένει ἐκλήθη ὡς ἐκ τριῶν συναυξηθεῖσα, Βρόντου Διὸ Τρίτωνος. Iam apparet, credo, et quomodo nostra explicand sint et unde venerint et quam necessario βροντῆς, ex sigla mal intellecta perverse expletum, refingendum sit in Βρόντου, simu particulam καὶ post Διὸς contra linguae Graecae usum mal insertam eiiciendam esse confirmamur. Ad rem quod attinet conveniunt ea quae in Scholiis ad Iliadem Θ 39 et brevius a A 194 in fine traduntur cum Apollodori Bibliotheca L. I. c. II § 6, — nonnumquam vel in verbis quoque, ut: μίγνυται ὁ Ζεὺς Μήτιδι, μεταβαλλούσῃ εἰς πολλὰς ἰδέας Apollodc rus, εἰς πολλὰ τὴν μορφὴν ἀμείβουσαν Scholia Θ 39 ὡς δὲ ὁ τῆς γενέσεως ἐνέστη χρόνος --- Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνι θορε Apollodorus, ἐν τῷ ὡρισμένῳ τῆς ἀποκυήσεως χρόνῳ ἐξέθορε ἡ θεὸς σὺν ὅπλοις in fine Scholii A 194, — neque ea res Heyniur latuit (in Observatt. t. II. p. 16 seqq.), praesertim cum Scholio A 194 (195 Bekk. recte) in quibusdam codicibus, etsi non in Venet B, his verbis finiatur: ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀπολλοδώρῳ ἐν πρώτῳ sed dum *verborum* consensum notat, *rerum* diversitatem notar et explicare praetermisit. Nam in Apollodoro nihil de Bront neque eadem de Tritone. Quapropter ea, quae in Scholii leguntur, ex integriore Apollodoro esse excerpta mihi quider admodum probabile videtur. [1])

---

1) Post Scholia ad Iliadem et Odysseam et Apollodori Bibliothecam uberrime (variis etymologiis vocis Τριτογένεια agunt Photius et Etymologicum Magnum, in qu busdam ad verbum inter se consentientes, in aliis dissidentes, ita tamen ut Etymolog nunc plenior sit. Photius haec habet: Τριτογενής: ἡ Ἀθηνᾶ· ἤτοι ὅτι ἐκ τῆ νηδύος καὶ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξῆλθεν, ἢ ὅτι παρὰ τ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη, ἢ τρίτῃ φθίνοντος ὡς καὶ Ἀθηναῖ ἄγουσιν, ἢ ὅτι τρίτη μετ' Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα ἐγεννήθη, ἢ ἐπεὶ τριτὼ τὴ κεφαλὴν Ἀθαμᾶνες λέγουσιν, [ἢ ἐπεὶ παρὰ Τρίτωνι ἐγένετο], ἢ τοῦ τρε καὶ εὐλαβεῖσθαι αἰτία. ἢ γεννητική, ὅτι ἀπελούσατο ἐν τῷ Τρίτωνι τ

γ, 401. Pulcherrimae iterum etymologiae specimen habemus ad vocem ἠΐθεος: ὁ μὴ ἐλθὼν εἰς γάμον. λέγεται δὲ ὁ ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα (τεσσαρωνκαίδ?) ἐτῶν ἄχρι τῶν ὀκτωκαίδεκα φθάσας ἠΐθεος, διὸ καὶ τοὺς θεοὺς μὴ εἰς γάμον ἔρχεσθαι· οἱ δὲ τὸ ἠΐθεος ἀπὸ τοῦ αἴθω τὸ καίω, οἱ γὰρ νέοι αἴθονται ὑπὸ τῆς θέρμης τῆς ἐκ νεότητος. (E) Vel caecus videat legendum esse: διὰ τὸ καὶ τοὺς θεοὺς μὴ εἰς γάμον ἔρχεσθαι.

γ, 441. Iniicitur mentio originis vocabuli κριθή. Κριθὰς δὲ — Scholiasta quidam inquit in E — ἐνέβαλον τοῖς θύμασι χάριν εὐφορίας καρπῶν τῶν ἐκ γῆς, ἢ πρὸς ἀνάμνησιν τῆς ἀρχαίας τροφῆς· λέγουσι γάρ, δίκην ἀγρίων ζῴων καὶ ἀλόγων ἔζων τὸ παλαιὸν οἱ ἄνθρωποι, διὰ τὸ σῖτον μὴ εἶναι μηδ' ἄλλο τι οἰκεῖον τοῖς ἀνθρώποις, βοτάνας δὲ καὶ ἄκρα δένδρων ἤσθιον. εἶτα ἐφάνη ἡ κριθή, ἐξ ἧς διεκρίθησαν καὶ διεχωρίσθησαν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἀλόγων ζῴων κατὰ τὴν τροφήν. Malim, una vocula inserta, λέ-

---

Λιβύης ποταμῷ. Nonnulla in his sunt, quae non intellego. Non premo quod Minerva nata dicitur ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῆς μήτρας κ. τ. κεφαλῆς τοῦ Διός. Apud Etymologum, qui tantum ἤτοι ὅτι ἐκ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξῆλθεν habet, Sylburgius ὡς ἐκ τ. μήτρας τῆς κεφαλῆς τ. Διὸς coniiciebat. Sed quod Photius et Suidas praebent, defendi potest ex Hesiod. Theog. vs. 886 seqq. At hoc non optime adsequor, cur Minerva Τριτογένεια audiat quod γεννητική sit. Quamobrem coniungenda existimo haec cum praecedentibus ut scribatur: ἢ (ἡ add.) τοῦ τρεῖν καὶ εὐλαβεῖσθαι αἰτία ἢ γεννητική, quemadmodum Etym. τινὲς δὲ λέγουσι παρὰ τὸ τρεῖν τὸ φοβεῖν (immo φοβεῖσθαι), ἡ φόβου ἐμποιητική. Sed nihil in Photio magis mirum, quam ter illud de Tritone repetitum: ὅτι παρὰ τῷ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη, et post pauca ἐπεὶ παρὰ Τρίτωνι ἐγένετο, et ὅτι ἀπελούσατο ἐν τῷ Τρίτωνι τῷ Λιβύης ποταμῷ, quod et Bernhardyum (ad Suidam i. v.) offendit. Nihil hic iuvant breves notulae apud Hesych. s. vv. Τριτογενής et Τριτώ, neque magis Aristoph. Schol. ad Nubes vs. 989. Utilius paulo est Etymologicum Gudianum: Τριτογένεια: ἡ Ἀθηνᾶ, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ὅπου γεννηθεῖσα ἀπελούσατο· ἢ παρὰ τὸ τρεῖν, ἡ φόβον ποιοῦσα, ἡ φοβερὰ καὶ καταπληκτικωτάτη. Hinc fortasse duo ultima de Tritone sic coniungenda erunt: ἢ ὅτι, ἐπεὶ ἐγένετο, ἀπελούσατο ἐν τῷ Τρίτωνι τῷ Λιβύης ποταμῷ. Quae si vera sunt, scriba Galeani codicis oscitanter admodum rem suam egit, et quae Suidas in suo Photii codice invenit vel peiora fuerunt. Ex Photio autem et Hesychio parvam corruptelam Etymologico Magno esse eximendam ac pro ἢ ἐπειδὴ τριτώ ἐστιν, ὅπερ κατὰ τὸν Ἀθάμαντα σημαίνει τὴν κεφαλήν illic legendum κατὰ τοὺς Ἀθαμᾶνας, neminem latere potest. Monendum tandem, quae super hac voce apud Choeroboscum supersunt in Orthographia (in Crameri Anecdd. Oxonn. II, p. 264 l. 16—22), non plane convenire cum iis, quae ex eo excerpta Etymologus Magnus memoriae prodidit.

γουτι γάρ, (ὅτι) δίκην ἀγρίων ζώων -- ἔζων τ. π. οἱ ἄνθρωποι. Haec quod ad res attinet, — nam verba paulo diversa sunt, — concinunt cum Etymologis, qui sua exscripserunt ex Choeroboschi Orthographia (in Crameri Anecdd. Oxonn. t. II. p. 226, 227), ubi pro λεγέται (sic) κριθὴ ἡ παρὰ τὸ προκριθῆναι τῶν δρυῶν scribatur: λέγεται κριθὴ ἢ παρὰ τὸ κτλ.

γ, 444. Iterum vocula ob compendiosam fortasse scripturam omissa restituenda est in Scholio de vocabulo Homerico ἀμνίον, (Περσεὺς δ' ἀμνίον εἶχε), de cuius recta scriptura, significatione, origine cum dissentiant veteres, omnia eorum testimonia paullo insigniora hic componam. E scholiis uberrimum est quod legitur in HMQR: ἀμνίον τὸ ἀγγεῖον τοῦ ὑποσφάγματος. Νίκανδρος δὲ καὶ Θεοδωρίδας ἀπὸ τοῦ δάμνασθαι προφέρονται ἀσυνδέτως (i. e. neglecta particula copulativa δέ, cum δ ad ipsum vocabulum traherent; ἀσυνθέτως prave M) δαμνίον. Πορσίλος δὲ ὁ Ἱεραπύτνιος παρὰ Ἱεραπυτνίοις ἔτι σώζεσθαι τὴν φωνὴν αἰμνίον, δασέως μετὰ τοῦ ι κατ' ἀρχὴν προφερομένην παρὰ τὸ αἷμα. καὶ Ἀπολλόδωρός φησιν ὡς εἰκὸς ἦν καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ οὕτως αὐτὸ προφέρεσθαι, ὑπὸ δέ τινων περιῃρῆσθαι τὸ ι. Ἀττικοὶ δὲ σφάγιον (l. - γεῖον) αὐτὸ καλοῦσιν. εἰς τοῦτο δὲ πρῶτον αἷμα δεχόμενοι τοῖς βωμοῖς ἐπιχέουσιν. ἐτυμολογεῖται ἀμένιόν τι ὄν, ὅ ἐστι στερητικὸν τοῦ μένους, ἤτοι τῆς ψυχῆς. Duo hic corrigenda sunt. Primum, ut iam significavi, addendum est verbum φησὶ in his: Πορσίλος δὲ ὁ Ἱεραπύτνιος παρὰ Ἱεραπυτνίοις ἔτι σώζεσθαι τὴν φωνὴν (φησιν) αἰμνίον, quod me iudice et abesse nequit et apertum est cur exciderit. Deinde in fine inserendum censeo καὶ post ἐτυμολογεῖται ex uno Harleiano adscitum, ἐτυμολογεῖται (καὶ) ἀμένιόν τι ὄν, nam praecesserat alia etymologia παρὰ τὸ αἷμα. Praefixum est huic Scholio ἄλλως, nam in M praecedit aliud brevius hocce: ἔστι μὲν τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἡ λέξις, σημαίνει δὲ τὸ ἀγγεῖον, ὅπου τὸ τοῦ σφαττομένου ἱερείου αἷμα ἐδέχοντο. καὶ ἔστι κατὰ τὸ ἔτυμον ἀμένιον, ὅ ἐστι στερητικὸν τοῦ μένους ἤτοι τῆς ψυχῆς. οἱ Ἀττικοὶ σφάγιον αὐτὸ καλοῦσιν. Eadem ad verbum habent VT, uberiora paulo E: ἀμνίον: τὸ αἱματοδόχον ἀγγεῖον. καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ αἷμα αἱμνίον καὶ ἀμνίον· ἢ ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ μένος ἡ ψυχικὴ προθυμία, ἤτοι ἀμένιον, τὸ στερίσκον τοῦ μένους τὸ ζῷον καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ δεχόμενον ἤτοι τὴν ζωτικὴν δύναμιν. ἔστι

δὲ τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἡ λέξις. ἄλλοι δὲ μικρὸν μαχαιρίδιον, ὃ καὶ σφάγιον καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί. Praeterea in HM brevis nota est de accentu: ἀμνίον ὡς πηνίον. Κρῆτες δὲ αἱμνίον αὐτό φασι. Tandem in MQR.: ἄλλως. ἀμνίον. ἀγγεῖον εἰς ὃ τὸ αἷμα τοῦ ἱερείου ἐδέχοντο. Ζηνόδοτος δὲ ἐν ταῖς ἀπὸ τοῦ δ γλώσσαις τίθησι τὴν λέξιν. ἅπαξ δὲ ἐνταῦθα παρ' Ὁμήρῳ ἡ λέξις.

Haec igitur Scholia habent. In Etymologico Magno, loco Homerico citato, haec tantum brevissima adsunt: τὸ αἱμοδόχον ἀγγεῖον· παρὰ τὸ αἷμα αἱμνίον, τὸ τοῦ αἵματος δεκτικόν, ἀποβολῇ τοῦ ῑ. Gudianum explicatiora tradit: Ἀμνίον: ἔστι μὲν τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἡ λέξις, σημαίνει (δὲ ins.) ἀγγεῖον ὅπου τὸ αἷμα τοῦ ἱερείου δέχονται. (pro his codex bellissime: ὅπου τοῦ ἱρίου δέχονται, correxit editor eiusdem glossae repetitione usus (p. 59), ubi recte additum est δέ, caeterum novum vitium illatum δέχεται.) καὶ ἔστι κατὰ (τὸ add. ex glossa repetita) ἔτυμον ἀμένιον, στερητικὸν τοῦ μένους, τουτέστι τῆς ψυχῆς. οἱ δὲ Ἀττικοὶ σφάγιον αὐτὸ καλοῦσι. Καὶ ἄλλως. ἀμνίον τὸ αἱμοδόχον ἀγγεῖον, παρὰ τὸ αἷμα αἱμνίον καὶ ἀμνίον ὡς αἴητον (καὶ) ἄητον. φασὶ δὲ (καὶ ins.) διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφεσθαι. (Codex γράφεται.) Ultima praecedunt in glossae repetitione p. 59, addito ἀποβολῇ τοῦ ι, ἀμνίον, ut eadem sint, quae in Etymologico Magno legantur. Porro in Epimerismis Homericis s. v. (Cramer. Anecdd. Oxonn. I p. 81, 23 sqq.) legitur. ἀμνίον: αἱμοδόχον ἀγγεῖον· ὁ ποιητὴς „Περσεὺς δ' ἀμνίον εἶχε." παρὰ τὸ αἷμα ἀμνίον (l. ἀμν.), τὸ τοῦ αἵματος δεκτικόν, ἐλλείψει τοῦ ἰῶτα· οἱ δὲ αἱμνίον μετὰ τῆς αι διφθόγγου, καὶ δασύνουσι· μέμφονται δὲ τοῖς γράφουσι χωρὶς τοῦ ἰῶτα, ἵνα σημαίνῃ τὸ σφαγίον (i. e. σφαγεῖον)· οὐ γὰρ βούλεταί τι τοιοῦτον· ἢ παρὰ τὸ μένος μενίον, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ (α ins.) ἀμένιον, καὶ ἀμνίον· τοῦ γὰρ αἵματος ἐκρυέντος ἀμενηνὰ γίνεται τὰ ἱερεῖα· βέλτιον δὲ παρὰ τὸ αἷμα. Tandem breviter apud Apollonium Sophistam i. v. ἀγγεῖόν τι εἰς ὃ δέχονται τοῦ σφαττομένου ἱερίου (ἱερείου) τὸ αἷμα. ἢ οἷον ἀμένιον, τὸ κατὰ στέρησιν τοῦ μένους., ubi malim: ἢ οἷον ἀμένιον, τὸ ἀποστερῆσαν τοῦ μένους.

Hinc haec deducenda existimaverim. Iam primum omnium satis apparet, omnia quae apud veteres grammaticos et lexicographos de hac voce leguntur ex *uno* fonte, Didymo puto, hausta variis modis decurtata esse. Quorum excerptorum quae

MVT (p. 163, 4—7) et paulo uberius E (p. 162, 21—26) praebent. ea in Etymologica transierunt. Deinde — quod iam dicebam — in voce rarissima, semel tantum in Homero obvia, scribenda, derivanda, explicanda, antiquissimi grammatici *duplicem* rationem secuti sunt. *Duplex* ferebatur scriptura, caeterorum, inprimis Aristarchi, δ' ἀμνίον, Zenodotea δαμνίον, pessima — asyndeton enim est contra totius sententiae conformationem singula membra per δέ connectentis, — quam tamen Nicander et Theodoridas dicuntur probasse, absurdae lectioni absurdam etymologiam ἀπὸ τοῦ δάμνασθαι adaptantes. *Duplex* deinde vocabuli ἀμνίον inter Aristarcheos ferebatur origo, *duplex* quoque — quod primo obtutu non ita esse videtur — significatio. Videntur quidem omnes exponere αἱματοδόχον ἀγγεῖον, eamque expositionem quam unam locus et sensus poscunt, certe plurimi et optimi veterum interpretum ac recentiorum quod sciam omnes comprobaverunt. Sed tamen mihi videor videre, fuisse inter veteres qui aliter vocem explicandam censerent. Id primum conficio ex duplici etymologia. Derivatio παρὰ τὸ αἷμα recte habet de vase sanguinem hostiae excipiente. Sed quid faciendum derivatione ab α, privativa particula, et μένος, οἷον ἀμένιόν τι, ὅ ἐστι στερητικὸν — sive στερίσκον — τοῦ μένους τὸ ζῷον, quam tamen omnes nostri fontes constanter priori subiungunt? Ea quidem derivatio nonnisi violenter admodum in vas quoddam sacrum quadrat. Deinde quid sibi volunt verba Epimerismorum: μέμφονται δὲ τοῖς γράφουσι χωρὶς τοῦ ἰῶτα, ἵνα σημαίνῃ τὸ σφαγίον (σφαγεῖον) οὐ γὰρ βούλεταί τι τοιοῦτον, id est, nam tale quoddam praeter poëtae mentem est? Quae verba certe omni sensu cassa sunt, si de varia tantum sive scriptura sive etymologia agitur. Sed agitur quoque, ut dixi, de duplici significatione. Fuerunt qui ἀμνίον exponerent, non — ut plurimi — vas ad sanguinem victimae excipiendum suppositum, sed parvum cultellum ad victimam conficiendam accommodatum, atque hoc est, quod auctor Epimerismorum iure dicat esse praeter poëtae mentem, οὐ γὰρ βούλεταί τι τοιοῦτον. In hanc tantum interpretationem quadrat etymologia altera, ἀμένιόν τι ὄν, τὸ στερίσκον τοῦ μένους τὸ ζῷον, atque ob eam quoque conferebant Atticum σφάγιον sive σφαγεῖον, illud quidem falso, nam σφάγιον nihil est nisi victima, σφαγεῖον nihil nisi vas sanguinem hostiae excipiens, id est,

plane idem quod ἀμνίον apud Homerum secundum optimos veteres interpretes significat, idque vel ex uno Aristophanis loco (in Thesmophoriazusis, vs. 754—756) scholiisque ad h. l. planum fit. Nihilominus tamen fuisse arbitror, qui etymologiae suae studio abrepti et Homerico ἀμνίον et Attico σφαγεῖον significationem *cultelli* contra sententiam per vim obtruderent. Obscure hoc significatum est in verbis Epimerismorum quae supra attulimus, disertis verbis in E: ἄλλοι δὲ μικρὸν μαχαιρίδιον, ὃ καὶ σφάγιον καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί. Huc quoque retulerim Hesychii illud s. v. ἀμνίον: τὸν ὑμένα τοῦ αἵματος, quod qui in τὸ ἀγγεῖον τοῦ αἵματος mutandum proposuerunt, certe non dubitabunt quidvis ex quovis effingere. Equidem legerim: ἀμνίον: τὸν λυμεῶνα τοῦ αἵματος.

γ, 453. In sacrificio Nestoris

οἱ μὲν ἔπειτ' ἀνελόντες (bovem mactatum) ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
ἔσχον· ἀτὰρ σφάξεν Πεισίστρατος, ὄρχαμος ἀνδρῶν.

Quaeritur: διὰ τί (διὰ τό Cod.) μικρὸν μέρος τῆς γῆς φησιν „ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης"; οὐκ ἂν τὴν ὅλην γῆν λέγοι εὐρυοδείην, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῆς γῆς ὄνομα μᾶλλον καὶ ἐπίθετον χαρίζει τῷ μικρῷ αὐτῆς μέρει. (E.) Descripsi fideliter locum prout in Dindorfii editione typis exaratus legitur, ne quis existimet — quod inter describendum ipse paene credebam — me locum de industria prave describere, quo facilem promerem emendationem. Tam absurda enim haec omnia sunt, ut fidem exuperare dicas, talia utriusque editoris aciem fefellisse. Quid? οὐκ ἂν τὴν ὅλην γῆν λέγοι εὐρυοδείην? Et quaeritur cur nunc μικρὸν μέρος τῆς γῆς ita audiat! Itaque totum orbem terrarum poëta non ita appellaverit, neque magis exiguam eius partem: quid igitur ita appellabitur? Sed ecce iterum idem epitheton dicitur τὸ κοινὸν τῆς γῆς ὄνομα. Quid igitur statuemus? Fieri enim nequit, ut idem vocabulum totius orbis terrarum proprium epitheton simul sit et non sit. Sed nondum omnes molestias exantlavimus. Quae est haec vel in Scholiasta et in unoquoque sanae mentis homine scabrities constructionis: τὸ κοινὸν τῆς γῆς ὄνομα μᾶλλον καὶ ἐπίθετον χαρίζει? Nihil tamen est facilius quam ex his omnibus molestiis emergere sensumque quaestionis non admodum perplexae restituere. Legendum: διὰ

τί μικρὸν (ὂν) μέρος τῆς γῆς φησιν „ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης' οὔκουν τὴν ὅλην γῆν (νῦν) λέγει εὐρυοδείην („immo εὐρυόδειαν. Dind.) ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῆς γῆς ὄνομα μᾶλλον κατ' ἐπίθετ χαρίζεται τῷ μικρῷ αὐτῆς μέρει. Codex habet διὰ τό, qu evulgatur διὰ τί Buttmanni correctio est, sed me iudice part cipio quoque est opus. Pro οὐκ ἂν scripsi οὔκουν inseruique νῦ tantum non flagitante sententia. Λέγει quod dedi ipsius codic est (App. 753); παραδιόρθωσιν esse λέγοι, scilicet ob antecede οὐκ ἄν, per se patet. Porro donec verbi χαρίζειν certa exemp reperiantur, — quae non facile repertum iri puto, — media formam reponere tutius erit. Tandem καί, iterum sententi duce, in κατ' conversum est.

Etenim vocabula καί, κατ', κατά quoties et quam facile cu sententiae damno permutentur, omnibus doctis, — utor ioco P soniano, — et plerisque indoctis notum est. Iam in Observa adduxi locum insignem ad α 284: τὸ γὰρ λέγειν ὅτι, ἵνα τύχῃ τῷ πατρὶ κατὰ τοὺς ἀγρούς, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἡ 'Αθη ἀποδημῆσαι πεποίηκε, ψεῦδος. (p. 54, 2—3.), ubi cum H leianus male habeat ἵνα ἐντύχῃ τ. πατρὶ καὶ τ. ἀγροὺς a Di dorfio iure mutatum in κατά, Parisinus D dedit καὶ το ἀγροὺς ἴδῃ, lectionem aperte falsam interpolatione eleva Nunc alia quaedam eiusmodi indicabo. Alterum horum altero extrusum est ad ε 3: δευτέρα αὕτη περὶ τοῦ 'Οδυσσέ θεῶν ἐκκλησία· ἡ μὲν γὰρ πρώτη βουλὴ περὶ τοῦ σώζεσθαι 'Οδυ σέα, αὕτη δὲ περὶ τοῦ πῶς. (καὶ) κατὰ μὲν τὴν πρώτ ἐκκλησίαν ὁ Ζεὺς παρεῖχεν ἀφορμὴν τῇ 'Αθηνᾷ αὐτὸς ἐναρχόμεν τοῦ λόγου, νῦν δὲ ἡ 'Αθηνᾶ κατάρχεται. (HPQT), quae prob tione non egent. — Confusio cernitur ε 337 ad Homeri versum αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτὴν ἀνεδύσετο λίμνης, ad quem adnotatur in πρὸς τὸν ἀναδυσμόν ἐστιν ἡ εἰκὼν καὶ τὸ παράδειγμα, οὐ κα σῶμα. Quid discriminis hic sit inter εἰκὼν et παράδειγμ non magis perspicuum est quam quomodo intellegenda oppositio, qualis haec est: ἡ εἰκών ἐστι πρὸς τὸν ἀναδυσμό οὐ κατὰ σῶμα. Necessario itaque legendum: πρὸς τὸν ἀναδυσμ ἐστιν ἡ εἰκὼν κατὰ τὸ παράδειγμα, οὐ κατὰ (τὸ add.) σῶμ De eadem re alius Scholiasta vel potius epitomator: οὐ σώματι, ἀλλὰ τῷ τάχει τῇ αἰθυίᾳ εἰκυῖα, οὐ μεταβαλοῦσα

σῶμα πρὸς (l. *εἰς*) *τὸ ὄρνεον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀνάδυσιν ἡ εἰκών.* (PQT.), rursus alius: *οὐ μετχμεμόρφωται ἄρα εἰς αἴθυιαν, ἀλλὰ δίκην αἰθυίας ἀνῆλθεν.* Neque aliter in eodem libro *ε* 51 ad *λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς* observatur: *κατὰ τὴν ὁρμήν, οὐ κατὰ τὴν μορφήν.* — Mox *κατὰ* plane deëst in Scholio ex V de eodem illo versu *ε* 337. *ποτήν: σὺν τῷ ν γραπτέον, ἵν' ᾖ πτῆσιν καὶ τὴν ὁρμήν.* (p. 280. 16—17.) Optime *ὡς τὴν ὁρμήν* — quod Codex, ut videtur, et editiones veteres habent — mutatum est in *καὶ τὴν*, emendatio perficiatur scribendo: *σὺν τῷ ν γραπτέον, ἵν' ᾖ (κατὰ τὴν) πτῆσιν καὶ τὴν ὁρμήν.* — Iterum confusa sunt ad *λ* 321, in longa historia de Cephalo et Procride quae ex Pherecyde excerpta dicitur in V, in qua simul aliud corrigendum dabitur: *Κέφαλος ὁ Δηϊονέως γήμας Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἐν τῇ Θοριέων* („nomen corruptum" Dind.) *κατῴκει. θέλων δὲ τῆς γυναικὸς ἀποπειρᾶσθαι ἔρχεται εἰς ἀποδημίαν ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ καταλιπὼν αὐτὴν ἔτι νύμφην οὖσαν. ἔπειτα καταχοσμήσας καὶ ἀλλοειδῆ ἑαυτὸν ποιήσας ἔρχεται* (ita Buttmannus correxit *λέγεται* quod habent vett. edd., confirmatque eius emendationem codex Bodleianus (O). Praef. p. LIX.) *εἰς τὴν οἰκίαν ἔχων κόσμον, καὶ πείθει τὴν Πρόκριν δέξασθαι τοῦτο καὶ συμμιγῆναι αὐτῷ. ἡ δὲ Πρόκρις ἐποφθαλμίσασα τῷ κόσμῳ καὶ τὸν Κέφαλον* — immo *τὸν ξένον* — *ὁρῶσα κάρτα καλὸν συγκοιμᾶται αὐτῷ. ἐκφήνας δὲ ἑαυτὸν ὁ Κέφαλος αἰτιᾶται τὴν Πρόκριν. οὐ μὴν ἀλλὰ καταλλαγεὶς ἐξέρχεται ἐπὶ θήραν. πυκνῶς δὲ αὐτοῦ τοῦτο δρῶντος ὑπώπτευσεν ἡ Πρόκρις ὅτι μίσγεται γυναικὶ ἑτέρᾳ. προσκαλεσαμένη οὖν τὸν οἰκέτην ἔλεγεν* („rogavit," de quo supra dixi) *εἰ σύνοιδεν. ὁ δὲ θεράπων ἔφη τὸν Κέφαλον ἰδεῖν καί τινος ὄρους κορυφήν, καὶ λέγειν συχνῶς. ὦ νεφέλη παραγενοῦ, καὶ τοῦτο μόνον συνειδέναι.* Quid tandem servus respondit? Cephalum videre ac montis cuiusdam cacumen item videre? An, — nam sic quoque verti potest, — Cephalum se ac montis cuiusdam cacumen vidisse? Utra interpretatio altera sit absurdior, penes defensores vulgatae iudicium esto. Nos corrigamus: *ὁ δὲ θεράπων ἔφη τὸν Κέφαλον ἰδεῖν κατά τινος ὄρους κορυφήν, καὶ λέγειν συχνῶς, ὦ νεφέλη παραγενοῦ.* [1]) Caetera

1) Non tamen reticeam, et apud Buttmannum et in vetere Vulgatorum editione legi *ἐπί τινος ὄρους κορυφήν.* Unde igitur Dindorfianum *καί*? An ex Bodleiano codice (O)?

quis nescit? cum Ovidio dixerim, qui in Metamorphoseon l. V[illegible]II (vs. 690 seqq.) eandem fabulam non solum luculentius s[illegible]sed etiam uberius narravit. Procris pelicem sic invocari suspic[illegible]ati in frondibus se abscondidit. Marito iterum auram invocante, [illegible] ipse narrat, —

> Subito gemitus inter mea verba videbar
> Nescio quos audisse. „Veni" tamen „optima! dixi.
> Fronde levem rursus strepitum faciente caduca
> Sum ratus esse feram, telumque volatile misi.
> Procris erat. Medioque tenens in pectore vulnus,
> „Hei mihi!" conclamat. Vox est ubi cognita fidae
> Coniugis, ad vocem praeceps amensque cucurri, - - -
> - - et errorem tum denique nominis esse
> Et sensi et docui. Sed quid docuisse iuvabat?
> Labitur, et parvae fugiunt cum sanguine vires.
> Dumque aliquid spectare potest, me spectat, et in me
> Infelicem animam nostroque exhalat in ore.
> Sed vultu meliore mori secura videtur.

ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν ἑβδόμῃ. — Porro σ 229 ad *π[illegible]ρος δ' ἔτι νήπιος ἦα* varia lectio legitur haec: *γράφεται (καὶ* i[illegible]ns.) *„μέγας δέ κε νήπιος εἴην." - - - μέγας δέ, ἤτοι μέγας ὢν τῇ ἡλικίᾳ, ἢ δύναται καὶ ἐπιτάσεως (ἐπὶ τάσεως* Q) *εἶναι μέ[illegible]ας μωρὸς ἀντὶ τοῦ πάνυ ἀνόητος, ὡς καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ.* (H[illegible] Q.) Sententia ipsa tantum non clamat corrigendum esse: *ἢ δύνα[illegible]ται κατ' ἐπίτασιν εἶναι μέγας μωρὸς ἀντὶ τοῦ πάνυ ἀνόητος.* C[illegible]um *κατ'* in *καὶ* abiisset, compendium terminationis male explet[illegible]um est in H; scriba codicis Q correctorem agens dedit *καὶ ἐπὶ τάσεως.* — Ultimum huius confusionis quod notabimus exempl[illegible]um est ω 419:

> *τοὺς δ'* (i. e. *μνηστῆρας*) *ἐξ ἀλλάων πολίων οἶκόνδε ἕκαστον*
> *πέμπον ἄγειν ἁλιεῦσι θοῇς ἐπὶ νηυσὶ τιθέντες.*

Ad haec in HQ: *ἁλιεῖς καλεῖν εἰώθασιν ὁτὲ μὲν τοὺς ἰχθυ[illegible]βόλους, οὓς καὶ „ἁλιῆες κοῖλον ἐς αἰγιαλὸν πολιῆς ἔκτοσθε θαλάσ[illegible]σης δικτύῳ ἐξείρυσσαν"* (χ 384 seqq. ubi nunc: *ἐξέρυσαν*), *ὁτὲ δὲ* [illegible]*οὺς πλοϊζομένους, „ἐς δ' ἐρέτας ἁλιῆας ἀγείρωμεν"* (π 349, ubi n[illegible]nc recte *ἀγείρομεν*). *νῦν δ' ἑκάτερον ἐγχωρεῖ.* Duo in his corrigenda sunt. Primum *ἁλιεῖς καλεῖν ὁτὲ μὲν τοὺς ἰχθυοβόλους, ὁτὲ δὲ τοὺς πλοϊζομένους* non *εἰώθασιν*, sed *εἴωθεν*, nempe *ὁ ποιητής.*

)isputatur enim de duplici *apud Homerum* significatione vocaıuli ἁλιεύς, quod apud eum et proprie *piscator* valet et latius *nauta*. Mox in fine Q habet δὲ κατ' ἑκάτερον (sic), quod manu ucit ad νῦν δὲ καὶ ἑκάτερον ἐγχωρεῖ, nunc utraque significatio ocum habere potest. — Tandem κατά aliter depravatum reduendum in Scholio ex M ad δ 46:

ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης
δῶμα καθ' ὑψερεφὲς Μενελάου κυδαλίμοιο.

Ad δῶμα καθ' ὑψερεφές adnotatur: τὸ οἴκημα τὸ ὑψηλόστεγον. ὁ δὲ κ διὰ τὸ οἱ Αἰολεῖς τὴν πρόθεσιν ἀντὶ ἄρθρου παραλαμβάνουσιν. De ultimis (τὸ δὲ κ — παραλαμβάνουσιν) Dindorfius: „haec non intelligo." Correcta in hunc modum: τὸ δὲ κατά, ὅτι ΚΔΙΑ ortum ex ΚΑΤΑ) οἱ Αἰολεῖς τὴν πρόθεσιν ἀντὶ ἄρθρου παραλαμβάνουσιν, sine negotio intellegentur. Credebant nempe grammatici, — an Aristarchei? ipsum Aristarchum ita errasse ıon credam, — praepositionem hic abundare proque ea, ut hic ıoster loquitur, desiderari articulum. Conferantur modo quae ad ı 85, ubi eadem verba recurrunt de Alcinoi domo dicta, breviter eguntur in Palatino (P): περισσὴ ἡ κατά.

Sed ut redeamus ad eum locum, unde digressi sumus (γ 453), ıaucis agendum est de locutione κατ' ἐπίθετον, qua non est ılia apud Aristonicum et apud Aristarchum ipsum frequentior. Conferantur modo haec Aristonicea. Λ 186: ὅτι οὐ κατ' ἐπίθετον τὸ „ταχεῖα", ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ταχέως, οἷον καὶ „τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών." Atque ad haec verba (Δ 182): ὅτι οὐκ ἔστι καθολικὸν ἐπίθετον τὸ „εὐρεῖα," ἀλλ' ἐν ἴσῳ τῷ εὐρεῖα γενομένη, οἷον εὐρύ μοι χάσμα γῆς γένοιτο. De eadem re ac de eodem vocabulo Θ 150: ὅτι οὐκ ἐν τῷ καθόλου εὐρεῖαν λέγει κτλ., atque ita de ταχεῖα Θ 399: ὅτι οὐκ ἔστι κοινὸν νῦν ἐπίθετον τὸ „ταχεῖα," ἀλλὰ πορεύου ταχέως. Simplicius Ο 158: ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπίθετον τὸ „ταχεῖα," ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ταχέως. Κατ' ἐπίθετον igitur est epitheti mere ornantis modo, ita ut ad sensum nihil afferat detrahatve, atque aut ita dicitur, aut καθολικὸν ἐπίθετον, ἐν τῷ καθόλου, κοινὸν ἐπίθετον caet. Hinc sensim suspicio mihi subnata est annon et nostro loco Aristonici scholion lateat, cuius concinna brevitas a sequioribus dilatata sit et in quaestionis et responsi formam redacta. Saepius hoc

in Scholiis ad Odysseam factum esse iam quibusdam exem adlatis ostendi in Observatt. p. 11 seqq., quibus nunc unum adi gam, β 397, ubi primum simpliciter RT: ὅτι (οἱ μνηστῆρες nem οὐκ ἐν τῇ Ὀδυσσέως οἰκίᾳ ἐκοιμῶντο, deinde verbosius in EPQI δεῖ νοεῖν ὅτι οἱ ξένοι τῶν μνηστήρων παρὰ φίλοις ἐκάθευδον. οὐ ἐθάρρουν μετὰ (Codd. παρὰ) τῶν Ἰθακησίων μνηστήρων ἐν οἴκῳ Ὀδυσσέως καθεύδειν. οὕτω γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ ἀπώλεια ἐγνώ Quidni igitur nostri quoque scholii primaria forma haec fi ὅτι νῦν οὐ τὴν ὅλην γῆν λέγει εὐρυόδειαν, ἀλλὰ τὸ κοινὸν γῆς ὄνομα μᾶλλον κατ' ἐπίθετον χαρίζεται τῷ μικρῷ αὐτῆς μέ

Quorsum autem haec? Nempe ut errorem corrigam, qu in hac ipsa dicendi forma olim in Observatt. meis erravi. nelope dolore infracta ἐπ' οὐδοῦ ἷζε πολυκμήτου θαλάμο (δ 718) Ad haec verba Scholion est in P: οὐ κατὰ τὸ ἐπίθε ἀλλ' ἔχει τὴν ἀναφορὰν πρὸς τὰ ἔργα τοῦ κατασκευάσαντος αὐ Ὀδυσσέως. De his olim ita disputabam: „sensus etiam ex ve corruptis facile apparet, --- sed quid est: οὐ κατὰ τὸ ἐπ τον? Non sane id quod sententia postulat, κυρίως τέτακται, παρέλκει, epitheton hic vim suam exercet. Legendum conii οὐκ ἀργὸν τὸ ἐπίθετον, quemadmodum p. 342, 30 (η 2 dicitur: „οὐκ ἀργῶς ἡ προκάκρουσις". (p. 67.) Nunc intelle me οὐ κατά male coniectura tentasse. Sensum quem dicel verus est, sed is ipse iam inest in οὐ κατ' ἐπίθετον, quod loci ex Aristonici ad Iliadem scholiis supra allati demonst et magis etiam memorabilis Didymi disputatio ad B 111, ipsius Aristarchi verba citantur haecce: ἔν τινι τῶν ἠκριβωμέ ὑπομνημάτων γράφει ταῦτα (Aristarchus) κατὰ λέξιν· οὐ κ ἐπίθετον λέγει μέγας, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐτ Αἴαντος. Igitur in verbis οὐ κατὰ [τὸ] ἐπίθετον ad δ nihil nisi τὸ delendum est fortasse ex repetitione ortum, s bamque οὐ κατὰ ἐπίθετον dedisse, Aristonicum ipsum οὐ κ ἐπίθετον, ἀλλ' ἔχει ἀναφορὰν πρὸς τὰ ἔργα - - Ὀδυσσέως, satis certum esse opinor. Aristonicum prudens sciensque no navi; huius enim et hoc Scholion esse et argumentum et ve demonstrare mihi videntur.

Utar eadem hac occasione, ut etiam alios quosdam err corrigam, quos olim commisi cum Observationes meas cons berem, quos nunc meliora edoctus, sive aliorum ea cura

mea diiudicantium sive ipse aucta iam paululum auctorum Graecorum legendorum facultate eos animadverti, retractasse non pudet. Non debueram in longiore Porphyrii Scholio ε 118, in his: καὶ τούτου πίστις, τοῦ μὴ διὰ πάθος αἰσχρὸν σχετλιάζειν (Calypsum), τὸ ἑτοίμως ἔχειν ἀποπέμπειν (sc. Ὀδυσσέα), verba τοῦ μὴ --- σχετλιάζειν delenda indicare ut insiticia (Observatt. p. 40.), quod amice me monuit censor Gallicus, Ch. Thurot vir clarissimus. [1]) Neque magis, eodem monente, ζ 230 in Scholio ex B (T?) in App. p. 769 memorato πάσσονα: παχύτερον ἀπὸ τοῦ παχὺς, παχίων, πάσσων, ὡς ἀπὸ θᾶσσον, ἆσσον, secundum ἀπό delere debueram (Observatt. p. 42), sed potius cum eodem lacuna statuenda est, sic fere explenda: ὡς ἀπὸ (τοῦ ταχύ, ἄγχι) θᾶσσον, ἆσσον, [2]) itaque fere habet Etymologicum Magnum. Idem iure me increpuit, quod in prolixa narratione ad ξ 327 (ex QV) in his: ποιμὴν νέμων πρόβατα ἐν τοῖς τῆς Δωδώνης ἕλεσι τοῦ πέλας ὑφείλετο ποίμνην καλλίστην, parenthetice τοῦ πέλας mutare volebam in του πέλας. (p. 43.) Ipse proposuit τινὸς τῶν πέλας, utroque verius est του (τῶν) πέλας. Tum in loco difficillimo ad γ 256 seqq., ubi ad Homericum ἔχευαν (vs. 258) adnotatur in EMQ: τινὲς „ἔχευεν", ἵνα λείπῃ τὸ τίς· ἐὰν δὲ ἔχευαν, οἱ προσήκοντες τῷ Αἰγίσθῳ ἅμα δηλονότι ἐκώλυσεν αὐτὸς ὁ Μενέλαος, probavit quidem quas tum proposui (p. 87) emendationes hasce: -- ἵνα λείπῃ τό τις· ἐὰν δὲ „ἔχευαν", οἱ προσήκοντες τῷ Αἰγίσθῳ δηλονότι, ἀλλ' ἐκώλυσεν ἂν αὐτοὺς ὁ Μενέλαος, — neque nunc me harum poenitet, — sed iure censuit ne sic quidem locum esse persanatum, sed hic quoque lacunam statuendam, ut, quod crebro usu venit, duplex adnotatio perperam coaluerit, altera critica, ad interpretationem pertinens altera, quam lacunam vereor ut sine meliorum librorum ope unquam sarcire possimus. Praeterea fortasse non cum Buttmannno Dindorfioque mutare debueram quae leguntur ad ε 272 ex HQ: ὁ ἀρκτικὸς

---

1) Revue Critique, 1869. p. 229—231.

2) Thurot proponebat τῶν ταχύ, ἄγχι. Facetum est, derivationem ἀπὸ τοῦ ἐγγὺς videre apud Epimm. Homm. (t. I. p. 42, 28 Cram.) et Etymologum Magnum, qui se haec debere profitetur Apollonii (Rhodii?) Scholiis: οὕτως εὗρον ἐν σχολίοις τοῦ φιλέντος Ἀπολλωνίου.

κύκλος περιέχει τὰς Ἄρκτους καὶ τὸν Δράκοντα, περὶ ὧν φέρεται ἡ ἱστορία ἥδε. τὸν Δία ἐν Κρήτῃ τεχθέντα δύο νύμφαι ἐκεῖ ἀνέτρεφον, καὶ ἡ μὲν Ἑλίκη ὠνομάζετο, ἡ δὲ Κυνόσουρα. Κρόνου δέ ποτε ἐπελθόντος ὁ Ζεὺς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα παραλογισάμενος τὰς νύμφας μετέβαλεν εἰς ἄρκτους, αὐτὸς δὲ εἰς δράκοντα μετεβλήθη. εἶτα τῆς βασιλείας ἀντιλαβόμενος τ ῇ ἄ ρ κ τ ῳ ἀ ν ε σ τ ή ρ ι ξ ε φ η μ ὶ τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν. In his pro τῇ ἄρκτῳ quod hic nihili est, ex Harleiano prodiit optimum τὸ σχῆμα compendiose scriptum, caetera Buttmannus mutanda indicavit in κατηστέρισε, φασί, probante Dindorfio. Iam in Observat. (p. 90.) repudiavi illud φασί, nunc κατηστέρισε quoque iniuria me probasse credo. Conferenti mihi Hesiodeum in Theogonia (vs. 498 seqq.)

> πρῶτον δ' ἐξήμεσσε λίθον, πύματον καταπίνων·
> τ ὸ ν μὲν Ζεὺς σ τ ή ρ ι ξ ε κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης
> Π υ θ ο ῖ ἐ ν ἠ γ α θ έ ῃ γυάλοις ὕπο Παρνησοῖο,
> σῆμ' ἔμεν ἐξοπίσω, θαῦμα θνητοῖσι βροτοῖσι,

et Nonnianum (Dionys. XLVIII, vs. 972) — quem locum mihi indicavit Stephani Thesaurus —

> Σ τ έ φ α ν ο ν περίκυκλον ἀποιχομένης Ἀριάδνης
> μάρτυν ἑῆς φιλότητος ἀ ν ε σ τ ή ρ ι ξ ε ν Ὀ λ ύ μ π ῳ,

haec igitur mihi conferenti satius videtur μὴ κινεῖν τἀκίνητα. Praeterea cum neque τὸ σχῆμα, quo sane vocabulo carere non possumus, ex τῇ ἄρκτῳ elici commode possit, neque magis τῇ ἄρκτῳ ex elementis vocis τὸ σχῆμα quantumvis perverse transscripti nasci queat, cumque in struendo verbo ἀναστηρίζειν et accusativo opus sit et dativo, utrumque vocabulum adsciscendum puto, prius tamen leviter correctum, ut sit: εἶτα τῆς βασιλείας ἀντιλαβόμενος τ ὸ σ χ ῆ μ α τ ῷ ο ὐ ρ α ν ῷ ἀ ν ε σ τ ή ρ ι ξ ε, φημὶ τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν, quae loco Nonniano sunt simillima. Similiter ad θ 32 iniuria deletum volui ἐν (Obss. p. 56) in his: λυπούμενον ἐν τῇ μελλήσει καὶ βραδυτῆτι τῶν πεμπόντων. Etenim αἱ δεύτεραι φροντίδες me docuerunt, pervulgatissimum esse apud sequiores hunc perversum usum tragicis quodammodo sublectum, quo praepositio ἐν verbis additur pro simplici dativo causali. Locos quosdam insigniores ex Scholiis nostris adscribam, quibus idem sive usus sive abusus cernitur: p. 60, 20 (Dind.) κρατοῦσαν δὲ ἐ ν ταῖς χερσὶ πρὸ τῶν παρειῶν τὰ δάκρυα. — p.

180, 16: εἰ δὲ μακαρίζομεν τοὺς ἐν ὑπηρεσίαις ἀνδραπόδων ὑπερέχοντας. — p. 214, 5: ἐλήφθη δὲ ἐν δόλῳ. — p. 435, 10: σχεδὸν γὰρ ἐν τῇ φωνῇ πᾶν τὸ τῶν ὀφθαλμῶν πάθος ἐδήλωσε. — p. 475, 6: μαντευσομένους ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ Τειρεσίου. — p. 708, 16: πιθανῶς δὲ πρώτην ἀριστείαν Τηλεμάχου διέθετο ἐν ᾗ τὸν πατέρα διέσωσεν. Eadem apud omnes auctores sunt, qui post Alexandrum Magnum floruerunt. Instar omnium sit illud Diodori Siculi (XIII, c. 14), quo iam supra (p. 62) usus sum: οἱ ἐν ταῖς ἡλικίαις τὴν ἐν τῷ πολέμῳ χρείαν παρέχεσθαι μὴ δυνάμενοι. Porro cum de tritissima permutatione vocum παλαιοί et πολλοί agerem (p. 95) male huc traxi quae dicuntur ad κ 180: ἔθος γὰρ τοῖς πολλοῖς θαυμάζειν τὰ ἀπὸ ἄγρας εἰλημμένα, quo loco quae Codex (Q) praebet vera sunt et sanissima. Tandem ad ξ 128 non debueram sollicitare (p. 101): φύσεως ἀνθρωπίνης ἰδίωμα τὸ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπιστοῦντας ἡμᾶς ὅμως ἀναπυνθάνεσθαι (Q), nam et hic nihil vitii subest.

Atque hi fere sunt loci — praeter unum, de quo post disputabitur — de quibus re melius perspecta nunc usurpandum duxi illud Stesichoreum: οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος.

Ad tertii libri Scholia redux duae lacunae supplendae sunt in Scholio ex T iam in fronte lacero ad γ 464: τόφρα δὲ Τηλέμαχον λοῦσεν καλὴ Πολυκάστη. Scholion est eiusmodi: ἀδύνατον γὰρ τῷ Νέστορι ..... παρθένον εἶναι θυγατέρα. λύεται δ' ἐκ τοῦ ἔθους. ἔφαμεν γὰρ μὴ εἶναι παρθένου ἔργον τὸ λούειν, ὡς Ἀρίσταρχος οἴεται. Ita haec in textu exhibentur. In Appendice (p. 753 i. f.) ipsius codicis commemoratur scriptura haecce: „ἀδυνα' γὰρ τῷ Νέστορι ..... (lacuna) ὄντι θυγατέρα. — — — μὴ ὄντι παρθένου ἔργον τὸ λούειν etc. ὄντι Prellerus utrobique in εἶναι mutavit." Quam vellem Ludwichio teste et auctore certo sciremus an nihil aliud praeter haec fragmina in codice mendoso et lacero legatur. Nunc hoc tantum satis liquido video, quomodo lacuna post Νέστορι sarcienda sit. Ἀδύνατον γὰρ τῷ Νέστορι — inquit — παρθένον (an hoc vocabulum flagitante nexu a Prellero est additum?) εἶναι θυγατέρα. Cur ἀδύνατον? Quivis respondeat: ἀδύνατον γὰρ τῷ Νέστορι (γέροντι ὄντι) παρθένον εἶναι θυγατέρα, atque horum fortasse verborum reliquias tenemus in priore ὄντι, quod Prellerus sententia duce eo loco quo nunc

collocatum est necessario commutavit in εἶναι, nec minus rec alterum eidem infinitivo locum cessit. Incertior restitutio e eorum, quae initio desiderantur. Sed fuisse aliquid putaveri in hanc sententiam: Τόφρα δὲ Τηλέμαχον λοῦσεν καλὴ Πολ κάστη: (πῶς, εἴπερ ὑπὸ παρθένων ἔθος ἦν τοὺς ἥρωα λούεσθαι;) ἀδύνατον γὰρ τ'. Νέστορι et quae sequuntur. Qu adieci verba fere ita leguntur in HMQ ad eundem versum, se in Aristarcheorum expositione plane contraria. Haec vero de quib nunc agimus fragmentum esse disputationis Porphyrianae, Ari tarchi doctrinae perperam de more obloquentis, vel me indicen apparet. Nec semel hic rem suam egit. Quae ζ 218—222 Ulix lavaturus ad Nausicaae ancillas conversus dicit, inprimis vs 221, 222:

ἄντην δ' οὐκ ἂν ἔγωγε λοέσσομαι· αἰδέομαι γάρ
γυμνοῦσθαι κούρῃσιν ἐϋπλοκάμοισι μετελθών,

ad rem suam apprime facere ratus ita scribit (ad vs. 221): ἄντ δ' οὐκ ἂν ἔγωγε λοέσσομαι: ταῦτα μάχονται (T recte μάχετα App. p. 769) τῷ ὑπὸ παρθένων ποιεῖν λουόμενον (multu praestat λουομένους). λύοιτο δ' ἂν τῇ λέξει. προσέθηκε γά „μετελθών," οἷον ξένος ὤν. τάχα δ' οὐδ' ὅλως παρθένο λούουσι. λέγεται γάρ „τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν" („au Ω 587, aut ρ 88." Buttm.), ἀλλ' οὐχὶ κοῦραι. καὶ περὶ τῆς Ἥβη γὰρ ἀμφισβητεῖται εἰ παρθένος ἦν. καὶ (πῶς ins.) ἡ Ἑλένη λούοιτ (immo λούοι) ἂν Ὀδυσσέα; (QT.) Etenim, iudice Porphyrio neque virgines neque omnino mulieres heroes lavant. Na εἰπούσης τῆς Ναυσικάας, „λούσατε ἐν ποταμῷ," οὐχ ὡς παρα κούσασαι, ἀλλ' ὡς τούτου ὄντος τοῦ λοῦσαι, τὸ παρα σχεῖν τὰ λουτρά, παρατιθέασιν ἔλαιον αὐτῷ. (PQT ad ζ 215. Itaque οὐκ ἄρα οὐδὲ Νέστορος θυγάτηρ Τηλέμαχον ἔλουσεν οὐ Ἑλένη Ὀδυσσέα.

γ, 490. νύκτ' ἄεσαν: συνέσταλται τὸ α· ἀλλαχοῦ δὲ „νύκτ μὲν ἀέσαμεν" (γ 151.). Ita HQ. Addit H, Cramero auctore ἀ καὶ τανέμειν. Ex verbis depravatissimis nihil exsculpe possum nisi haec: συνέσταλται τὸ α· ἀλλαχοῦ δ' ἐν „νύκτ μὲν ἀέσαμεν" ἐκτέταται· ὃ καὶ ἄμεινον. Ultima creb leguntur, praesertim in Harleiano, v. c. δ 250 ad τοῖον ἐόντ ἀντὶ τοῦ τοιοῦτον. τινὲς δὲ οὕτω, καίπερ ἐν τοιούτῳ σχήμα

ὄντα· ὃ καὶ ἄμεινον. (H), quo loco Dindorfius ὅ addidit in codice fere omissum, (App. p. 758.) ac sic δ 269; δ 686, — ubi quod editur: διχῶς „οἵ θ' ἅμα" καὶ „οἳ θαμά," ὃ καὶ ἄμεινον, ὡς καλά (HP), inverso fortasse ordine praestat: -- καὶ „οἳ θαμά," ὡς καλά, ὃ καὶ ἄμεινον. — tum ε 315 ac saepius alibi, saepe etiam paulo alia forma, velut ὅ ἐστι κρεῖττον ad κ 376.

Nunc in praesentia Scholiis tertii libri valedicimus.

III.

Etiam in quarto libro iam statim in initio e Scholio ad primum versum, unde olim nonnulla vitia exemi, macula est eluenda, non magna illa quidem sed propterea memorabilis, quod e confusione fere sollenni nata est. Homerus novum librum inchoavit ita: οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν. Dubitatum est. Παρὰ τὴν ἱστορίαν φασὶν εἶναι τὸν γενόμενον ἤδη ἐν τῇ Λακωνικῇ· αἱ γὰρ Φηραί, ἔνθα Διοκλῆς ᾤκει, τῆς Λακωνικῆς εἰσί· τὸν οὖν γενόμενον ἐν τῇ Λακωνικῇ αὖθις ὡς μὴ γενόμενον ἐπισημαίνεσθαι. [1]) Difficultas ita solvitur: τὰ γὰρ τῶν χωρίων ὀνόματα τίθεται καὶ ἐπὶ τῶν προηγουμένων πόλεων, ὥστε τὴν Σπάρτην οὐκ ἀπεικότως Λακεδαίμονα λέγει, καθάπερ καὶ τὴν Ἴλιον Τροίαν, „ἔνθα κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν" (Φ 544)· καὶ ἀνεστραμμένως τὴν Ἀττικὴν εἴρηκεν Ἀθήνας, „ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνέων." (γ 278.) (MT.) Vitiosum est ἀνεστραμμένως. Requiritur significatio: *e contrario*, itaque emendandum: καὶ ἀντεστραμμένως τὴν Ἀττικὴν εἴρηκεν Ἀθήνας. Ne hoc pro imperio praescripsisse videar, haec lectori in memoriam revocasse sufficiant. Ἀναστρέφειν significat aut τὰ ἐντὸς ἐκτὸς ποιεῖν, — interpretante Cobeto, quem vide V. L. p. 146 edit. sec., — aut extrema ad frontem reiicere, prima ad calcem. Ita v. c. intellegendum dixi illud ἀνεστραμμένης τῆς περιόδου ἀκουστέον et ἡ περίοδος τοῦ λόγου ἀνέστραπται in Scholio Porphyrii ad α 389 (p. 66, 2 et 7; p. 67, 4). Ut bis accurate demonstravimus, Porphyrius vult, non *contraria ratione* dicta hic accipienda sunt, sed: *inverso ordine*,

1) Locum describo, quemadmodum emendandum dixi Observatt. p. 46.

ita ut quae in fine ponuntur priora antecessisse cogitentur, atque ita intellegendum est v. c. Scholion θ 403 ad ᾧ ἔπι κάτω ἀναστροφὴ τῆς λέξεως. Neque tamen in re simplici vocabulum illaesum e scribarum manibus evasit. Ἀνέστραπται (p. 66, 5) in ED depravatum est in ἀντέστραπται, ἀνεστραμμένης (p. 67, 4) vel bellius in E, — ex D hoc loco nihil enotatum, — fit ἀνηραμμένης, utrobique Buttmannus pravum aut retinuit aut reposuit, Harleianus verum dedisse videtur. Praeterea ἀναστρέφειν et ἀναστροφή certam sedem habent in re grammatica, ubi de accentu in priorem syllabam retrahendo sermo est quod nemo nescit, ac saepissime in Scholiorum farragine legitur ex Herodiani maxime doctrina repetitum ἀναστρεπτέον vel καὶ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν. Contra ἀντιστρέφειν et ἀντεστραμμένος Scholiastis idem esse quod caeteris omnibus [1]), nempe *quod alicui rei e regione est contrarium*, optime patebit vel ex iis quae ad γ 311 seqq. observantur. Nestor narrata caede Agamemnonis octavo demum anno per filium Orestem ulta, tum demum revertisse Menelaum addens, πολλὰ κτήματ' ἄγων, ὅσα οἱ νέεςἄχθος ἄειραν, inde Telemachum adhortatur: καὶ σύ, φίλος, μὴ δῆθα δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησο. Ad haec verba scholion est in HQ versui 316 adscriptum: ἀντεστραμμένως γὰρ πάντα ἔπραττε βραδύνων ὁ Τηλέμαχος. ὁ μὲν γὰρ (Menelaus) ἐκδοτον κατέλιπε τὸν ἀδελφὸν τοῖς ἐχθροῖς, ἧκε δὲ μετὰ χρημάτων, ὁ δὲ ἐπὶ μὲν τῇ μητρὶ ἐθάρρει, ἐκινδύνευε δὲ τὰ ὑπάρχοντα ἀπολέσαι, ὑποχείρια τοῖς ἐχθροῖς ἀφείς. Hoc vult, Telemachum prorsus contrario modo egisse ac Menelaus egerat. In eandem sententiam Herodianus (in Scholiis ad Iliad. B 592) ἐκ τοῦ ἐναντίου dixit. De ἔϋκτιτον Αἶπυ disputans Φερεκύδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος — inquit — τὸ μὲν ‚εὔκτιτον' κύριον ὄνομα παρέλαβε, τὸ δὲ ‚αἰπύ' ἐπίθετον. ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου τινὲς τὸ μὲν ‚εὔκτιτον' ἐπίθετον, τὸ δὲ ‚αἰπύ' κύριον. Non tamen negaverim hunc fuisse sequiorum usum, ut ἀντιστρέφειν, ἀντεστραμμένος, ἀντιστρόφως usur-

1) Instar omnium sit locus Luciani (Κατάπλους c. 15) a Cobeto emendatus ll. ubi Micylus sutor se videre dicit καὶ τὰ πράγματα 'ς τοὔμπαλιν ἀντεστραμμένα (apud inferos). ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ πένητες γελῶμεν, ἀνιῶνται δὲ καὶ οἰμώζουσιν οἱ πλούσιοι. Ibi quoque libri ἀνατετραμμένα et ἀνεστραμμένα praebent. Ipse tamen Lucianus paulo supra significavit quid vellet: ἐκ διαμέτρου γὰρ ἡμῖν αἱ βίοι φασίν. (c. 14).

parent, ubi ἀνεστραμμένος, ἀνεστραμμένως exspectaremus, pro inverso ordine, praepostere dicere vel collocare vel agere. Usus est hoc modo Rhetor Anonymus περὶ σχημάτων (ap. Walzium Vol. VIII p. 654, 10, in Spengel. edit. t. III p. 146), ipsis grammaticis multo ληρωδέστερος, qui inter alia egit περὶ τοῦ ἀντιστρέφειν τὰ πράγματα καὶ τὰ δεύτερα πρῶτα λέγειν, eodemque modo Scholiastae nostri verbum adhibent, v. c. ad α 58; ε 315:

τῆλε δ' ἀπὸ σχεδίης αὐτὸς πέσε, πηδάλιον δὲ
ἐκ χειρῶν προέηκε,

ad quos versus adnotatum in BHPQ: ἀντιστρόφως δὲ ἡρμήνευσεν.[1] οὐ γὰρ πρότερον ἔπεσεν, εἶτα ἀφῆκε τὸ πηδάλιον. Neque aliter ad δ 802, ad verba παρὰ κληῖδος ἱμάντα legitur primum simpliciter in H: ἀντιστρόφως, tum explicatius in BEV: ἀντιστροφή. παρὰ τὴν κλεῖδα, ἥτις ἱμάντα εἶχε παρὰ τὸ κλεῖθρον, et γ 408 ad οἷς ἔπι: ἀντίστροφον τὸ σχῆμα, ἵνα ᾖ ἐφ' οἷς. Sed qui pro eo quod alicui rei contrarium est, ἀναστρέφειν et ἀνεστραμμένως iure dixerit, novi neminem.

Plena errorum sunt quae sequuntur ad verba κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν, cum scriptorum culpa tum editorum. Legitur in E: κοίλην, τὴν μέσην κειμένην κοίλων καὶ βαθυτάτων τόπων, ἤτοι τὴν μεγάλην. κητώεσσαν δὲ ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κήτους. λέγει δὲ τὴν Σπάρτην. Primum falsum est κοίλων. Quid enim? Num Lacedaemon κοίλη audit, quoniam media iacet inter κοίλους τόπους? Nemo non videt legendum esse: τὴν μέσην κειμένην ὑψηλῶν καὶ βαθυτάτων τόπων. Si quis adhuc dubitat, fidem ei faciet brevior explicatio in V: ἐπεὶ ὑψηλοτάτοις ὄρεσι περικέκλεισται. Deinde non facile quis, quod hic factum videtur, ἤτοι pro ἤ dictum reperiet, ne dicam vel apud grammaticos miram sonare interpretationem κοίλην, id est μεγάλην. Si quis haec intellegere vult, post τόπων maiorem ponat distinctionem, et ἤτοι τὴν μεγάλην post κητώεσσαν δέ colloceet, nam ad huius demum vocabuli interpretationem pertinent. Sed non est hoc satis. Qui grammaticos et lexicorum conditores Graecos triverunt, sciunt ἤτοι plerumque ita adhiberi

---

1) De poëta dictum ἑρμηνεύειν, de quo usu posthac agetur.

ut in altero membro ἢ sequatur saepius in tertio repeti tum, atque sic inter duas vel plures sive interpretationes siv explicationes sive etymologias lectori optio relinquatur. Totum igitur scholion ita erit scribendum et supplendum: *κοίλην, τὴ μέσην κειμένην ὑψηλῶν καὶ βαθυτάτων τόπων. κητώεσσα δέ, ἤτοι τὴν μεγάλην ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κήτους, (ἢ μέγ κύτος ἔχουσαν.) λέγει δὲ τὴν Σπάρτην.* Eadem fere sunt i BHQRT, unde haec stabiliantur: *κοιλὴν μὲν διὰ τὸ πολλοῖς ὄρε περιέχεσθαι, κητώεσσαν δὲ ἢ μεγάλην ἀπὸ τοῦ κήτους, ἢ μέγ κῆτος ἔχουσαν.* Etenim nunc quoque et in uno codice factum e id, unde mira transpositio quam nunc castigavimus explicatione suam accipiat et simul novum vitium correctionem expecta Nempe in T inter *περιέχεσθαι* et *ἢ μεγάλην* deëst *κητώεσσ δέ*, ut in hoc quoque codice *ἢ μεγάλην ἀπὸ τοῦ κήτους* inepte *κοίλην* videatur pertinere. Eodem igitur modo in E verba *κητώε σαν δὲ* primum, ut videtur, in eius archetypo omissa, dein in marginem suppleta, a scriba in alienum locum inserta sun Vitium quod dicebam ab editore invectum est. Legebatur: *μέγα κύτος ἔχουσαν*, optime; mutavit Dindorfius, Harleianum secutus. Sed nunc quidem Harleianus audiendus non est et sens monente et Apollonio Sophista, ad quem Dindorfius ipse nos able gavit. (App. p. 754.) Nemo etymologus dixerit, Lacedaemonem *κητώεσσαν* esse dictam, ut *μέγα κῆτος ἔχουσαν*. Dixisset salter *μεγάλα κήτη*, sed ne hoc quidem recte habere quivis concedet, — qui enim *κήτη* in media terra? — pro: *οἱ δέ, ὅτι ἐκεῖ ἡ θάλασσα συνεχῶς κήτη ἐκβάλλει*, ut est in Hesychio, quibus similia habet Apollonius mox corrigendus, sed idem ea etiam quae scholiastae restituimus. Apollonii enim verba haec sunt: *Κητώεσσαν: τὴν Λακεδαίμονα. οὕτως ἐξ ἐπιθέτου λέγεται* (immo: τὴ *Λακεδαίμονα οὕτως ἐξ ἐπιθ. λέγει*, quod Villoisonus quoqu dubitanter commendavit.)· „*Λακεδαίμονα κητώεσσαν*". *τὸ μὲν ὑγιὲς*[1]

---

1) Iniuria Villoisonus *τὸ μὲν ὑγιές* tentavit, haec commentatus: „fortasse signi ficat *in vero sensu*. Vel lege *τὸ μὲν ὑγρὸν καὶ μέγα*, etc. ut Hes. explicat Κητώεσσα *ὑγρά*". At neque *τὸ κύτος* quis recte *ὑγρὸν* dixerit, et vel propter oppositionem *τινὲς δὲ ὅτι κτλ.* unice verum est *τὸ μὲν ὑγιές*, estque ea scriptura ὑγιὴς πάν Nempe sive Apollonius sive eius auctor hanc prae caeteris vocis *κητώεσσαν* etymo logiam amplectitur et probat, quae tamen nasci non poterat, nisi iis temporibus cum *η* et *υ* idem sonarent. Quot ex hac quoque confusione, quae vel antiquissimos nostro

μέγα κῦτος (l. *κύτος*) *ἔχουσαν*, *ὡς καὶ ἐπὶ τῆς νηός. τινὲς δέ, ὅτι εἰς ἣν κήτη ἐκβράσσεται. τινὲς δέ* (Zenodotus), *καλαμινθώδη, καιέτα γὰρ* [*φυτὸν*] *ἡ καλάμινθος ὑπ' ἐνίων καλεῖται.* Laborant haec duplici vitio. *Φυτὸν* ad marginem relegandum est, — talia quoque interpolabantur! — nam *καιέτα γὰρ ἡ καλάμινθος καλεῖται* nihil sic interpositum patitur. Sed gravius est quod antecedit soloecum: *ὅτι εἰς ἣν κήτη ἐκβράσσεται*, alterum enim horum alterum respuit. Hesychio in auxilium vocato etiam apud Apollonium legatur: *τινὲς δέ, ὅτι ἐκεῖ* (ЄΙCЄΙ pro ЄΙCΗ, ex prava pronunciatione ortum) *κήτη ἐκβράσσεται.* Scholion ex Veneto A ad Iliad. B 581, ad quod itidem nos ablegavit Dindorfius, omnibus partibus nostro simile est sed multo minus uberum. Est autem eiusmodi: *κοίλην Λακεδαίμονα: τὴν ὑπὸ ὀρῶν περιεχομένην διὰ τὸ περικεῖσθαι αὐτῇ κύκλῳ τὸ Ταΰγετον ὄρος, διὸ καὶ ἀτείχιστον αὐτὴν ᾤκησαν. Λακεδαίμονα δὲ τὴν χώραν λέγουσι, τὴν δὲ πόλιν Σπάρτην* [*καλοῦσιν*]. [1]) tum: *κητώεσσαν: μεγάλην παρὰ τὸ κῆτος, ὅπερ δοκεῖ πάντων μεῖζον εἶναι τῶν ἐνύδρων ζῴων.* Ne hic quidem locus omni labe immunis est, namque *μέγιστον* scriptum oportet.

Nondum primi versus scholia nos dimittunt. Sequitur quaestio Porphyriana, sed lacera. *Διὰ τί ὁ Τηλέμαχος εἰς Λακεδαίμονα ἐλθὼν οὐκ ἐνέτυχε τῷ Ἰκαρίῳ;* [2]) Responsum duplex est. Et nul-

---

codices aetate antecedit, scribendi errores profluxerint, non est quod dicam. Duos tangam ex nostris scholiorum codicibus. Exaravit Hamburgensis ad δ 22 (p. 174, 9) *συβότης ὄρχαμος ἀνδρῶν* pro *συβώτης*, idemque ad δ 122 (p. 185, 21) festive dedit *ὑλακάτης* et *ὑλακάτων* pro *ἠλακάτης* et *ἠλακάτων*. Praeterea haec raptim addam: et Bekkerum omnia codicis vitia, etiam quae Villoisonus etsi dubitanter mutaverat, fideliter retinuisse, et quod Apollonius dicit *μέγα κύτος ἔχουσαν, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς νηός*, conferenda esse haec cum scholio ad ε 249 ad *ἔδαφος νηός: τὸ κατώτατον κύτος τῆς νηός, ἣν νῦν καλοῦσι γάστραν.* (HQTV).

1) Omnino cum Bekkeri editione expungendum inutile *καλοῦσιν*, quod sententiam moleste onerat. Sed unde natum? Nempe Scholia Vulgata (a Bekkero litera D insignita) eadem praebent ac Venetus, sed insuper haec: *τὴν δὲ πόλιν Σπάρτην* (hucusque Venetus A). *ἕτεροι δὲ καὶ αὐτῆς τῆς πόλεως τὸ μέν τι Λακεδαίμονα τὸ δὲ Σπάρτην καλοῦσιν.* Eadem haec fuerunt sine dubio in Veneti quoque archetypo, sed librarius Veneti ipsius a priore *Σπάρτην* ad alterum aberravit, mediis errore omissis. Iam videmus quam ridiculi fiamus, si vel optimos codices serviliter sequimur.

2) Cfr. Scholia ad β 52 et 133.

libi Homerus Icarium Spartae habitare dixit et simultas Penelopen inter eiusque parentes intercessisse videtur. *ὅθεν* — nam haec aperte cum antecedentibus cohaerent — *καὶ ἄλλη λύσις γίνεται πρὸς τοὺς ἀποροῦντας διὰ τί πρὸς τοὺς γονέας οὐκ ἀποστέλλει τοὺς ἑαυτῆς ἡ Πηνελόπη εἰς βοήθειαν, ὅτε ὁ παῖς ἐκινδύνευσεν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Λαέρτην βούλεται ἀποστεῖλαι.* Nempe *φαίνεται ἠλλοτριωμένη τοῖς γονεῦσιν ὡς ἀναγκάζουσι γήμασθαι.* Apparet hoc cum ex aliis versibus, tum ex iis quae Telemachus ad procos dicit. *αὐτὸς μὲν γὰρ* (Telemachus) *Πηνελόπην μὴ βουλομένην καταλιπεῖν τοῦ ἀνδρὸς τὸν οἶκον ἀναγκάζειν οὐκ εὐπρεπὲς ἡγεῖτο. πάντως οὖν κατὰ τὴν προαίρεσιν τῆς Πηνελόπης ἀνῆψε τοῦ γάμου τὸ τέλος.* Ultima me diu multumque torserunt. Lucem attulit Ludwichii collatio, — ex solo enim T prodierunt, — quae duas dedit varias lectiones, alteram nullius pretii, alteram quantivis. Codex habet *ἀνῆψαν*, quod nauci non est, estque merus error scribae siglam veterem male explentis. Sed idem codex pro *κατά* habet *εἰς*, ex quo iam lux affulgere coepit. *πάντως* — nam ita et codex sed compendiose scriptum, non *πάντα*, ut opinabatur Dindorfius, — *οὖν εἰς τὴν προαίρεσιν τῆς Πηνελόπης ἀνῆψε τοῦ γάμου τὸ τέλος*, nuptias ad Penelopes voluntatem quodammodo suspendit, id est, eius libidini permisit, utrum nuptiae fierent necne. Respicit locos Homericos, quales v. c. sunt (*α* 275, 276):

> *μητέρα δ', εἴ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι,*
> *ἂψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο.*

Neque in antecedentibus admodum mihi placet *ἐξήρτηται* in his: *ἐξήρτηται (ὁ Ἰκάριος) ἀπὸ τῆς τοῦ Τηλεμάχου προσηκούσης μνήμης τοῦ τε Ὀδυσσέως καὶ τῆς Πηνελόπης*, (p. 170, 3—4); *ἐξαρτᾶσθαι* enim significatione ea, ut sit *evelli*, *elabi*, incognitum mihi est ac contrario fere sensu usurpari dixeris. Quapropter scripserim: *ἐξῄρηται ἀπὸ τῆς -- προσηκούσης μνήμης.*

δ, 9. Ad *υἱέϊ* est in Q: *τρισυλλάβως. „υἱέϊ σῷ ἑπόμην".* (T 174). Addit H post *τρισυλλάβως*, *ὁμοίως* (Praef. p. LI), recte si insuper *ὡς* addatur, ut totum sit: *τρισυλλάβως, ὁμοίως (ὡς) „υἱέϊ σῷ ἑπόμην".*

δ, 11. Διὰ τί δὲ Ἑλένη μόνην τὴν Ἑρμιόνην ἔτεκε; διότι τὸ πολλάκις τεκεῖν ἀλλοιοῖ τὸ κάλλος τῆς γυναικός. --- διὰ τοῦτο ἔτεκεν ἕν, ἵνα μακαρία λογίζηται καὶ ἵνα τὸ κάλλος ἔχῃ. (EQ.) Scripserat auctor: ἵνα μακαρία νομίζηται καὶ ἅμα τὸ κάλλος ἔχῃ. Digitum in haec intendisse satis sit.

δ, 16. γείτονες ἠδὲ ἔται: οἱ ἀστυγείτονες, οἱ ἐκτὸς μὲν ὄντες τῆς πόλεως πλησίον, ἔται δὲ οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως, οἱ συνήθεις. Difficile dictu erit exputare, quid μέν sibi velit, — oppositum enim esse verbis ἔται δέ sermonis lex et ingenium vetat, — nisi scribatur: οἱ ἀστυγείτονες, οἱ ἐκτὸς μὲν ὄντες(,) τῆς (δὲ) πόλεως πλησίον, ἔται δὲ οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως. Sequitur in EQ: ἐκ τοῦ ἔθος ἔθης καὶ ἔτης. ἔται ψιλῶς, ἵν' ᾖ οἱ πολῖται. Utriusque partis, et explicativae et etymologicae, laciniae tantum leguntur in T (V): γείτονες μὲν νῦν οἱ ἀστυγείτονες, ἔται δὲ ψιλῶς, ἵν' ᾖ οἱ πολῖται. (App. p. 755.) Sed cur ψιλῶς, id est, cum spiritu leni, vocabulum proferendum docet? An ut caveat, ne ἔται scilicet Graecum putemus? Respondebunt Etymologi. Nempe ab eodem ἔθος etiam ἑταῖρος ducebant. Παρὰ τὸ ἔθος ἐθαῖος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ ἐθαῖρος, καὶ τροπῇ τοῦ θ εἰς τ ἑταῖρος. Ita Etymologus Gudianus, nec multum aliter Magnus, ubi de voce ἑταῖρος agunt; uterque haud ignobilem auctorem secutus, Herodianum ad Z 239 praeter alia sic disputantem: ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῖ (sc. τὸ ἔται) ἐφ' οὗ ἂν τάσσηται, φησί, σημαινομένου· πολλὰ γὰρ ἡ λέξις σημαίνει. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἑταίρων, φησί, πάλιν ψιλωτέον, ἐπεὶ συγκοπὴ ἐγένετο. Itaque s. v. ἔτης Gudianum: ἔτης: ὁ πολίτης, ἀπὸ τοῦ ἔθους ἢ τῆς συνηθείας, ὅθεν καὶ ἕτερος παρήχθη, ὡς καὶ ξένος ὁ ἐκ (ἐκτὸς habet s. v. ξένος) τῆς ἑνότητος ὤν, bellissime, ut apparet, pro ἑταῖρος.

δ, 22. ὁ δὲ προμολὼν ἴδετο κρείων Ἐτεωνεύς,
ὀτρηρὸς θεράπων Μενελάου κυδαλίμοιο.

De Eteonei genere scholia dissentire videntur. Primum breviter M: ὁ τοῦ Ἀλέκτορος τοῦ συμπενθεροῦ Μενελάου ἀδελφός. Sequitur in eodem codice scholion explicatius: κρείων, ὁ ἐξέχων καὶ διάκριτος ἐν θεράπουσιν. --- Φερεκύδης δὲ ἱστορεῖ οὕτως· Ἀργεῖος δὲ ὁ Πέλοπος ἔρχεται παρ' Ἀμύκλαν εἰς Ἀμύκλας, καὶ γαμεῖ

τοῦ Ἀμύκλα θυγατέρα Ἡγησάνδραν. ἐκ τούτου δὲ γίνεται Ἀλέκτωρ. ἔστι γὰρ ἀδελφὸς τούτου καὶ βοηθὸς Ἐτεωνεύς. συγγενὴς οὖν Μενελάου Ἐτεωνεύς καὶ θεράπων αὐτοῦ, ὡς Ἀχιλλέα Πάτροκλος. κρείων δὲ ὁ ἄλλων μὲν βασιλεύς, Μενελάου δὲ δεύτερος. Tollam primum minuta quaedam vitia, deinde de re ipsa erit videndum. In M est γαμεῖ τοῦ μύκλα θυγατέρα, unde non cum Dindorfio efficiendum est quod supra legitur, sed γαμεῖ τὴν Ἀμύκλα θυγατέρα, ut Graeci omnes omnium temporum solent. Ου enim syllaba ad nomen pertinet, ex α male lecta nata. Mox pro ἔστι γάρ Dindorfius iure requirit ἔστι δὲ, quarum frequens in nostris confusio est. Sic v. c. supra ad vs 1 in Megapenthis genealogia, qui Menelao ἐκ δούλης natus dicitur, quaesitum est utrum δούλη nomen proprium sit an appellativum. οἱ μὲν κύριον τὸ Δούλης, οἱ δὲ Τηριδάης. Τηριδάη γὰρ τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα. (MQTV), quo loco pro necessario γὰρ MT praebent δέ. [1]) Tandem pro ἄλλων μὲν βασιλεὺς praetulerim ἄλλως. Sed haec, ut dixi, minuta sunt; illud nunc praecipue quaerendum videtur, utrum ex grammaticorum ac mythographorum mente Eteoneus *frater* fuerit Alectoris an *fratris filius*. Atqui frater diserte dicitur, ὁ τοῦ Ἀλέκτορος ἀδελφός.. Sunt tamen haud pauca, quae huic rationi refragentur. Ac primum quidem nec sane levissimum: Eteoneus apud Homerum audit *Boëthoi* filius. Οὐ μὲν νήπιος ἦσθα, Βοηθοΐδη Ἐτεωνεῦ || τὸ πρίν. (vs 31.) Itaque et Alector *Boëthoi* filius sit necesse est siquidem fratres sunt. Verum hic Argeo patre prognatus dicitur At fortasse uterque Boëthum avum habuerit. Ne hoc quidem potest, nam et hic et supra ad vs. 10 Alector Argeum patrem habet, Argeus Pelopem, quam rem veteres mythographos num repente fugisse non admodum est veri simile. Deinde consideremus haec scholii verba: τούτου (Argei) δὲ γίνεται Ἀλέκτωρ ἔστι γὰρ (immo δὲ, ut vidimus) ἀδελφὸς τούτου καὶ βοηθὸς Ἐτεωνεύς. Respici Homericum Βοηθοΐδη certum est, sed cur e

1) Nihil hac confusione frequentius. Ita etiam v. c. ad γ 139 (p. 132, 24): γὰρ ἦλθον Q, οἱ δ᾽ ἦλθον T. (App. p. 746.) — γ 267 (p. 143, 7): συμπαρῆ γὰρ αὐτῇ καὶ ᾠδός MQV, συμπαρῆν δὲ αὐτῇ κ. ἀοιδός T. (App. p. 749). — γ 34 (p. 154, 6): ἔστι γὰρ πάτριον ἔθος Ἰώνων HQR, δὲ M. (Cfr. Observatt. p. 49 coact.

patronymico appellativum factum sit, et cur tandem Eteoneus Alectoris frater et *adiutor* dicatur, tenebricosum. Porro cum Homericorum heroum θεράποντες iuniores cogitentur, quales et medio aevo fuisse postea traditum est, idque inprimis de Eteoneo ipso innuatur, — οὐ μὲν νήπιος ἦσθα -- τὸ πρίν, ἀτὰρ μὲν νῦν γε πάϊς ὣς νήπια βάζεις, — non facile Alectoris frater esse potest iam natu maioris, utpote cuius filia Menelai filio nubit. Tandem observandum est partem huius scholii priorem, inde ab κρείων ὁ ἐξέχων usque ad θυγατέρα Ἡγησάνδραν (p. 174, 8—12) etiam legi in BHQ partimque in T cum aliqua lectionis varietate, quae tamen nullius momenti est, sed omnia alia tradi videri in ultimis, ἐκ τούτου δὲ γίνεται -- βοηθὸς Ἐτεωνεύς (l. 12, 13), pro quibus BHQ praebent: τοῦδε (i. e. Ἀργείου) γράφεται γελανίων (μελανίων H) καὶ ἠλεκτρύων καὶ βοηθός. τούτου Ἐτεωνεύς. Quae facilem admittunt ac certissimam correctionem hancce: τοῦδε γίνεται Μελανίων καὶ Ἀλεκτρύων (videtur etiam in nomine proprio Ἀλεκτρύων — hoc accentu? — alternare cum Ἀλέκτωρ) καὶ Βοηθός (potius Βοηθόος, quod Buttmannus monuit). τούτου (δὲ ins. etiam Buttmanno auctore) Ἐτεωνεύς. Ex his omnibus argumentis colligo etiam auctorem amplioris scholii, quod Codex M nobis servavit, scripsisse: ἐκ τούτου δὲ γίνεται Ἀλέκτωρ. ἔστι δὲ ἀδελφὸς τούτου καὶ Βοηθός (sive Βοηθόος)· ἐκ τούτου δὲ (ins. haec, quae casu satis noto excidisse videntur) Ἐτεωνεύς, ut et cum caeteris omnibus et cum Homero redeat in gratiam. Verum quid faciamus breviore scholio ex M: ὁ τοῦ Ἀλέκτορος τοῦ συμπενθεροῦ Μενελάου ἀδελφός? Aut ἀδελφὸς mutandum est in ἀδελφιδοῦς, — quemadmodum θ 344 in narratione adulterii Martis et Veneris ad verba οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε scholion est in E: διὰ τί Ποσειδῶν οὐκ ἐγέλα; ἐπειδὴ ἀδελφὸς ἦν τοῦ Ἄρεος, οὐκ ἐνεδέχετο γελᾶν ἐπὶ τῇ δεσμήσει τοῦ ἀδελφοῦ, ubi si correxeris: ἐπειδὴ ἀδελφὸς ἦν τοῦ Διός, οὐκ ἐνεδέχετο γελᾶν ἐπὶ τῇ δεσμήσει τοῦ ἀδελφιδοῦ vel sic satis inepte excogitata ratio erit, — aut, quod potius existimem, scholiastes nescio quis uberiora quae statim sequuntur sic oscitanter contraxit, ut cum ἀδελφός in eo legeretur id ad Eteoneum, non ad huius patrem, retulerit. Fortasse in scholio quoque modo memorato ad θ 344 verius iudicabimus, si erro-

rem immanem, quo Neptunum Martis *fratrem* habuit, n scribis sed ipsius stupori imputamus etiam vulgatissima myth logica nescientis.

δ, 26. Post scholion ex M (p. 175, 2) ad *τώδε*, de quo m disputabitur, in adnotatione Dindorfius posuit haec: „pars hui scholii est in B. *τὸ τώδε δεικτικόν ἐστι καὶ δηλοῖ τὴν ἐγγύτη αὐτῶν*. Post hoc scholion in M sequuntur verba, *τὴν ἀγαθ καταφθιμένοιο λιπέσθαι* (γ 196.) *ἐλλειπτικῶς ἐνοήσαμεν* *ἀλλὰ παῖδα ἀγαθόν*. Quae non *intelligo*". Unde haec et cur h irrepserint, certo dicere nequeo, etsi id non raro est factum, u scholia tanquam de caelo delapsa ibi compareant, ubi nihil haben quod faciant [1]), et fieri potest ut adscripta fuerint ad sequenti (vs. 27): *γενεῇ δὲ Διὸς μεγάλοιο ἔικτον*, at nihil est facilius quam ea adventicia et emendare et intellegere, ubi unum observaver Nempe Dindorfius haec sic edidit, primum in textu, *τώδε παροξυτονητέον, ἵνα νοηθῇ δυϊκόν. Ἄλλως. τὸ τώδε ἐγκλιτέον. δει τικὸν δὲ ὂν δηλοῖ τὴν ἐγγύτητα αὐτῶν*, tum in adnotatione infi textum, *τὴν ἀγαθοῦ κτλ.*, quae supra descripsi. At in codi res multo aliter se habet. Lemma deësse videtur, scholion i incipit: *παροξυτονητέον ἵνα νοηθῇ δυϊκόν. ἄλλως τὸ τώδε ἐγκλιτέο δεικτικὸν δὲ ὂν δηλοῖ* (per compendium scriptum) *τὴν ἀγαθ καταφθιμένοιο λιπέσθαι ἐλλειπτικῶς ἐνοήσαμεν τὸ ἀλλὰ παῖ ἀγαθόν*. Igitur duo scholia male coaluerunt, ac *τὴν* non i pertinet ad *ἀγαθοῦ κτλ.* sed ad superiora, omissis verbis *ἐγγ τητα αὐτῶν*, quae Dindorfius supplevit — an ex B? — lecto non monito; itaque articulus *τὴν* nunc nos iam morari non d bebit. Hoc igitur remoto caetera scholii adventicii sponte ha formam induunt: (*ἐν τῷ*) „*ἀγαθὸν* (*καὶ παῖδα*) *καταφθιμέν λιπέσθαι*" — sunt verba Nestoris ad Telemachum, γ 196 - *ἐλλειπτικῶς ἐννοήσομεν τό· ἀλλὰ παῖδα ἀγαθόν*. Iam ip spero, Dindorfius mihi dabit, ea hic fortasse aliena esse m

---

1) Notavit hoc aliquoties fieri Buttmannus, i. a. ad ζ 103 (p. 302, 25—303, quo in PQ irrepserunt quae ad ι 51 pertinent suoque loco in Q ordine repetunt Idem quoque factum in Porphyrii quaestione ad δ 52 (*διὰ τί τ. ἀνθρώπους πρὶν γεῖν ποιεῖ τὰς χεῖρας ἀπονίζεσθαι κτλ.*), cuius pars in T pessime ad γ 392 iecta est.

nimique pretii, at neque emendatu neque intellectu admodum difficilia.

Multo maior difficultas latet, quamquam primo obtutu non ita esse videtur, in verbis legitimi ad nostrum locum scholii: *τὸ τῶδε ἐγκλιτέον*. Nam sive *ἐγκλιτέον* propria significatione summas accentum suum in antecedens vocabulum reiiciendi; sive hic valeat, quod saepe apud grammaticos veteres valet, accentum acutum ultimae syllabae inclinari ut gravis fiat, neutro sensu *ἐγκλιτέον* hic de vocabulo *τῶδε* verum esse potest. Nam quis scribendum ducat: *ξείνω δή τινέ τωδε*? quis *δή τινε τωδὲ*? Et cuinam haec accepta referimus? Ex Herodiani doctrina certe non fluxerunt. Habemus Herodiani disertum testimonium Θ 109: *παροξύνεται τὸ τῶδε παραλόγως· ἀληθὲς γὰρ ὡς ὅτι τὰ διὰ τοῦ δε ἐπεκτεταμένα, εἰ ἔχοι πρὸ τέλους φύσει μακράν, προπερισπᾶται. ὅπερ ὤφειλε κἀπὶ τοῦ „τῶδε δὲ νῶϊ" εἶναι, ἀλλ' ὅμως πάλιν ἐπεκράτει καὶ ἐπὶ τούτου πρὸ τέλους ἡ ὀξεῖα. ταῦτα ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ Ζ, ὅπου περὶ τοῦ „ἰῷ" διαλαμβάνει.* Significatur Z 422, ubi nunc — iam Lehrsio monente — observationis de accentu vocis *τῶδε* nec vola nec vestigium est, quod cum plurimis aliis documento esse potest, quam vehementer decurtatis Herodiani ad Iliadem reliquiis utamur. Nihilo explicatiora habemus Λ 432 ad *τοιώδ' ἄνδρε κατακτείνας*: *ἔφαμεν τὴν διὰ τοῦ δε ἐπέκτασιν προπερισπᾶσθαι, εἰ ἔχοι πρὸ τέλους φύσει μακράν· διὸ σημειούμεθα τὸ „τῶδε δὲ νῶϊ"* (Θ 109) *παροξυνόμενον.* [1]) Eandem regulam tradit Apollonius *περὶ ἐπιρρημάτων* p. 591 Bekk. [2]) Causa cur *τῶδε*, *τοιῶδε*, similium. excipiantur, in reliquiis Herodianeis ad Iliadem et Odysseam quantum scio nusquam traditur; tradidit Choeroboscus in commentario ad caput *περὶ τῶν ἐν ταῖς πτώσεσι τόνων* in Theodosii Canonibus. Hic igitur ita: *πᾶσα φύσει μακρὰ πρὸ μιᾶς*

---

1) Cod. *τώδε δ' ἐνώι*, quod correxit Lehrsius, et ad Herodian. l. l. et in Quaestt. Epp. p. 133.

2) De adverbio *ὧδε* disputans: *σημαίνοντος οὖν τοῦ ὥς ἐπιρρήματος τὸ οὕτως, εἴη ἂν ἡ προκειμένη παραγωγὴ κατὰ τὸ αὐτὸ δηλούμενον ἐν τῷ ὧδε, ἀναγκαίως προπερισπωμένη, ἐπεὶ ἡ φύσει μακρὰ ἐν τῇ τοιαύτῃ παραγωγῇ περισπωμένην ἀναδέχεται.*

συλλαβῆς βραχείας, ἐφ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν τόνον, ἐν ἑνὶ μέρει λόγου, κοινολεκτουμένη, μὴ ἐπεκτεινομένη διὰ τοῦ χ καὶ τοῦ ι ἢ διὰ τοῦ θ καὶ ε ἢ διὰ τοῦ δ καὶ ε ἐν τοῖς δυϊκοῖς, περισπωμένην δέχεται. (Bekk. Anecdd. III p. 1235.) Haec regula est. Sequitur expositio exceptionum, quarum haec ad nos pertinet: *πρόσκειται δέ· „μὴ ἐπεκτεινομένη διὰ τοῦ θ* (immo Δ) *καὶ τοῦ ε ἐν τοῖς δυϊκοῖς" διὰ τὸ τοιώδε καὶ τοσώδε δυϊκά· ταῦτα γὰρ παροξύνονται καὶ οὐ προπερισπῶνται διὰ τὸν χαρακτῆρα τῶν δυϊκῶν· τὸ γὰρ ω ἐν τοῖς δυϊκοῖς ἀποστρέφεται τὴν περισπωμένην τάσιν, οἷον τὼ σοφώ, τὼ καλώ, τὼ ἀγαθώ. ἐπεὶ οὖν τὸ τοιώδε καὶ τοσώδε ἐπέκτασιν ἔχουσι τῆς δε συλλαβῆς, τούτου χάριν, ὡς σχεδὸν ἐν τῇ τελευταίᾳ συλλαβῇ ἔχοντα τὸ ω, ἀποστρέφονται τὴν περισπωμένην τάσιν.* (p. 1236), eademque brevius repetuntur p. 1248 eadem adiecta exceptione: *ἡ δὲ εὐθεῖα τῶν δυϊκῶν γενομένη κατ' ἐπέκτασιν, οἷον τώδε οἱ ἄνθρωποι* (sic?), *οὐ προπερισπᾶται ἀλλὰ παροξύνεται.* [1]) Herodianus igitur, quique eius sectam secuti sunt, — Choeroboscum enim prae caeteris, ut solet, Herodianum exscripsisse etiam Lehrsii sententia est, — docuerunt quod e re est: in duali exceptionem admitti debere communis regulae de accentu paragogicae syllabae *δε*, quae regula *τοιῶδε, τοσῶδε, τῶδε* postularet. Quod si ita est, ut est sine dubio, quid faciamus his, a quibus exorsi sumus? Emendemus, censeo, *τὸ δε ἐγκλιτέον*, ut *τὸ* [*τώ*]*δε* ex dittographia natum sit hic admodum proclivi atque excusabili, ac notam sic explicuerim. Erant qui *γε* et *δε* in *ἔγωγε, τοιόςδε, ὅδε* caet. non cum Apollonio, Herodiano, Tyrannione syllabam paragogicen existimarent sed particulam restrictivam *γέ* et adversativam *δέ*, superflue et otiose — metri sine dubio causa — adhaerentes. Ita indicabant Ω 15: *ἀλλ' ὅγε ἐπεὶ ζεύξειεν, - - - Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο*, (*ὅτι περισσὸς ὁ δέ*. Ven. A.); ita, quod magis ad nostra accedit Γ 157, *τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικί*, ubi in Veneto A breviter est *ἕν ἐστι, διὸ περισπαστέον τὸ τοιῇδε*, quo loco Lehrsius cum Bekkero *προπερισπαστέον* legunt, quod Dindorfius vel invito codice sequi debuerat. Haec igitur Herodianea doctrina

---

1) Vitio ei quod in textu notatur simillimo scribitur in iis quae vocem *παροξύνεται* excipiunt: *διὰ τὸ [τὸ] ω τὸ ἐν τοῖς δυϊκοῖς ἀποστρέφεσθαι τὴν περισπωμένην τάσιν.*

est, nec monuisset, nisi fuissent qui τοίῃ δ' ἀμφὶ probarent. [1]) Multo etiam disertius eadem habemus in scholio ad δ 665, quod leviter corruptum eadem opera restituemus. Loquitur Antinous de Telemacho:

ἐκ τοσσῶνδ' ἀέκητι νέος παῖς οἴχεται αὔτως,
νῆα ἐρυσσάμενος, κρίνας τ' ἀνὰ δῆμον ἀρίστους. [2])

Ad haec PQ Scholion hoc servaverunt: *οἱ πλείους ὡς δύο μέρη τοῦ λόγου ἀνέγνωσαν ἐν δυσὶν ὀξείαις* (igitur *τόσσων δέ*) *ὡς τὸ „τοίῃ δ' ἀμφὶ γυναικί."* (Γ, 175) *ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης περισπωμένως κατ' ἐπίτασιν.* Uterque codex *ἐπίστασιν* praebet, *ἐπίτασιν* Buttmanno debetur. [3]) Sed nunc quidem Buttmannus aperte fallitur. Nam nullam in *τοσσῶνδε* deprehendo *intensionem*, *extensionem* agnosco per paragogicam syllabam *δε*, itaque ex codicum felici vitio sponte nascitur: *ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης προπερισπωμένως κατ' ἐπέκτασιν.* Nempe maiusculis literis scriptum ЄΠЄΙCΤΑCΙΝ imperite transscriptum est. Quod *προπερισπωμένως* dedi, id et ex rei natura sponte sequitur et probabit ipse Palatinus, praeter iustum scholion inter versus habens: *διχῶς, τόσσων δέ, καὶ, τοσσῶνδε.* Scholion ex Herodiano esse excerptum, nemo harum quaestionum peritus in dubium vocabit. Videmus itaque Ptolemaeum *τοσσῶνδε* probasse, adstipulante Herodiano, quibus *ἕν ἐστι*, contra plurimi (*οἱ πλείους*) — vulgus sine dubio grammaticorum veterum — *ὡς δύο μέρη τοῦ λόγου ἀνέγνωσαν ἐν δυσὶν ὀξείαις.* His itaque *δέ* nihil aliud esse poterat quam adversativa particula, sed pleonastice posita ut mere expletiva esset. Idem nostro loco de *τῶδε* indicari credo: legisse Herodianum *τῶδε*, legisse alios *τῶ δέ.* Quoniam autem sequioribus grammaticis adversativum *δέ* encliticum fere est, — quod monuit Lehrsius in Quaestt. Epicis p. 101, 102, — hinc aliquem horum adnotasse puto, quod

---

1) Unicum nunc huius rei *disertum* testimonium superest in Scholio Victoriano ad Ω 15: *περισσὸς ὁ δέ, καὶ χωρίς τινος ἐμφάσεως κείμενος, ὥστε καὶ ἐν τῷ „τοίῃ δ' ἀμφὶ γυναικί" οὐ δεῖ προπερισπᾶν τὸ τοίῃ δέ.*

2) Plurimae recentiorum editionum *ἐκ τόσσων δ'*. Larochius unus, quod sciam, Herodiano obtemperavit.

3) Dindorfio auctore pono, qui id ex Indice Buttmanniano effecisse videtur, nam neque in huius textu neque in Addendis aliquid super hac re admonitum reperio.

mihi restituendum visum est, τὸ δέ ἐγκλιτέον, et sic proba scripturam τώ δε. Totius disputationis summa igitur haec e: *Tria* scholia habemus in M, sed paulo confusa et sic dispescend Primum Herodiani sententiam breviter exponit. τώδε: παροξ τονητέον, ἵνα νοηθῇ δυϊκόν. Alterum ex sententia adversarioru dictum est: τὸ δέ ἐγκλιτέον. Tertium exegeticum est, ita su plendum: (τὸ τώδε) δεικτικὸν ὃν δηλοῖ τὴν (ἐγγύτητα αἰ τῶν.) Secundum et tertium est etiam in H (Praef. p. LI) - an ibi quoque τὸ τώδε ἐγκλ. scriptum? — omisso tamen δὲ pos δεικτικόν, unde suspicio nostra confirmatur, cum semel τὸ δ in τὸ τώδε abiisset, τὸ τώδε ante δεικτικὸν ut supervacuum ess omissum, eamque notam per particulam δέ cum antecedentibu *perperam* connexam. Solum tertium, ut vidimus, est etiam in E Haec mea sententia est de re in summa brevitate difficillima.

Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Quod autem tertium sive exegeticum Scholion in M loco no suo positum esse modo dicebam, de ea re nunc agamus. Nemp cum prosodicis istis, quibus adiungitur, nihil habet commune at arcte connectendum erat cum iis, quae notae de accentu voci τώδε in M praecedunt ac praeterea etiam in HQ comparent. Lem mati enim ξείνω δή τινε in his tribus codicibus (HMQ) adscript haec sunt: μόνῳ τῷ Μενελάῳ περὶ ξένων εἰσαγγέλλεται διὰ τ ἠδικῆσθαι ὑπὸ ξένου. Eadem habent V, sed ordine paulum mutat duobus quoque scribendi erroribus deformata, quorum uterqu pervulgatus, περὶ ξένῳ pro ξένων, et διὰ τὸ βεβουλεῦσθαι pr ἐπιβεβουλεῦσθαι. His igitur adiungenda illa: (τὸ δὲ τώδε) δεικτικ ὃν δηλοῖ τὴν ἐγγύτητα αὐτῶν. Ne res per se perspicua auctorita careat, adscribam quae T praebet in Appendicem reiecta p. 75: Ξείνω δή τινε τώδε: εἰσαγγέλλεται μόνω παρὰ ξένω Μενε λάου (sic) διὰ τὸ προβεβουλεῦσθαι ὑπὸ ξένου. [ἢ ὅτι εἰσαγγέλ λεται διὰ τὸ ἠδικῆσθαι παρὰ ξένου.] τὸ δὲ τώδε δεικτικ δηλοῦν τὴν ἐγγύτητα αὐτῶν: — ἄλλως. ἀντὶ τοῦ πρ ἄλλων. Abstersis foedissimis scribendi maculis (μόνω παρ ξένω Μενελάου pro μόνῳ περὶ ξένων Μενελάῳ, mox προβεβ pro ἐπιβεβουλεῦσθαι, tum δεικτικὸν δηλοῦν pro δεικτικὸν (ὃ δηλοῖ), exclusis simul ἢ ὅτι - - παρὰ ξένου ex mera dittographi

natis, res quam dicebam iam satis etiam ab auctoritate munita erit. Post αὐτῶν in T recte est signum Scholii finiti: caetera enim novum iustum Scholion conficient, ubi correxerimus ἄλλον: ἀντὶ τοῦ, πρὸς ἄλλον. Et prorsus sic V, nec multum aliter B: λείπει ἡ εἰς, ἵν' ᾖ εἰς ἄλλον, nisi quod in his notula (an Aristonici?) suo loco legitur. Pertinet enim non iam ad versum 26, sed ad vs. 29: ἢ ἄλλον πέμπωμεν ἱκανέμεν, ὅς κε φιλήσῃ.

δ, 33. Menelaus ad Eteoneum:

ἦ μὲν δὴ νῶϊ ξεινήϊα πολλὰ φαγόντε
ἄλλων ἀνθρώπων δεῦρ' ἱκόμεθ', αἴ κέ ποθι Ζεὺς
ἐξοπίσω περ παύσῃ ὀϊζύος. ἀλλὰ λύ' ἵππους
ξείνων, ἐς δ' αὐτοὺς προτέρω ἄγε θοινηθῆναι.

Horum haec est paraphrasis in Q: τὸ ἑξῆς οὕτως· εἰ μὲν δὴ ἡμεῖς πολλῶν ἀγαθῶν ἐμπλησθέντες παρὰ ἀλλοδαπῶν ἀνθρώπων ἐνταῦθα παρεγενόμεθα, ὀφείλομεν πάντως τοῖς ξένοις ὁμοίως ποιεῖν. ἀλλὰ θᾶττον λύε (l. λῦε) τοὺς ἵππους, αὐτοὺς δ' εἰσάγαγε εὐωχηθῆναι, ὅπως διὰ τούτου ὁ Ζεὺς τῆς μελλούσης ταλαιπωρίας ἡμᾶς ἐκλυτρώσηται, καὶ μὴ τοῖς παρεληλυθόσιν ἴσα παθεῖν συγχωρήσειεν. In his primum tralaticio mendo perversum est διὰ τούτου, pro quo διὰ τοῦτο rescribendum est. Deinde, qui ὅπως -- ἐκλυτρώσηται dedit, eundem καὶ μὴ τ. παρεληλυθόσιν ἴσα παθεῖν συγχωρήσῃ dedisse, admodum est veri simile. Sed maxime advertendum est, qui hanc paraphrasin composuit, in suo Homero habuisse, non ἦ μὲν δὴ νῶϊ; sed εἰ μὲν δή, ac deinde post ἱκόμεθ', ubi ex eius sententia protasis conditionalis finitur, ἀποσιώπησιν statuisse, quam in paraphrasi ita explevit: ὀφείλομεν πάντως τοῖς ξένοις ὁμοίως ποιεῖν.

ἐλεήσαντες αὐτὸν δι' ἄστρων ὑπεζωγράφησαν [αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ] μετὰ τοῦ σκορπίου. Narratur eadem historia, ex Ovidio pervulgatissima (Fasti V, 531 seqq.), in AD ad Σ 486, sed verbis plane diversis, addito in fine: ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι sive Φερεκύδῃ. - At nullo auxilio extrinsecus adscito opus est, ut ex ea parte, quam descripsi, duo immania vitia deprehendamus et corrigamus. Quid? Orion statim ac natus est (οὗτος γενόμενος) deperibat Dianam? Immo: (ἀνὴρ) γενόμενος ἠράσθη τῆς Ἀρτέμιδος, quemadmodum Ovidius etsi aliam de eius interitu famam secutus recte dixit: „creverat immensum", et rerum natura demonstrat. Praeterea in sequentibus, quod iam significavi, verba αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ cancellis septa spuria sunt et eiicienda. Nam et δι' ἄστρων planissime idem est, elegantius tantum enunciatum, atque ἐν τῷ οὐρανῷ, et nemo Graecus nisi infantissimus dixerit: οἱ θεοὶ ἐλεήσαντες αὐτὸν ὑπεζωγράφησαν αὐτόν. Omnia sunt in illo: οἱ οὖν θεοὶ ἐλεήσαντες αὐτὸν δι' ἄστρων ὑπεζωγράφησαν μετὰ τοῦ σκορπίου. Ad verbum ὑπεζωγράφησαν quod attinet, „laudat Creuzerus" — indicante Buttmanno — „ignotam lexicis formam ut elegantissimam eique rei aptissimam. Vide uberiorem eius notam in Melet. l. c." (I p. 51.) Recte fecit Creuzerus, — cuius libri copia mihi non est, — quod verbum laudavit, rectius fecisset, si inutile emblema eiiciendum proposuisset, ad amussim respondens ei, quod olim in Observatt. (p. 38) tollendum indicavi in scholio ad δ 123, κλισίην: ὃν [ἀλλαχοῦ] δι' ἑτέρων κλισμὸν ὀνομάζει. [1]). Idem dicendi genus aliud vitium inquinat in Scholio de Pleiadibus (Σ 486) ex nostro loco eluendum. Scholion ita editur ex Veneto A, Codice laudatissimo. (Cfr. Dionys. Hal. A. R. I c. 61). Ἄτλας δὲ εἷς τῶν Γιγάντων μιγεὶς Πληϊόνῃ τῇ Ὠκεανοῦ ἔσχε θυγατέρας ζ', αἳ τὴν παρθενείαν ἀγαπήσασαι συνεκυνήγουν τῇ Ἀρτέμιδι. θεασάμενος δὲ Ὠρίων ἠράσθη καὶ ἐδίωκεν αὐτὰς μιγῆναι βουλόμενος. αἱ δὲ περικατάληπτοι γενόμεναι θεοῖς ηὔξαντο μεταβαλεῖν τὴν φύσιν. Ζεὺς δὲ ἐλεήσας αὐτὰς καὶ διὰ τῶν ἄρκτων κατηστέρισεν. ὠνομάσθησαν δὲ Πληϊάδες ἀπὸ Πληϊόνης τῆς μητρὸς αὐτῶν. In his nemo

---

1) Nempe — id quod olim monere neglexi — occurrit δ 136, ad quem versum brevis nota est in H, cum altera illa ad vs. 123 coniungenda: ἣν ἄνω (vs. 123) κλισίην εἶπε, τοῦτον νῦν κλισμὸν καλεῖ. (Praef. p. LII).

capiat, quid sit *διὰ τῶν ἄρκτων*. Significatne, ursos ad astra eas tulisse Iovis iussu? At id nimis ridiculum est neque usquam commemoratur. An potius, eas in astro, quod Ursus dicitur, collocatas fuisse? At ibi non sunt, verum *ἐπὶ τῇ οὐρᾷ τοῦ ταύρου*. Praeterea vel unum *καὶ* post *ἐλεήσας αὐτὰς* indicio esse debebat editoribus, aliquid hic deësse, ac sine mora adsciscenda mihi videtur lectio Scholiorum Vulgatorum (apud Bekkerum litera D insignitorum): *Ζεὺς δὲ ἐλεήσας αὐτὰς (πελειάδας ἐποίησε)* [1] *καὶ δι' αὐτῶν ἄστρον κατηστέρισεν*, modo ita leniter corrigatur: *καὶ διὰ τῶν ἄστρων κατέστησεν*, in quorum locum irrepsit glossema *κατηστέρισεν*. Eadem omnia cum iisdem scribendi vitiis [2]), — itaque ibi quoque est: *δι' αὐτῶν ἄστρον κατηστ.*, — leguntur in Eudociae Violeto (s. v. Πλειάδες) a Villoisono in primo Anecdotorum volumine edito. Quae cum medio undecimo p. Chr. saeculo floruerit et scripserit, antiquitatis certe eius lectionis, quam sententia duce praeferendam dixi, patrocinium iure suscipere potest. Sed ut ad scholion

---

1) Non potest huius rei mentio in narratione de Pleiadibus deësse, cum etiam ad nominis originem pertineat, ac miror in plurimis etymologiis, quas scholia nostra suppeditant, hanc prorsus non comparere. At comparet in amplissima disputatione ac satis loquaci Asclepiadis Myrleani de Nestoris poculo, quam Athenaeus servavit libro XI c. 76—85, unde pauca quaedam excerpam "Όταν γὰρ εἴπῃ (Homerus) »δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον χρύσειαι νεμέθοντο«, πελειάδας οὐ σημαίνει τὰς ὄρνιθας, ὥς τινες (malim: ἅς τινες) ὑπονοοῦσι περιστερὰς εἶναι, ἁμαρτάνοντες. ——— πελειάδας δὲ ὁ ποιητὴς καλεῖ νῦν τὰς πλειάδας. (p. 489 e.) Et post pauca (p. 490 d): ἐπλανήθησαν δ' οἱ πολλοὶ νομίζοντες τὰς πλειάδας (immo πελειάδας. Schweigh: »πελειάδας malebam«) ὄρνεις εἶναι, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ ποιητικοῦ σχηματισμοῦ ——— ἔπειτα δ' ὅτι τὸ τρήρωνες μόνον ἐδέξαντο εἶναι ἐπίθετον πελειάδων, ἐπεὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν εὐλαβὴς ἡ ὄρνις αὕτη· τρεῖν δ' ἐστὶ τὸ εὐλαβεῖσθαι. πιθανὸν δέ ἐστι τὸ ἐπίθετον καὶ ἐπὶ τῶν πλειάδων τιθέμενον. μυθεύονται γὰρ καὶ αὗται τὸν Ὠρίωνα φεύγειν, διωκομένης τῆς μητρὸς αὐτῶν Πληιόνης ὑπὸ τοῦ Ὠρίωνος. Sequuntur exempla poëtarum luculentissima, quibus hi manifesto pro πλειάδες etiam πελειάδες dixisse ostenduntur. Inter quos et Pindari loco allato huiusmodi (Nem. II, 16): ἔστι δ' ἐοικὸς || ὀρειᾶν γε Πελειάδων || μὴ τηλόθεν Ὠαρίωνα νεῖσθαι, auctor pergit: σύνεγγυς γάρ ἐστιν ὁ Ὠρίων τῇ ἀστροθεσίᾳ τῶν πλειάδων· διὸ καὶ ὁ περὶ ταύτας μῦθος ὅτι φεύγουσι μετὰ τῆς μητρὸς τῆς Πληιόνης τὸν Ὠρίωνα.

2) Et quibusdam propriis, quae aut scribae aut Villoisono male describenti imputanda erunt, ut v. c. *μεταβάλλειν*, τὴν Ἰλίου πόρθωσιν, *τὸ κτίσμα τῶν ἀπογόνων* pro διὰ τὸ κτίσμα εἶναι τ. ἀπογ. similia.

nostrum de Orione revertar, primum in iis quoque, quae praecedunt ea, quorum supra correctionem tentavimus, parvum mendum eluendum est. Iuppiter, Neptunus, Mercurius apud Hyriea devertuntur. *ὁ δὲ ἐδέξατο καὶ ἔθυσε βοῦν καὶ ἐξένισεν αὐτούς. ξενισθέντες οὖν καὶ ἐρχόμενοι οἱ θεοὶ εἶδον τὴν βύρσαν τοῦ σφαγέντος βοὸς κειμένην κάτω κτλ.* Credam fecisse deos quod fecerunt convivio recepti iamque *abeuntes: ξενισθέντες καὶ ἀπερχόμενοι.* Deinde notandum quae de Orionis nataliciis et morte in nostris codicibus (HPQ) tradita sunt, eadem iisdem fere verbis, ita ut communis origo facile pelluceat, legi in eodem quod supra dicebam Eudociae Violeto. Quod ut clarius appareat, et Imperatricis verba et Scholiastarum iuxta collocabo.

Scholia ad Od. ε 121. (HPQ.)

Οἰνεὺς τῆς Βοιωτίας ἦν βασιλεύς. οἱ οὖν θεοὶ βουληθέντες ἰδεῖν εἰ φιλόξενοι οἱ ἄνθρωποι ἦλθον πρὸς αὐτὸν ὡς ξενισθησόμενοι ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐδέξατο καὶ ἔθυσε βοῦν καὶ ἐξένισεν αὐτούς. ξενισθέντες οὖν καὶ (ἀπ)ερχόμενοι οἱ θεοὶ εἶδον τὴν βύρσαν τοῦ σφαγέντος βοὸς κειμένην κάτω, καὶ οὐρήσαντες εἰς αὐτὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ οὔρου καὶ τῆς βύρσης ἐποίησαν τὸν Ὠρίωνα. οὗτος (ἀνὴρ) γενόμενος ἠράσθη τῆς Ἀρτέμιδος. αὕτη δὲ σκορπίον ἀνῆκε κατ' αὐτοῦ, καὶ κρουσθεὶς οὕτως ἐν τῷ σφυρῷ τέθνηκεν. οἱ οὖν θεοὶ ἐλεήσαντες αὐτὸν δι' ἄστρων ὑπεζωγράφησαν [αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ] μετὰ τοῦ σκορπίου.

Eudociae Ἰωνία s. v. Ὠρίωνος. (Villois. I p. 441).

Ὠρίων ἥρως· ὁ ἐκ τοῦ οὐρῆσαι τοὺς θεοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τοῦ βοὸς τοῦ σφαγέντος ὑπὸ τοῦ Ὠριέως, — κατὰ δέ τινας, ὑπὸ τοῦ Οἰνέως, — τοῦ Θηβῶν βασιλέως, ἐπὶ τῇ φιλοξενίᾳ τῶν θεῶν, ὡς ἐν τῷ περὶ Ὠριέως εἴρηται. γενόμενος δὲ οὗτος ὁ Ὠρίων καὶ ὢν θηρολέτης καὶ κυνηγέτης ἄριστος καὶ ἐπὶ ἀνδρείᾳ τε καὶ κάλλει περιβόητος ἠράσθη τῆς Ἀρτέμιδος. εἶτα ἡ θεὸς ὀργισθεῖσα ἀνῆκε σκορπίον κατ' αὐτοῦ· καὶ κρουσθεὶς οὗτος ἀπέθανε. μετὰ δὲ τὴν ἀποβίωσιν ἀστροθεσίᾳ τοῖς γεννήτορσι τετίμηται. διὸ ἔστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, μετὰ τοῦ σκορπίου, ἄστρον μέγιστον καὶ λαμπρότατον ὁμώνυμον τῷ ἥρωϊ.

Perspicuum est ex eodem fonte haec omnia manasse, neque quae Eudocia pleniora habere videtur ex codice integriore pro-

fluxisse existimo, sed ex ipsius ingenio, vitia codicis qu utebatur circumlocutionibus callide obtegentis. Habebat o oculos: γενόμενος ἠράσθη τῆς Ἀρτέμιδος, quod cum ei iure at surdum videretur, addidit: καὶ ὢν θηρολέτης et quae sequuntu Habebat ob oculos: οἱ οὖν θεοὶ -- αὐτὸν δι' ἄστρων ὑπεζωγρ φησαν αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Dilatavit ea: μετὰ δὲ τὴν ἀποβίω σεν ἀστροθεσίᾳ τοῖς γεννήτορσι τετίμηται. διὸ ἔστιν ἐν τ οὐρανῷ -- μετὰ τοῦ σκορπίου ἄστρον μέγιστον. Habebat o oculos perversum Οἰνεύς, de quo Buttmannus: „plane assentic Creuzero pro Οἰνεύς legendum esse Ὑριεύς." Equidem pute corruptionem non tam ortam esse ex Ὑριεύς, quam ex cognat forma Ὠριεύς, dum librarii tralaticiis erroribus Ο poneren pro Ω, Ι pro Ρ, Ν pro Ι. Sed hoc non premam. Quid Eudocia Commemorat utrumque nomen, — ὑπὸ τοῦ Ὠριέως, κατὰ δ τινας, ὑπὸ τοῦ Οἰνέως, — ne suspicata quidem alterum e altero scribae errore esse prognatum. Pergit Eudocia: τὸ δ Ὠρίωνος ξίφος ὁ Διομήδης εἶχεν, ἔπειτα δὲ Ἥφαιστος Πηλε τοῦτο ἐχαρίσατο, Πηλεὺς δὲ Ἀχιλλεῖ· ἐκ δ' Ἀχιλλέως τοῦτ Νεοπτόλεμος ἐδέξατο, quae aliunde adscita sunt, tum: ἄλλοι δ ἄλλως περὶ τοῦ Ὠρίωνός φασιν οὕτως, quibus verbis apud Im peratricem incipiunt ea, quae in Scholio ad Il. Σ 486, ut dixi mus, de eodem argumento dicuntur, ad verbum cum lectioni bus Veneti codicis conspirantia, ne ridiculo quidem vitio omissc quod et Venetum A et Scholiorum Vulgatorum (D) editionen Iuntinam et, ut nunc videmus, Eudociae quoque codicem ob sidet, irrefragabile communis originis documentum: ἐγένετο Οὐρίων (male ap. Eudoc. Ὠρίων), οὕτως ὀνομασθεὶς διὰ τὸ οὐ ρῆσαι ὥσπερ τοὺς θεούς· ἔπειτα δὲ (omittit hoc Eudoc.) κατ εὐφημισμὸν Ὠρίων. Pervelim doceri, quomodo editores intellexe rint διὰ τὸ οὐρῆσαι ὥσπερ τοὺς θεούς. Quod si nullo probabil modo potuerint, fortasse non recusabunt mecum insanam lec tionem mutare in: διὰ τὸ οὐρῆσαι σπέρμα τοὺς θεούς.

Sed satis de his; reliquas interpolationes ordiamur.

ε, 211. In nota Porphyrii ex Antisthene derivata multum que celebrata, cur Ulixes Calypsoni obtemperare noluerit im mortalitem ei spondenti, haec sunt: Ἀντισθένης φησὶν εἰδὼς σοφὸν ὄντα τὸν Ὀδυσσέα, ὅτι οἱ ἐρῶντες πολλὰ ψεύδονται καὶ τ

ἀδύνατα ἐπαγγέλλονται. ἐπισημαίνεται δὲ καὶ τὴν παραίτησιν [δι'] ἣν πεποίηται τῆς θεοῦ. (E) Non est admodum apertum intellectuque facile, quid significet ἐπισημαίνεσθαι παραίτησιν, δι' ἣν πεποίηται τῆς θεοῦ, ne illud quidem, unde genetivus τῆς θεοῦ pendeat, neque magis quo modo πεποίηται sit accipiendum, mediumne sit an passivum, subiectumne habeat Ulixem an Antisthenem. Sed omnes molestiae evanescent deleta importuna praepositione δι', quae constructionis paulo insolentioris fulciendae causa, ut videtur, illata revera omnia pessumdedit. Non est tamen rara in nostris Scholiis periphrasis illa notissima per substantivum verbale et verbum ποιεῖσθαι, nulli Graeco scriptori non obvia. Legitur ad α 188: πίστιν ποιεῖται. [1]), legitur α 215: ἔδει -- μὴ καθόλου ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν ὡς μηδενὸς εἰδότος τὸν αὑτοῦ πατέρα, legiter α 389, — de quo loco pluribus egimus, — οὐκ ἐλέγχων ὅτι ἐξ ἀπεχθείας πεποίηται τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἀπευχὴν ὁ 'Αντίνους, praeterea β 52: ὡς γὰρ ἐν Ἰθάκῃ οἰκούντων ποιεῖται τὸν λόγον, — β 130: καὶ οὗτος τεχνικῶς ἄγαν τὴν ἀντίρρησιν ποιεῖται, — γ 103 γεροντικῶς ὁ Νέστωρ μακροτέραν ποιεῖται τὴν ἀπόκρισιν, — ε 184: ἡ Καλυψὼ πρὸς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα τὸν ὅρκον ποιεῖται, — ε 220: ὁ δὲ (Ulixes) ὁμολογῶν τὴν ἐπιθυμίαν, οὐκ ἐπὶ τὴν Πηνελόπην πεποίηται τὴν ἀπόστασιν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ οἴκοι, ubi quod reponebam: οὐκ ἐπὶ τὴν Πηνελόπην πεποίηται τὴν ἀπόστασιν flagitante sensu, — sine mendo legitur p. 78, 26 ad explicandum Homericum καθαπτόμενος: τὴν ἀπόστασιν τῶν λόγων ποιούμενος, ubi alius

1) Totum scholion ita est conceptum: εἰς ἀξιόχρεων δὲ μάρτυρα τὴν πίστιν ἀναφέρει. δευτέραν πίστιν τῆς καθαρᾶς φιλίας ποιεῖται τὴν ἀκριβολογίαν τῆς κακοδουλείας. (HMQ.) De ultima voce Buttmannus: »tam absona haec vox ut fere suspicer scriptum olim fuisse ἀποδημίας, respicique versus 259 seqq. ubi cf. schol." Nihil minus verum. Minerva sub Mentae specie latens, hospites, inquit, paterni sumus,

εἴ πέρ τε γέροντ' εἴρηαι ἐπελθών
Λαέρτην ἥρωα, τὸν οὐκέτι φασὶ πόλινδε
ἔρχεσθ', ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐπ' ἀγροῦ πήματα πάσχειν. κτλ.

Haec igitur nostrum scholion aperte spectat. Quod ad ultimum vocabulum attinet, rarum est sine dubio κακοδούλεια (sive potius κακοδουλία), neque tamen obscurum quid significetur. Nempe designatur misera Laërtis vita vel servili durior conditione, atque adeo vox fere idem valens ac κακοπάθεια, sed acrior neque eiusmodi, quae vitii insimuletur.

interpres πρὸς ἐκεῖνον τὸν λόγον ἀποτεινόμενος, atque iteru p. 422. 3: ἡ δ' ἀπότασις πρὸς Ἡσίοδον, tum p. 536, 1 687, 7 iterum ad καθαπτόμενος, — hic igitur cum idem re] nerem, occupavit nuper Cobetus, (Mnemos. N. S. Vol. VII, IV, 1879, p. 432.) Statim infra novum eiusdem paraphrasi adest exemplum, ε 222: δαιμονίως σύλληψιν τῶν κινδύνων : ποίηται, et paulo post, ζ 152: ἐκ τριῶν πεποίηται τὸν ἔπαιν — sed sufficiant haec exempla, de magna multitudine n studiose conquisita, sed obiter ut casus ferebat adnotata. Li igitur ἐπισημαίνεται δὲ καὶ τὴν παραίτησιν, ἣν πεποίηται τ θεοῦ satis habebit, quo se tueatur, eritque et explicatu facil mum et intellectu. Quippe notatu dignam Antisthenes etis causam dicit, cur Ulixes deae amorem deneget. Hac enim formae pulchritudinem superbiente, Ulixes docet ὅτι τὴν γαμετ ζητεῖ διὰ τὸ εἶναι περίφρονα, ὡς κἀκείνης ἂν ἀμελήσας, εἰ σώματι καὶ μόνῳ κάλλει κεκόσμητο. Dignam profecto philosopl rationem, sive serio agentibus sive ioco.

ε, 281. In scholio Porphyrii de variis verbi εἴσατο si nificationibus, unde iam olim glossema eieci aliud eiusde generis in fine eiiciendum est. Enumerat auctor varias ver significationes, probandi causa exemplis additis: „εἴσομαι αἴ τύχωμι" (χ 7) ἀντὶ τοῦ νοήσω, ὑπολάβω. -- εἴσατο ἀντὶ τ ὡμοιώθη, -- ὡς τὸ κτλ. -- εἴσατο ἀντὶ τοῦ ἐπορεύθη ἀπὸ τοῦ ἴ ὡς τὸ „εἴσατο γὰρ νηῶν ἐπ' ἀριστερά." (M 119.) His verbis d putatio finitur in PT et in Codice 2679 ad Iliadem, a Crame edito in Anecdd. Pariss. t. III. p. 17. In EQ post ἐπ' ἀριστε additur: [καὶ τὸ „οἵη τ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα' (ζ 102.), quae verba sine dubio insiticia mihi videntur et manu male sedula illata. Tam neglegentem enim et ratiocinan imperitum nemo Porphyrium habeat, ut non viderit, illo ver εἶσι exemplo nihil de verbi εἴσατο significationibus et usu pr bari, sive ἐπορεύθη valeat sive aliud quid. Sed copulavit pro terea, dixerit quis, quod utrumque — et εἴσατο et εἶσι — ἀ τοῦ ἴω duxit. At idem Porphyrius paulo ante idem verbu etiam ὡμοιώθη valere dixit, ab εἴσκω derivans. Cur tunc quoq non addidit v. c. οὐ γάρ σ' οὐδέ, ξεῖνε, δαήμονι φωτὶ ἐΐσκ (θ 159)? Itaque me quidem iudice ne in fine quidem quidqua

huiusmodi admisit, ac potius interpolatio hic patefacta cum illa conferenda est, quam in huius opusculi initio notavi in scholio itidem Porphyriano ad *α* 1 de voce *πολύτροπος*, ubi mediae disputationi interstrepit illud: *κέχρηται τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ φωνῆς κτλ.* (cfr. supra p. 14).

ε, 299. Queritur Ulixes: *ὤ μοι ἐγὼ δειλός, τί νύ μοι μήκιστα γένηται;* Agitur de hac locutione in PQ — et partim in H — hoc modo: *τί μεῖζον ἔσται τούτων, οἷον, ἐπὶ τί προκόψει τὰ κακά; τίνα μοι τούτων δύναται γενέσθαι μείζονα κακά; τινὲς δὲ διὰ τοῦ χ μήχιστα, ἵν' ᾖ, τίς μοι γένηται μηχανή; οἱ δὲ τό „τί νυ"* [*πῶς*] *ἀντὶ τοῦ, πῶς μοι τούτων δύναται μείζω γενέσθαι* (*κακά* add.?); *ὡς κἀκεῖ „τί νυ βίομαι* (i. e. *βείομαι*. X 431)." Buttmannus de hoc loco ita disputat: „ex Harl. Porsonus haec tantum excerpsit *τινὲς* -- *μηχανή; οἱ δέ, τί νυ πῶς*, omisso *τό*, festinantius, credo, aut per correctionem. Sed veriorem emendationem ipse verborum contextus ministrat hanc: *οἱ δὲ τό, τί, νῦν πῶς*: h. e. *τί* hic valere *πῶς*." Recte Buttmannus, ut saepissime, sententiam indagavit et explicuit, in verbis sanandis me iudice nunc minus feliciter versatus. *Nυ* enim, quod in *νῦν* mutari iussit, sine dubio Homericorum verborum pars est, non Scholiastae, quod si statuimus, *τό „τί νυ" πῶς, ἀντὶ τοῦ, πῶς μοι κτλ.* et obscure et sono ingratissimo dictum erit. Quapropter praestat expungere *πῶς* moleste simul et otiose adhaerens, quippe ex dittographia ortum.

Non dissimile est vitium *ε* 357. Ad Homericum: *μή τίς μοι ὑφαίνῃσιν δόλον αὖτε || ἀθανάτων, ὅτε με σχεδίης ἀποβῆναι ἀνώγει*, HP habent: *γρ. ὅ τε με. χωρίζει Ἀριστοφάνης διὰ* [*τό*] *ὅτε.* Observat Porsonus: „nempe Aristophanes cepit pro *ὅστε*, non pro *ὁπότε*." Contra quem Buttmannus: „immo, ut ex allatis apparet, pro neutro *ὅ τε* quod sit pro *διό τε* h. e. *δι' ὅ τε*, h. e. *διό*." Iterum recte Buttmannus, quod ad sententiam mentemque auctoris attinet, probaturque id quod dixit, — etsi nulla probatione opus, — eo, quod in Palatino vocula *ὅ* in *γρ. ὅ τε με* superscriptum habet *διό*. Sed verba corrupta nullo pacto id dicunt, quod Buttmannus indicavit et ratio verum esse evincit. Equidem *τό* insiticium habeo, tum natum, cum ex scriba-

rum natione aliquis in verbis δι' ὅ τε elisionem de more ex plevisset. Semel scripto διὰ ὅ τε, in promptu erat interpolati διὰ τὸ ὅτε, nam διὰ ὅ dicebat nemo. Verum eiecto τό multum abest, ut locus persanatus sit. Quin ut superest aliquid ita e deest, sic ni fallor restituendum: γρ. ὅ τε με. χωρίζει 'Αριστ φάνης, (ἵν' ᾖ) δι' ὅ τε.

ε, 449 ad Homeri verba: σόν τε ῥόον σά τε γούναθ' ἱκάν observatur in (P)QT: μιᾷ δεήσει καὶ τὴν φύσιν τοῦ ῥεύματ καὶ τὸ σῶμα συνέπλεξεν. Potest stare, etsi non repugnem legeretur: καὶ τὴν φύσιν τοῦ ῥεύματος καὶ τὸ σῶμα (τοῦ θεοῦ συνέπλεξεν. At vide quid continuo in iisdem codicibus QT, – potius in uno Q — sequatur. Scholion versus 449 statim ex cipit aliud ad 451, in quo ad Homerica: παῦσεν ἑὸν ῥόον ἔσχε δὲ κῦμα est: μιᾷ δεήσει τὸ ἴδιον κῦμα καὶ τὸν ἴδιον ῥοῦ ἐπέσχεν. Hic quidem absurdum est μιᾷ δεήσει. Buttmann μιᾷ θελήσει proposuit, sed aliquanto tutius et verius erit μι δεήσει, quod omittit T, una — quod aiunt — litura delere.

ε 474. δοάσσατο: οὕτως ἔδοξεν αὐτῷ κέρδιον, [οὕτω πως] ἀν κατιὼν ὁ λόγος δηλώσει „βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ὕλην". (B) Verba uncinis inclusa et hic ex dittographia orta sunt.

ε, 490. Ad σπέρμα πυρὸς philosophatur ita Porphyrius: πᾶσα οὐσία μείωσιν πάσχει. τὸ δὲ πῦρ ἐν ὅσῳ κἂν τὸ τυχὸν ἔχῃ, πάλιν αὔξεται. ὃ εἰδὼς πρῶτος ὁ ποιητὴς εἶπε σπέρμα πυρός. καὶ τὸ σπέρμα γὰρ ἐξ ἐλαχίστου αὔξεται. [ἔστι δὲ ὁ τρόπος μεταφορά.] πρὸς τοῦτο καὶ ὁ Αἰσχύλος ἀντεμηχανήσατο εἰπὼν πηγὴν πυρὸς ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ ἐν οἷς φησι· „ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς πηγὴν κλοπαίαν". (BEHPQT.) Non facile adnotatiuncula rhetorica in ineptiorem locum irrepere potuit. Omittit eam T, „omittere videtur H" (App. p. 766.), sed vel etiamsi hi codices non addicerent, foras extrudendum esset quod aperte ab loco alienum est. Non tamen scribarum additamentum est, – sequitur enim in PQ ad eadem verba: μεταφορικῶς τὸν σπινθῆρ τοῦ φωτὸς εἴρηκεν, — sed eiusdem generis notula, in initio for tasse intermarginalis, quae casu quodam in media Porphyr verba pervenit.

ζ, 2. *ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος*: *βεβλαμμένος. ἤτοι συλληπ-κῶς· — — — ἢ κατ' ἀντίφρασιν τὴν ἀγρυπνίαν ὕπνον ἔφη· ἢ ἐπὶ ῳ καμάτῳ στικτέον, εἶτα ἀρημένος ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος — — —· ἢ τὸ ημένος ἀντὶ τοῦ ἡρημένος καὶ νενικημένος* [*ἀρημένος ἡρημένος*], (ῌ ς.) *κεκρατημένος*. (EPQ) Delenda sunt quae indicavi, sive archetypi nium nostrorum codicum scriba bis idem errore exaravit, sive, od potius credam, cum iusto scholio glossa intermarginalis inde cerpta iniuria coaluit. Arguitur etiam quod dixi auctoritate mburgensis, qui mediis omissis breviter: *ἢ συλληπτικῶς· γὰρ ὕπνος οὐ βλάπτει· ἢ τὸ ἀρημένος ἀντὶ τοῦ νενικημένος* ῌ *κεκρατημένος*. Apparet simul quo iure inter *νενικημένος* et *κε-ρατημένος* inseruerim *ἤ*, quod ante κ excidisse in tanta litera-m similitudine nemo mirabitur. Neque hoc neglegendum, *καί* terdum in interpretationibus etymologiisque adhiberi pro *τουτ-έστι, ἤγουν, οἷον*. [1])

ζ, 79. *Ὑγρὸν ἔλαιον* explicatur cur dictum sit. *τὸ ὑγροποιόν*, ς *τὸ „χλωρὸν δέος.“ ἢ διὰ τὸ μὴ ἀποκρυσταλλοῦσθαι τοῦτό φη-ιν, ἢ* [*διὰ*] *τὸ μὴ ἐῶν ξηρανθῆναι, ἃ καὶ ἀμφότερα θεωροῦνται ἐπὶ τοῦ ὕδατος*. (E) Pro *ἐῶν* in codice est *εὖ*, quod correxit Buttmannus. Si vere correxit, — nec hac de re dubito — inducendum est *διὰ*, quo servato necessario scribendum erat: *διὰ τὸ μὴ ἐᾶν*. Cum autem participium habeant Palatinus

---

1) Adscribam pauca exempla fidei faciendae causa: α 38: *Ἀργειφόντην: ἢ τὸν ἀργὸν καὶ καθαρὸν φόνου — — — ἢ ὅστις τοὺς ἀργοὺς καὶ ἀπράκτους λογισμοὺς ἀναιρεῖ*. — α 177. *ἐπίστροφος: — — — ἤγουν ἐπιστροφὴν καὶ ἐπιμέλειαν ποιούμενος τῶν ἀνθρώπων*. — α 252: *τὸ ἐπαλαστήσασα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν ὡς ἀλάστοις καὶ δεινοῖς οὖσι δεινοπαθήσασα*. — α 277: *εἴρηται δὲ τὰ ἔεδνα τὰ τὴν ἕδραν καὶ παραμονὴν προξενίζοντα τῇ νύμφῃ*. — α 321 (ad *θῆκε μένος*): *ἔθηκεν εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ Τηλεμάχου μένος καὶ προθυμίαν τῆς τοῦ πατρὸς ἀναψηλαφήσεως*. Sic Q. In E dicitur: *τὸ μένος ἐπὶ ψυχικῆς προθυμίας λαμβάνεται κτλ.* — α 438 ad *πυκιμηδέος*: — — *ἤγουν τῆς πυκνὰ καὶ συνετὰ μήδεα εἰδυίας* (ut supra correxi.) — β 424 (ad *ἰκμενον*): *τὸν ἱκνεῖσθαι καὶ φέρεσθαι ποιοῦντα*. — γ 468 (ad *ἀσάμινθος*): *ἀπὸ τοῦ ἄσις ὁ ῥύπος, ἥτις μινύθει καὶ ἀφανίζει αὐτόν*. — ι 116 (ad *λάχεια*): — — *οἱ δὲ τὴν εὔσκαφον*, [*οἱ δὲ*] *τὴν εὔγειον, τὴν λαχαίνεσθαι καὶ σκάπτεσθαι δυναμένην*. (HQ). Delendum esse *οἱ δὲ* alterum apparet vel ex E: *λάχεια, ἀπὸ τοῦ λαχαίνω. οὕτως ἀναγνωστέον, ἵν' ᾖ εὔσκαφος, παρὰ τὸ δύνασθαι αὐτὴν λαχαίνεσθαι καὶ σκάπτεσθαι*. At quid P? Habet: — — *ἢ ἡ εὔγειος, ἡ ἐπιτηδεία εἰς τὸ λαχαίνεσθαι ἤτοι σκάπτεσθαι*. Similia multa ex caeteris libris sine negotio quivis colligat.

(P): *οὐ τὸ φύσει ὑγρόν, ἀλλὰ τὸ ὑγροποιόν, τὸ μὴ ἐ σκληρύνεσθαι, ἢ τὸ χαλαστικὸν τῶν σωμάτων*, breviusque T (A p. 767): *τὸ μὴ ἐὸν* („corr. *ἐῶν*" Dind.) *σκληρύνεσθαι*, et AD Ψ 281: *ἤτοι τὸ σωμάτων χαλαστικόν, ἢ τὸ ἐν ὑγρότητι διαζ λάττον καὶ μὴ ἐῶν ξηραίνεσθαι· ἢ ὅτι τὸ ἔλαιον οὐκ ἀποκρυστα λοῦται, πολὺ ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὸ θερμόν.* — etiam in E parti pium locum suum teneat, quod ut stare possit, ut dixi, eiiciendum est, hic quoque, quemadmodum supra factum e bis scriptum cum semel oporteret. Peius ultima mulcata su quod miror non vidisse Buttmannum. Quid enim? *ἃ καὶ ἀ φότερα θεωροῦνται ἐπὶ τοῦ ὕδατος*! Itaque aqua quoque *οὐκ ἀ κρυσταλλοῦται*? Nostrates aliter iudicabunt, sed tam clemens Graecorum quidem caelum unquam fuit, ut prorsus ignoran aquam in glaciem subinde verti. Neque ignoravit Etymolog Magni compilator, qui i. v. *ὑγρόν* ita: *ὑγρὸν ἔλαιον, διὰ τὸ πήγνυσθαι καθὼς τὸ ὕδωρ, ὅτι πολὺ ἔχει τὸ θερμόν.* Qua obrem plane contrarium voluisse auctorem putem ac scripsiss *ἃ καὶ ἀμφότερα* (*οὐ*) *θεωροῦνται ἐπὶ τοῦ ὕδατος.*

ζ, 103. *Τηΰγετον περιμήκετον: ὄρος τῆς Λακωνικῆς ὑψηλ* [*μέγιστον.*] (EQ) Delendum videtur, cum vel asyndeton alterutru adiectivum coarguat. Potest tamen ex *μήκιστον* corruptum gl sula esse ad *περιμήκετον*, (quod in Apollonio exponitur: *περιο σῶς μακρὰν καὶ ὑψηλήν.* Et Hesychius: *Περιμήκετος: ὑψηλό ὑπέρμηκος.*) ut distinguatur: *Τηΰγετον*] *ὄρος τ. Λακων.* — *περι μήκετον*] *ὑψηλόν, μήκιστον.*

ζ, 125. Iterum factum est, quod supra (ad ε 449 et 451 observabam. Ad *νυμφάων, αἳ ἔχουσι* (vs. 123) adnotatur i EHP: *ἐπεὶ γὰρ ἐν ἐρημίᾳ ἐστίν, ἧκεν ἐπὶ ταύτην τὴν ὑπόνοια ὅτι ὄντως νύμφαι εἰσίν. εἶτα μεταβαίνει „ἤ νύ που ἀνθρώπων εἰμ σχεδόν", εἰ μὴ νύμφαι εἰσίν.* Mox ad vs. 125: *ἤ νύ πο ἀνθρώπων εἰμὶ σχεδόν* legitur in PQ: [*εἰ μὴ νύμφαι εἰσίν.*] *δια πορητικὸς ὁ ἤ, οὐ βεβαιωτικός.* Quod unusquisque statim vide Buttmannum non fugit haec admonentem: „sunt ultima verb scholii ad 123. Nam in P continuatur illud usque ad *βεβαιω τικός.*" Quin igitur altero loco deleantur.

ζ, 244. Notissima sunt verba Nausicaae:

αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόςδε πόσις κεκλημένος εἴη
ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ ἅδοι αὐτόθι μίμνειν,

notiora tamen, quam explicatu faciliora. Aristarchus utrumque versum ἠθετηκέναι dicitur, διστάζειν δὲ περὶ τοῦ πρώτου, ἐπεὶ καὶ Ἀλκμὰν αὐτὸν μετέλαβε, nec tamen Lehrsio [1]) concedam, ea tantum causa permotum id fecisse, quoniam δοκοῦσιν οἱ λόγοι ἀπρεπεῖς παρθένῳ εἶναι καὶ ἀκόλαστοι, — quae verba mihi ex Porphyriana disputatione miserum in modum compendifacta fluxisse videntur, — sed etiam ob molestissimam in secundo versu coniunctionem καί ac nonnisi contorte explicabilem. Qui retinebant versus, ita interpretabantur: εἴθε τις ἐκ τῶν Φαιάκων ὅμοιος τῷ Ὀδυσσεῖ ἀνήρ μου εἴη κεκλημένος, ἢ αὐτῷ τῷ Ὀδυσσεῖ ἅδοι ἐνταῦθα μίμνειν, ἵν' ᾖ ὁ κ α ί ἀ ν τ ὶ τ ο ῦ ἤ, ὡς ἐν τῷ „ἤτοι ὁ μὲν πρώτῃσι καὶ ὑστατίῃσι βόεσσιν || αἰὲν ὁμοστιχάει." (O 634.) Ita HQT, mendosius in eandem sententiam B: εἴθε [ὁ] τοιοῦτος ὑπάρξειέ μοι (sic Dindorfius App. p. 769, Cod. ὑπάρξει) ἀνὴρ καλούμενος [καὶ] ἐνθάδε οἰκῶν κ α ὶ (l. Ἢ) ἀρέσκοι αὐτῷ μένειν ὧδε. τοῦτο δὲ λέγει ἡ Ναυσικάα, ἐπειδὴ οὐκ ἐμνήστευον οἱ Φαίακες ἐξ ἑτέρας γῆς. Et cur ὁ ac καὶ uncinis incluserim et cur alterum καί mutaverim in ἤ collatio cum scholio ex HQT optime probabit.

η, 8. Ad γρηῦς Ἀπειραίη Palatinus observat: Ἠπειρωτική. ἡ γὰρ τῶν Φαιάκων νῆσός ἐστιν. In B est: ἡ Ἠπειρωτική. ἡ γὰρ [Ἤπειρος] τῶν Φαιάκων νῆσός ἐστι. λέγεται δὲ καὶ ἤπειρος ἡ ὅλη οἰκουμένη, ἥτις τέμνεται εἰς τρία, εἰς Ἀσίαν, εἰς Λιβύην καὶ εἰς Εὐρώπην. ἑκάστη δὲ τούτων γῆ καλεῖται ἤπειρος. Ad scholion ex B nota est Buttmanni: „vide quam egregie recen-

1) Adfert Lehrsius (p. 340 sec. ed.) in adnotatione Plutarchi locum de aud. poët. p. 27, ex quo obiter unum et alterum parvum mendum eximam. Εἰ μὲν Ναυσικάα — inquit — ξένον ἄνδρα [τὸν Ὀδυσσέα] θεασαμένη καὶ παθοῦσα τὸ τῆς Καλυψοῦς πάθος πρὸς αὐτὸν ἅτε δὴ τρυφῶσα καὶ γάμων ὥραν ἔχουσα τοιαῦτα μωραίνει πρὸς τὰς θεραπαινίδας, — — — ψεκτέον τὸ θράσος αὐτῆς καὶ τὴν ἀκολασίαν· εἰ δὲ τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἦθος ἐνιδοῦσα καὶ θαυμάσασα τὴν ἔντευξιν αὐτου πολὺν νοῦν ἔχουσαν εὔχεται τοιούτῳ συνοικεῖν μᾶλλον ἢ πλωτικῷ τινι καὶ ὀρχηστικῷ τῶν πολιτῶν, ἄξιον ἄγασθαι. Quoniam non optime capio ἔντευξιν νοῦν aut ἔχουσαν aut μὴ ἔχουσαν, emendaverim: τὴν ἔντευξιν αὐτοῦ πολὺν νοῦν ἔ χ ο ν τ ο ς.

tior Graeculus antiquioris observationem perverterit. Dixerat ill ἠπειρωτικὴν vocari peregrinam illam anum, quoniam ἡ τῶ Φαιάκων (int. vel, si mavis, ins. γῆ) νῆσος sit: hic τὴν Ἤπειρ insulam facit. Quin in ipso P, qui sincerius scholion habet inter lineas tamen, sed ab alia manu, supra ἀπείρηθεν scriptu est: ἀπὸ τῆς Ἀπείρου νήσου. Sed super ἀπειρχίη iterum ali ni fallor, manu, πολύπειρος." Equidem scribam hic insimula malo quam epitomatorem, siquidem recte cepi hunc designa per Buttmanni „Graeculum", quoniam in iis quae sequunt nihil est unde efficias, epitomatorem illum Phaeacum insula Ἤπειρον dici arbitratum esse. Sed utrum lector iudicet, res n est maximi momenti.

η, 32. Minerva Ulixem monet: οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ' ἀ θρώπους ἀνέχονται. Dederunt haec quoque ansam quaestion ζητοῦσί τινες πῶς ἐν τοῖς ἑξῆς Φιλοξενωτάτους λέγει τοὺς ἀνθρ πους. καί Φαμεν ἢ τὸν μὲν ναυτικὸν ὄχλον εἶναι τῷ ὄντι ἀηδ τοὺς δὲ βασιλεῖς Φιλοξένους· ἢ (ἴσως add. V) ἵνα Φυλάξηταί τι πυθέσθαι [καὶ] πρὸς ἕτερον καταχθῆναι. (EV.) Quod inclusi Buttmanni coniectura est, codices ἢ habere videntur. Ma delere, ut sententia sit: hac admonitione cavet Minerva, Ulixes τὸν τυχόντα roget ad alium quam ad regem deduc quod oeconomiae carminis contrarium foret.

θ, 75. Canit Demodocus νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ Πηλεΐδεω Ἀχ λῆος. De ea re, de qua — quantum equidem sciam — in antiquior poësi nihil omnino traditum est, sequiores ex arbitrio aliqui finxerunt. Φασὶ τῷ Ἀγαμέμνονι χρωμένῳ περὶ τοῦ κατὰ τὸν πό λεμον τέλους ἀνελεῖν τὸν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνα, τότε πορθήσει τὸ Ἴλιον ὅταν οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων στασιάσωσι. Ita V, omni recte. Sed quid HQ? Eadem habent, verum ita conformata: Φασ (? omittit certe Q) τῷ Ἀγαμέμνονι χρωμένῳ περὶ τοῦ κ. τ. πολ τέλους [ἤτοι μαντευομένῳ], ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων εἶπε, ὅτι τότ τὸ Ἴλιον πορθήσεται, ὅτε οἱ ἄριστοι στασιάσουσι τῶν Ἑλλήνων. Sati certum glossema tenemus ad χρωμένῳ? Pergit enarrator (in V) καὶ δὴ παρὰ πότον διαλεχθέντων Ὀδυσσέως καὶ Ἀχιλλέως, το μὲν Ἀχιλλέως ἀνδρείαν ἐπαινοῦντος, τοῦ δὲ Ὀδυσσέως σύνεσιν μετὰ τὴν Ἕκτορος ἀναίρεσιν ὁ μὲν βιάζεσθαι παρήνει· διὸ κα

ἀνῃρέθη· ὁ δὲ δόλῳ μετελθεῖν. Eadem sunt paulo brevius in E, prorsus eadem in HQ, casu quodam nonnullis omissis, quae H in margine supplevit, caeterum duobus vocabulis auctiora, quae iterum μακρὰ χαίρειν ἐάσομεν. Nempe hi codices haec habent: -- παρὰ πόντον (sic) --- τοῦ μὲν Ὀδυσσέως σύνεσιν ἐπαινοῦντος, τοῦ δὲ Ἀχιλλέως ἀνδρείαν, ὁ μὲν Ἀχιλλεὺς βιάζεσθαι παρῄνει, καὶ ἀνῃρέθη, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς δόλῳ μετῆλθε. [τὸν Ἀγαμέμνονα.] Necessarium est μετελθεῖν, non enim de eventu nunc agitur, sed de consilio. Sed quid emblema erit, si hoc non est quod cancellis circumdedi? Quid? Ulixesne aut suasit τὸν Ἀγαμέμνονα δόλῳ μετελθεῖν, aut fecit? Immo τὴν Τροίαν, quod diserte additur in alio scholio (ex BE) eiusdem sententiae sed verbis disparibus, quod iam in superioribus (p. 47) tetigimus: καὶ ὁ μὲν Ἀχιλλεὺς ἔλεγε δι' ἀνδρείαν (ἂν) ἁλῶναι τὸ Ἴλιον, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς διὰ μηχανῆς καὶ φρονήσεως, cuius quoque scholii contractior forma extat in Q eodem vitio deformata: ὁ Ἀγαμέμνων ἔχαιρεν --- διὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν. τότε γὰρ πέπρωτο κρατηθῆναι (ἂν) τὴν Τροίαν ὅτε φιλονεικήσουσιν οἱ ἄριστοι. Sed hoc obiter. In scholio ex HQ, ad quod redeundum est, deëst μετὰ τὴν Ἕκτορος ἀναίρεσιν, tum ἡ ἀνδρεία et ἡ σύνεσις locum mutaverunt, quamobrem haec in margine correcta repetiit Harleiani scriba. Sed advertit me insolitus locus, quem verba illa: μετὰ τὴν Ἕκτορος ἀναίρεσιν non sine obscuritate quadam sententiae in omnibus libris occupant, nec me tantum advertit. Scriba saltem cui Vulgata debemus ὅτε inseruit sic collocatum: διαλεχθέντων Ὀδυσσέως καὶ Ἀχιλλέως, τοῦ μὲν Ἀ. ἀνδρείαν ἐπαινοῦντος, τοῦ δὲ Ὀδ. σύνεσιν, μετὰ τὴν Ἕκτορος ἀναίρεσιν, ὅτε ὁ μὲν βιάζεσθαι παρῄνει, -- ὁ δὲ δόλῳ μετελθεῖν. καὶ Ἀγαμέμνονα -- χαρῆναι. Apparet ὅτε sic positum pessumdare sententiam exitum non invenientem. Attamen idem ὅτε eodem loco positum habet codex E in parvo scholio hinc procul dubio excerpto, verum ita verbis compositis, ut ὅτε non amplius sententiae bene struendae obstet: διὰ λόγων ἐφιλονείκησαν, ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς σύνεσιν ἐπαινῶν, ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ἀνδρείαν, μετὰ τὴν Ἕκτορος ἀναίρεσιν, ὅτε ὁ μὲν βιάζεσθαι παρῄνει, ὁ δὲ δόλῳ μετελθεῖν. Hinc mihi suspicio subnata est, quam mox pluribus exemplis corroboratam videbimus, in eo codice, unde hoc scholion primum fluxit, verba μετὰ τὴν Ἕκτορος ἀναίρεσιν casu

quodam *suo loco* omissa post a scriba errorem suum corrigente in marginem esse suppleta, hinc codices inde ortos partim ut Q plane omittere ea, partim ut H ea quasi postliminio reducere, alios sententiae scilicet adiuvandae causa inserere *ὅτε*. *Verus* autem et primarius locus credam fuisse: *καὶ δὴ παρὰ πότον διαλεχθέντων* 'Οδυσσέως *καὶ* 'Αχιλλέως *μετὰ τὴν* Ἕκτορος *ἀναίρεσιν, τοῦ μὲν* 'Αχιλλέως *ἀνδρείαν ἐπαινοῦντος, τοῦ δὲ* 'Οδυσσέως *σύνεσιν, ὁ μὲν βιάζεσθαι παρῄνει· διὸ καὶ ἀνῃρέθη· ὁ δὲ δόλῳ μετελθεῖν* (sc. *τὴν* Τροίαν). *καὶ* 'Αγαμέμνονα *ὡς τελουμένου τοῦ λογίου χαρῆναι.* Quando autem ista Achillis et Ulixis rixa facta esse credetur? Aut nihil definiunt, aut factam autumant *post Hectoris obitum.* Vel sic tamen magna cum gravitate affirmant, gavisum esse Agamemnonem quasi oraculo expleto, attamen falsum fuisse: *ἐσήμανε δὲ* (*ὁ χρησμὸς*) *τὴν αὐτοῦ διαφορὰν πρὸς* 'Αχιλλέα. Atqui rixa Agamemnonem inter et Achillem *ante* Hectoris interitum fuit, itaque haec, cum Ulixes et Achilles *postea* dissiderent, neque oraculum neque Agamemnon intellegere amplius poterant. Unde vel satis constat de nihilo haec esse ficta sive a philosophis in re omnibus ignota iocantibus, sive a grammaticis doctioribus multo quam acutioribus.

θ, 166. Ulixes Euryalo: *ξεῖν', οὐ καλὸν ἔειπες· ἀτασθάλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.* Scholia ad haec: *ἔθος* (*δόγμα* falso T) *ἐστὶν* 'Ομηρικὸν *ἐκ τῶν λόγων χαρακτηρίζεσθαι καὶ* (om. T) *τὸν τρόπον τοῦ ἐντυγχάνοντος* (*τυγχ.* T). *καὶ ἐν ἄλλοις περὶ τοῦ* Τηλεμάχου *κτλ.* --- 'Οδυσσεὺς *δέ, οὐ γὰρ διεβεβαιώσατο* [*τὸ*] *ἀτάσθαλον αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐοικέναι φησὶ τούτῳ διὰ τὸ ἀντειπεῖν καὶ εἰρηκέναι.* Sic QT, nisi quod Hamburgensis ultima non habet, de quibus nostra disputatio est. Quod articulum *τὸ* eieci ex ultima syllaba praecedentis verbi male repetitum, leve est, nam simul maius vitium sanandum. Quod Ulixes dixit, Euryalum *ἀτασθάλῳ ἐοικέναι διὰ τὸ ἀντειπεῖν*, intellego, cur *διὰ τὸ εἰρηκέναι* non intellego. Male nobis omnibus sit si propterea *ἀτασθάλοις εἰκέναι* diceremur, — ut taceam admodum insolenter sic copulari aoristum et perfectum. At vera, ni vehementer fallor, scriptura haec est: 'Οδυσσεὺς --- *ἐοικέναι φησὶ τούτῳ διὰ τὸ ἀντειπεῖν καὶ νεικέσαι.* Mutatio non admodum teme-

raria videbitur iis, qui meminerint in eodem codice eodemque scholio paulo ante legi: *οἰόμενος τὸν εὐγενῆ καὶ πεπαιδευμένον ἀναγκαίως ὁμιλεῖν, πρίαμος δὲ πάντα λέγει* [1]), pro *πρεπόντως δὲ πάντα λέγειν*, quod monstrum procuravit Buttmannus.

θ, 206. Ulixes paulo glorians profitetur: *δεῦρ' ἄγε πειρηθήτω, — ἢ πὺξ ἠὲ πάλῃ ἢ καὶ ποσίν, οὔτι μεγαίρω, πάντων Φαιήκων πλήν γ' αὐτοῦ Λαοδάμαντος.* Adnotatur in T: *οὐδὲν φθονῶ πάντων μου πειραθῆναι Φαιήκων. νῦν δὲ παρρησίᾳ χρῆται* [*ὁ*] *βουλόμενος μὴ εὐτελὴς φανῆναί τις καὶ εὐκαταφρόνητος· τοῦτο γὰρ αὐτῷ μόνον ἐφόδιον πρὸς σωτηρίαν.* Neminem mihi contradicturum opinor contendenti articulum hic esse delendum. Praeterea in initio corrigendum: *οὐδενὶ φθονῶ*, — quis enim *φθονῶ* genetivo iunctum unquam vidit? — nam ita *πάντων Φαιήκων* explicabant, quasi a *μεγαίρω* penderet.

θ, 248. Excusat Alcinous Phaeaces suos in certaminibus Ulixe inferiores.

οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες οὐδὲ παλαισταί, - - -
αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε.

Scholion est in T ad hunc versum ita scriptum editumque: *τοῦτο παρακολουθεῖ τὴν ἐν τρυφῇ διάγουσαν. ἐλεγχόμενοι γὰρ ὡς ἐπὶ μέγα ἀγαθὸν καταφεύγουσι*[*ν ἐπὶ*] *τὴν τρυφήν, τῶν ἄλλων ἐπιδεόμενοι.* Duo his vitia insunt, quorum utrum turpius sit, difficile dictu foret. Turpe est, *ἐπὶ* Prellerum inseruisse de suo rectissime a codice omissum, cum antiquiores saepe, saepissime sequiores eiusmodi constructionibus utantur, quales sunt *ὡς πρὸς μητέρα τὴν πόλιν, ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν κατασπείραντες, ὥσπερ εἰς πέλαγος τὴν πόλιν ἐμπεσών, καθάπερ ἐν δίκῃ τῇ ἱστορίᾳ, ὡς ἐκ θαλάμου τοῦ τάφου* et centenae similes, de quibus et alii multa dixerunt et Cobetus in V. L. p. 163, 164 novae editionis. Inprimis aptus est quem idem affert locus Luciani: *καὶ ταῦτα ὥσπερ ἱκέτην ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν τὴν ἡδονὴν καταφυγόντα*, ubi scribae peccaverunt alterum *ἐπὶ* scriptori obtrudentes. In nostro autem scholio indocti immunes sunt,

---

1) Πρ. δὲ παντὶ λέγ. Buttmanni editio habet.

docti deliquerunt. Sed iam nihil est hoc πλημμέλημα prae turpiore isto quod initium obsidet, τοῦτο παρακολουθεῖ τὴν ἐν τρυφῇ διάγουσαν, — cum omnes omnium temporum Graeci pariter et Graeculi ἀκολουθεῖν eiusque composita ex ipsa rei natura cum *dativo* coniunxerint, — pro: τοῦτο (multo malim: ταῦτα) παρακολουθεῖ τοῖς ἐν τρυφῇ διάγουσιν.

θ, 344. Διὰ τί οὐκ ἐγέλα ὁ Ποσειδῶν; [ἐπεὶ παρεκάλει οὐκ ἐγέλα.] ὁ γὰρ παρακαλῶν οὐ γελᾷ. (E) Expungatur dittographia.

θ, 494. Hortatur Ulixes Demodocum ut canat equum ligneum

τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,
ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλῳ ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς.

Monemur in T: διὰ τούτου (praestat διὰ τοῦτο) καὶ πολίπορθος ὁ Ὀδυσσεύς. τὸ μὲν γὰρ κατασκεύασμα, [ὁ ἵππος,] Ἐπειοῦ καὶ Ἀθηνᾶς ἦν, τὰ δὲ ἐγχειρήματα Ὀδυσσέως· οὗτος γὰρ ὁ προτρεψάμενος ἐμβῆναι τοὺς Ἀχαιούς. Non solum ὁ ἵππος, inutilissimum emblema, inducendum est, sed etiam pro inepto plurali scribendum: τὸ δὲ ἐγχείρημα τοῦ Ὀδυσσέως. Arctissime inter se opponi τὸ μὲν γὰρ κατασκεύασμα, — τὸ δὲ ἐγχείρημα nemo non videt, qua re utriusque correctionis ratio continetur.

θ, 581. Quaerit Alcinous:

ἤ τίς τοι καὶ πηὸς ἀπέφθιτο Ἰλιόθι πρὸ
ἐσθλὸς ἐών, γαμβρὸς ἢ πενθερός, — — —
ἤ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδώς,
ἐσθλός;

Disseruerunt grammatici de vera vocabuli πηός significatione, quae ex hoc loco Homerico optime colligitur, quidque inter αἷμα, πηός, ἑταῖρος discriminis intercedat. Scholion super his in T ita se habet: σαφῶς ἐκ τούτου δηλοῦται, ὅτι πηὸς οὐ κατ' ἐπωνυμίαν οἰκεῖος [ἢ φίλος], ἀλλ' ἑταῖρος, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν γλωσσογράφων. Plena haec sunt gravissimorum vitiorum; nam, ne reliqua tangam, plane *contrarium* eorum, quae ex verbis corruptissimis eliciuntur, verum esse et ex loco Homerico ipso et ex omnium lexicographorum consensu facile efficitur, nempe: σαφῶς ἐκ τούτου δηλοῦται, ὅτι πηὸς Ο κατ' ἐπω-

γαμίαν οἰκεῖος, ἀλλ' (οὐχ ins.) ἑταῖρος, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν γλωσσογράφων. Inprimis ridiculum est mendum κατ' ἐπωνυμίαν pro κατ' ἐπιγαμίαν, caetera, ut dixi, nullo negotio et caeteris omnibus et ipso Homeri textu in auxilium vocato et restituuntur et probantur. At ipsius scholii auctoris ea confusio est quam sustulisti, non scribarum, dixerit quispiam. Non potest; sequitur enim continuo: ἐπιφέρει γοῦν (Homerus) ἀντιδιαστέλλων „ἤ πού τις καὶ ἑταῖρος ἀνήρ," ὁρισμὸν ποιῶν. Ad verba ἢ φίλος quod attinet, eo loco quo nunc sunt, stare nullo modo possunt, itaque aut delenda sunt, (quod olim volebam, Obss. p. 97.) aut — quod malim, nam quis quove consilio interpolasset? — post ἑταῖρος ponenda, ut totum sit: ὅτι πηὸς ὁ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖος, ἀλλ' (οὐχ) ἑταῖρος ἢ φίλος, quod non parum commendationis accipit ex iis, quae continuo sequuntur: ἡ φιλία γὰρ ὅταν τις τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων ζηλωτὴς τύχῃ, ὅπερ δηλοῖ διὰ τοῦ „κεχαρισμένα" πράττειν· οὐκ ἄλλα δέ, διὸ προσέθηκε τὸ „ἐσθλός." Nihili est οὐκ ἄλλα δέ, quod sentiens Prellerus „ἢ ἀγαθὰ" addita volebat. Potest minore molimine res restitui: ὅπερ δηλοῖ διὰ τοῦ „κεχαρισμένα" πράττειν· οὐ κακὰ δέ, διὸ προσέθηκε τὸ „ἐσθλός."

ι, 33. Amavit me, — Ulixes inquit, — Circe, amavit me Calypso, atque mihi immortalitatem pollicita est, ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον. At cur noluit? Saepius in scholiis hac de re actum est, (i. a. ad ε 211 et η 257.) nostro autem loco sic: ἴσως μὲν κατ' ἄλλον λογισμὸν οὐκ ἐπείθετο ὁ 'Οδυσσεύς, εἰδὼς τοὺς ἐρῶντας πάντα μὲν ὑπισχνουμένους, τὸ δὲ τῆς ἀθανασίας ὡς ἀδύνατον ἀνθρώπῳ δοῦναι· πρὸς μέντοι τοὺς Φαίακας οὐχ ὡς ἄπιστον λέγει, ἀλλ' ὡς καὶ ἀθανασίας καταφρονήσας πόθῳ τῆς πατρίδος· τοῦτο γὰρ εἶχεν αὐτοῦ τοῦ ἤθους [τῆς πατρίδος] σύστασιν. (T) Multifariam haec corrupta sunt, ut fere in hoc codice, ita tamen ut nunc quidem vulnera sanabilia sint. Ac primum sine controversia spurium est τῆς πατρίδος ex dittographia natum, quo retento nihil sani ex loco extundas, — quid enim sibi vult ἦθος τῆς πατρίδος? — eiecto nihil remanebit difficultatis. Verba enim ita coniungenda: τοῦτο γὰρ εἶχε σύστασιν τοῦ ἤθους αὐτοῦ, et ita interpretanda: haec enim res bonae indolis commendationem Ulixi conciliabat. Eadem fere in eodem

T dicuntur ad vs. 21: ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον: ἀναγκαίως προσυνίστησι τὴν πατρίδα, πιστὸν καθιστὰς τὸν ἑαυτοῦ πόθον. ἅμα δὲ χρηστὸν ἦθος ὑποφαίνει ὅπως οἴας οὔσης τῆς πατρίδος κήδεσθαι φάσκων, ubi cum pro absurdo ὅπως οἴας, quod Dindorfio „aut corruptum aut defectum" videbatur, reponendum censerem quod sententia unice postulat, ὁποίας οὐν οὔσης [1]), hoc ipsum nuper a Cobeto quoque praeceptum vidi [2]). Caetera in nostro scholio (vs. 33) in hunc modum sunt refingenda: ἴσως μὲν (καὶ) κατ' ἄλλον λογισμὸν οὐκ ἐπείθετο ὁ Ὀδυσσεύς, εἰδὼς τοὺς ἐρῶντας πάντα μὲν ὑπισχνουμένους, τὸ δὲ τῆς ἀθανασίας ὡς ἀδύνατον (ὂν) ἀνθρώπῳ δοῦναι· πρὸς μέντοι τοὺς Φαίακας οὐχ ὡς ἀπιστῶν λέγει, ἀλλ' ὡς καὶ ἀθανασίας καταφρονήσας πόθῳ τῆς πατρίδος· τοῦτο γὰρ εἶχεν αὐτοῦ (an: αὐτῷ?) τοῦ ἤθους σύστασιν. Singularum correctionum rationes reddere non est opus; ita enim aperta et vulnera sunt et remedia.

ι, 292. Polyphemus ἤσθιε ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν. — Observatur: Διὰ τοῦτο οὐδὲ [ἐκ) λειψάνου τινὸς [illegible] μένοντος ἐπέγνω τὴν ὠμότητα αὐτοῦ Ὀδυσσεύς. (QV.) Correxerim: διὰ τούτου οὐδὲ λειψάνου ἑνὸς μένοντος. Ad primum quod attinet, perpetua fere in nostris confusio est διὰ τοῦτο inter et διὰ τούτου, saepius. ex aliis codicibus sublata, saepe retenta. Facilis tamen ubique est optio utrum requiratur, neque hic locorum difficilis. Requiritur *hinc*. non *propterea*. Tum τινὸς mutatum oportet in ἑνός, ac multo acrior evadet sententia haec: ne uno quidem frustulo relicto. Scholiastis et omnino sequioribus talia, utpote exquisitius Attice dicta, in deliciis sunt, sicut — unum ex plurimis afferam — ad [illegible]

1) Obstare videtur Dindorfii monitum (App. p. 777): „inter ὅπως et οἴας in T aliquot literarum lacuna est, charta adesa, quemadmodum in aversa pagina in verbo προσβοηθοῦντες (p. 411, 7) lacuna est inter προς et βοηθοῦντες, eadem de causa." At ex hoc ipso exemplo adlato plane contrarium conficimus. Intellegit Dindorfius haec ad ι 57: ἀλεξόμενοι: τουτέστιν ἀλέξοντες, ἀλλήλοις προσβοηθοῦντες. Si in his nihil ad sententiam deëst, — nec deësse credo, — *ergo* et inter ὅπως ac οἴας nihil intercidit, neque obstat quid quo minus, coniunctis quae librarius male divisit et plevitque, ex ὅπ(ως) οἴας efficiamus necessarium ὁποίας.

2) Mnemos. N. S. VII p. 484. (1879.)

310 (p. 350, 18): ὥστε μηδὲ ἐφ' ἑνὶ κινεῖσθαι. Tandem expellenda est praepositio ἐκ. Etenim alicuius crudelitatem ἐκ λειψάνου τινὸς cognoscere cum iam arduum negotium sit, res multo etiam molestior fit οὐδὲ ἐκ λειψάνου τινὸς — sive ἑνὸς — μένοντος, ne quid dicam de constructione non minus quam ipsa res absurda. Nam ἐκ tum demum recte servari possit, si auctor ἐκ τοῦ οὐδὲ ἓν λείψανον μένειν ἐπέγνω dedisset. Si quaeritur unde venerit, mihi quidem admodum verisimile videtur, aut duplicem olim extitisse scripturam διὰ τούτου et ἐκ τούτου, aut siglam lectu difficiliorem scribam varie expressisse, optione lectori relicta, quae res in codicibus nostris non est ita infrequens.

ι, 344. Νῦν ἀνακεφαλαιοῦται πάλιν τὰ πρὸ ὀλίγου πεφασμένα εἰς μνήμην τῶν ἀκροατῶν. διὰ τοῦτο δὶς περὶ τῶν βρωθέντων δύο φίλων τοῦ Ὀδυσσέως φησί [καὶ πάλιν]. (H.) Καὶ πάλιν nihil aliud est quam δίς, alterutrum igitur abundat. Recte observavit quisquis fuit, versus 341—344 nihil fere differre a versibus 308—311, nisi quod hic δόρπον dicitur, illic sonet δεῖπνον.

ι, 410. Cyclopes ambiguitate nominis ab Ulixe adsumpti decepti re infecta a Polyphemo decedunt, neminem ei vim intulisse rati, at εἰκότως ὁ Κύκλωψ ἀλγῶν οὐκ ἀντήκουσεν αὐτῶν λεγόντων, ἐπεὶ ἔλεγεν ἂν εὐθὺς ὅτι καὶ ἄνθρωπος Οὖτις (immo Οὔτις) [οὕτω] λεγόμενος ἔβλαψε. In codice (Q) est οὗτος, οὕτω ex Buttmanni correctione editur. At potest dici: ἄνθρωπος οὕτω λεγόμενος ἔβλαψέ με, potest: ἄνθρωπος Οὖτις λεγόμενος ἔβλαψέ με, utrumque coniungi non potest.

κ, 55. Ulixis naves tempestate actae ferebantur αὖτις ἐπ' Αἰολίην νῆσον, στενάχοντο δ' ἑταῖροι. Admonet Q: ἐφ' ἣν καὶ οἱ ἄνεμοι κατὰ πρόσταγμα ὑπέστρεφον. [πρὸς Αἰολίην.] Cum ea quae uncinis sepsi nimis ridicula sint, Buttmannus proposuit: „forte Αἴολον." At hoc non magis intellego; intellegerem κατὰ πρόσταγμα τοῦ Αἰόλου, sed verba inutiliter abundare atque ex stolida interpolatione esse orta iudicare malo.

κ, 56. Aristonici nota est: ὅτι τὴν νῆσον ἤπειρον εἶπε κατὰ [τὴν] διαίρεσιν τοῦ ὑγροῦ, ὡς εἰ ἔλεγεν ἐπὶ τὴν γῆν ἔβημεν.

(BQT.) Unus codex (Q) recte omittit *τὴν*, quod vel absque ho auxilio abiectum oportebat. In dictione *κατὰ διαίρεσιν* articulu non magis adsciscitur, quam in *κατ' ἀντιδιαστολήν*, quod ide significat usitatiusque adhibetur.

λ, 30. Umbris vovet Ulixes, se iis in Ithacam reversu sacrificaturum vaccam sterilem. Exquiritur causa, *καί Φαμ ὅτι οἱ νεκροὶ ἄτοκοί εἰσι, [καὶ οὐ τίκτουσι,] διὰ τοῦτο ἐτάξα αὐτοῖς βοῦν μὴ γεννῶσαν.* (Q). Vel sine insulsissima interpret tione verba *ἄτοκοί εἰσι*, credo, satis perspicua erunt.

λ, 315. Otus et Ephialtes

> *ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν Ὀλύμπῳ*
> *φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο.*
> *Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ*
> *Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.*

Ad haec V habet fragmentum scholii: *ἵν' ἐξ ἴσου [μεγέθους πολεμῶσι. ἀθετοῦνται δὲ ὡς ἀδύνατοι. ἀλλὰ μέμασαν, φησίν, οὐ· ἔπραττον δέ.* De athetesi, de qua et alii et Lehrsius dixerunt nunc non ago. In prioribus, etsi tam compendiose tamque obscure dicta sunt, ut nisi uberiora alibi superessent, divinar potius quam intellegi possent, hoc tamen satis clare quivis perspiciat, male et praepostere illatum esse *μεγέθους*. Debebat autem *ἵν' ἐξ ἴσου ὕψους πολεμῶσι*, aut — nihil, quod vel ex uberioribus illis probatur, quae Harleianus praebet, licet et haec ipsa ita comparata sint, ut prae exilitate tantum eorum, quae ex V prodierunt, uberiora appellari mereantur. Sunt autem haec: *ἐν μὲν Ὀλύμπῳ ἠπείλουν τὴν μάχην ποιεῖν, μετὰ δὲ ταύτην ὄρος ὄρει περιβαλεῖν καὶ κρατεῖν τοῦ Ὀλύμπου. ἀντὶ τοῦ παρὰ Ὀλύμπῳ, ἵνα ἐξ ἴσου πολεμῶσιν, οἱ μὲν ἐξ Ὀλύμπου, οἱ δὲ ἐξ Ὄσσης. [μετὰ δὲ ταύτην ὄρος ὄρει περιβαλεῖν καὶ κρατεῖν τοῦ οὐρανοῦ.]* Turbatissime haec dici palam est. Non tangam quae ipsius scriptoris dicam an excerptoris culpa perversa sunt, praesentia puto, ubi futuris opus est, *ἠπείλουν ποιεῖν, κρατεῖν*, sed scribarum vitia insunt nec pauca nec levia. Atque hoc quidem nemo non videt, bis eadem dici, atque sic ut bis idem vitium recurrat *περιβαλεῖν* pro *ὑπερβαλεῖν*, nisi quis quid *ὄρη ὄρεσι περιβάλλειν* sit commode explicare valeat. Unum autem

verum est in repetitione caeteroquin abiicienda, κρατεῖν τοῦ οὐρανοῦ pro τοῦ Ὀλύμπου, idque adsciscendum; hoc enim unice requiri vel Homeri verba docent. Hanc ipsam ob causam eandem sententiam bis repetitam suspicor, nempe scribam, sive Harleiani sive eius archetypi, cum se errasse sensisset, eadem verba in margine iterasse, at nunc emendate scripta, quod eum ad θ 75 (p. 362, 3 not.) quoque fecisse comperimus. At cur repetita dicitur sententia, cur abiicienda? Esse eam quam dixi, vel uno illo μετὰ δὲ ταύτην comprobatur, quod in extrema parte nihil habet cui referatur, in initio optime respondet praecedentibus ἠπείλουν τὴν μάχην ποιεῖν. Verum adsumpto ex repetitione οὐρανοῦ, deletis caeteris, scholion nondum persanatum est; immo quod saepissime iam usu venisse vidimus, et superest aliquid et deëst. Quid enim sibi vult nudum illud: ἀντὶ τοῦ παρὰ Ὀλύμπῳ? Quid tandem dictum est pro παρὰ Ὀλύμπῳ? Iam perspicimus, et ni ἐκ τῶν συμφραζομένων perspexissemus, vel sola collatio eorum quae ad γ 171 observata sunt, facile nos quid requiratur docere potuisset. Ibi enim ad Homericum νήσου ἐπὶ Ψυρίης adnotatum legimus in HQRTM: ἀντὶ τοῦ παρὰ νῆσον Ψυρίαν, ὡς „Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν." Totum hinc nostrum scholion ita conformabimus: ἐν μὲν Ὀλύμπῳ ἠπείλουν τὴν μάχην ποιεῖν, μετὰ δὲ ταύτην ὄρος ὄρει ὑπερβαλεῖν καὶ κρατεῖν τοῦ (οὐρανοῦ. τὸ δὲ „ἐπ') Οὐλύμπῳ" ἀντὶ τοῦ παρὰ Ὀλύμπῳ (multum praestat: Ὄλυμπον), ἵνα ἐξ ἴσου πολεμῶσιν, οἱ μὲν ἐξ Ὀλύμπου, οἱ δὲ ἐξ Ὄσσης. Et sic eadem opera et lacunam suppletam habemus et apparet, unde Ὀλύμπου scriptum sit cum οὐρανοῦ oporteret. Nempe omissis semel quae retraximus, Οὐλύμπῳ correctum est scilicet in Ὀλύμπου. Falsam esse eorum interpretationem, qui ἐπ' Οὐλύμπῳ serio παρ' Ὄλυμπον (*iuxta* Olympum) significare posse sibi persuadebant, dicere quid attinet? Obversabatur iis, credo, descriptio Titanomachiae apud Hesiodum in Theogonia:

> δηρὸν γὰρ μάρναντο, πόνον θυμαλγέ' ἔχοντες,
> Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξ ἐγένοντο· – – –
> οἱ μὲν ἀφ' ὑψηλῆς Ὄθρυος Τιτῆνες ἀγαυοί,
> οἱ δ' ἄρ' ἀπ' Οὐλύμποιο θεοί, δωτῆρες ἐάων. (vs. 629 seqq.)

unde tam mirifice Homerica quoque explicabant, verbis poëtae aperte vim inferentes.

μ, 89. Dicuntur Scyllae fuisse duodecim pedes *πάντες ἄα*
Varie disputatum fuit, quid *ἄωροι* siignificaret. In Vulgatis est: *λεπτοί. ἔνιοι δὲ ἀπέδοσαν, παραιωρούμενοι καὶ ἀσθενεῖς· τ δέ, δυσφύλακτοι, οὓς οὐδεὶς ἂν* [*τις*] *δυνηθείη φυλάξασθαι τὴν περὶ αὐτοὺς δεινότητα· ὠρεῖν γὰρ τὸ φυλάσσειν, ἔνθεν κα πυλωρός.* Credebat homo se *οὓς οὐκ ἄν τις δυνηθείη* scripsi cum non scripserit, et B sine mendo habeat: *ἢ δυσφύλακ οὓς οὐδεὶς ἂν δυνηθείη φυλάξασθαι διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς δεινότη* tutius erit *τις* expunxisse.

ν, 66. Ulixi iamiam discessuro Alcinous praeconem adiu

ἡγεῖσθαι ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης·
Ἀρήτη δ' ἄρα οἱ δμῳὰς ἅμ' ἔπεμπε γυναῖκας.

Aristarchus pro *γυναῖκας* aliquando dederat: *νέεσθαι. Ἡ ἐ τῶν Ἀριστάρχου „νέεσθαι" εἶχε. καὶ ἄμεινον τὸν μὲν κήρυκα ἡγεῖσθαι, τὰς δὲ δουλίδας νέεσθαι.* (H) Aliquanto rectius pr *ἡγεῖσθαι* quam *διηγεῖσθαι* dicetur, ne memorem ex ipso Hon textu verum reponi posse.

ν, 352. *Ὣς εἰποῦσα θεὰ σκέδασ' ἠέρα.* Paraphrasin hoı habet Q: *τάδε, φησίν, ἡ Ἀθηνᾶ εἰποῦσα τῷ Ὀδυσσεῖ ἐσκέδ τὴν ἀορασίαν καὶ ἀγνωσίαν αὐτοῦ, καθ' ἣν οὐκ ἐγίνωσκε πού θεν ὅτε ταῖς νηυσὶν εἰς Ἰθάκην αὐτὸς* [*ἤτοι τὴν πατρίδα αὐτ παρεγένετο.* Refingatur *αὐτὸς* in *αὐτήν*, quo facto reliqua t abiici poterunt.

ο, 10. *Τηλέμαχ', οὐκέτι καλὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλη* Brevis notula ad haec est in H: *τὸ ἄπο ἀναστρεπτέον· τὸ ἀλάλησαι προπαροξυτόνως,* [*ἢ*] *ὅτι ἀπὸ τοῦ ἀλάλημι.* Cave quisquis haec adnotavit, ne *ἀλαλῆσαι* scilicet pro infinitivo ciperetur? Utut est, disiunctiva particula certe aliena ac tasse legendum: *ἀπὸ τοῦ ἀλάλημαι.*

ο, 357. Narrat Eumaeus Ulixi, Laërtem et filii mortem flere et uxoris,

ἥ ἑ μάλιστα
ἤκαχ' ἀποφθιμένη καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν.

Interpretantur enarratores *ὠμῷ γήραϊ: ἀπαραμύθητον γὰρ αὐ*

ἀφῆκε [τὸ] πρὸ ὥρας καὶ θᾶττον τοῦ προσήκοντος. (BQ). Articulum locum pessumdare per se patet, et fere supervacaneum est ex iisdem codicibus BQ et praeterea V aliud scholion excitare ad eadem verba eiusdem fere sententiae: πρὸ ὥρας γηρᾶσαι ἐποίησε διὰ τὴν ἐπ' αὐτῇ λύπην, ut causam in re minime dubia obtineamus. Utilius erit admonere, nos hic quoque originem stultae interpolationis dispicere. Nempe in notula prius descripta non αὐτὸν ἀφῆκε codices praebent, sed αὐτήν, quod correxit Buttmannus. Iam videmus, quid factum sit. Scriba quidam vetere sigla male expleta aut ipse correxit aut alius quis, deprehenso errore, αὐτήν, supervenit alter qui articulum esse ratus alieno loco inferret.

π, 71. Telemachus ab Eumaeo rogatus, ut patrem mendici habitu latitantem exciperet, hospitium abnuit:

πῶς γὰρ δὴ τὸν ξεῖνον ἐγὼν ὑποδέξομαι οἴκῳ;
αὐτὸς μὲν νέος εἰμὶ καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα
ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι.

Quae sic explicantur: παῖς εἰμὶ καὶ οὐκ ἔχω ἰσχὺν τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀτελοῦς ἡλικίας μου, ὅπως ἀμύνωμαι τοὺς κατ' ἐμὲ χαλεπαίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο δυσχερῶς ἔχω τοῦτον τὸν ξένον [μόνος ἐγὼ] ὑποδέξασθαι. (HQ.) Molestissime interponuntur μόνος ἐγώ, et certo huc non pertinent, sed quo tandem pertinere censenda sunt? Suspicor ex glossa orta esse ita se habente: αὐτός] μόνος ἐγώ, quemadmodum v. c. Atticum αὐτοί ἐσμεν interpretabantur μόνοι ἐσμέν, et statim infra ad vs. 104 iterum μόνος abundat, iterum ad αὐτός adscriptum. Adscribitur enim ad π 104: ἐλθὼν ἐς μέγαρον Λαερτιάδεω 'Οδυσῆος in H: καὶ οὗτος ἀθετεῖται· (nempe non minus quam vs. 101, cuius atheteseos tamen memoriam solus M servavit.) δύο γὰρ μόνα εὔχεται, ἢ παῖς ἐξ 'Οδυσσέως εἶναι, ἢ [μόνος] αὐτὸς ὁ 'Οδυσσεύς.

ρ, 291. In historia Argi canis quaeritur: πῶς τὸν μεταμεμορφωμένον ἐπιγινώσκει; Respondetur: ὅτι παρὰ τοὺς ἀνθρώπους [καὶ] τὰ ἄλογα ζῷα μᾶλλον ἀντιλαμβάνεται καὶ ἐκ τῆς ὀδμῆς αὐτὸν ἐπέγνω. (QV.) In adnotatione critica legimus: „καὶ om. Q" Cur igitur in textu comparet? Nec mihi displiceret, si pro παρὰ τοὺς ἀνθρώπους scriberetur: πέρα τῶν ἀνθρώπων,

σ, 64. Ad *ξεινοδόκος* adnotatur in H: *ὁ τοὺς ξένους* (*ξενοὺς* hoc accentu, et Cramerus et Dindorfius) *ὑποδεχόμενος, διὰ τοῦ κ ἀντὶ τοῦ χ, ὡς ἱστοδόκος,* [*ἢ*] *ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι.* Immo, omisso *ἢ* — quasi nova accederet origo — supplendum: *ὡς ἱστοδόκη, ἀπὸ τοῦ (ἱστὸν) δέχεσθαι.* Etenim et hic *ἢ* ex correcto scribendi errore natum. Similiter ad Γ 354: *διὰ τοῦ κ̄ ὡς πανδοκεῖον* (ABL), quo eodem loco etiam de vocis accentu agitur ex Herodiani praecepto. Neque aliter ad Α 434, ubi *ἱστοδόκη* exponitur: *τὸ κατὰ τὴν πρύμναν ἐξέχον ξύλον, καθ' οὗ κλίνεται ὁ ἱστός. τὰ δὲ παρὰ τὸ δέχω πάντα διὰ τοῦ κ̄, ξεινοδόκος, ἱστοδόκη.* Sic Venetus A, et sic fere BL quoque: *διὰ τοῦ κ̄ γράφεται, ἔστι δὲ παρὰ τὸ δέχω, ὡς ξεινοδόκος καὶ πανδοκεῖον.* Apparet semper haec aut duo aut tria exempla coniungi. Ex Apollonii Sophistae Lexico hoc quoque apparet, fuisse inter veteres qui nostro loco, — Telemachus adloquitur Ulixem cum Iro iamiam decertaturum, — *ξεινοδόκος μὲν ἐγών, ἐπὶ δ' αἰνεῖτον βασιλῆες* explicarent *μάρτυρα*, atque non aliunde quam ex tali opinione, falsa sine dubio, alios inter veteres, Pindarum et Simonidem, vocabulum eadem significatione adhibuisse credam. Locus autem Apollonii hic est: *ξεινοδόκος: ξενοδόχος, ὁ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενος. ὁ δὲ Πίνδαρος· „ξεινοδόκησέ* (*-σέν* Bekk.) *τε δαίμων", ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε. καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ „ξεινοδόκος μὲν ἐγώ"* (nostrum locum intellegit), *ἔδοξέ τισι λέγειν* (*μάρτυρα*). *Φησὶ γοῦν* (*καὶ*) *Σιμωνίδης· „ξεινοδόκων δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λαμπρός", ἀντὶ τοῦ, μαρτύρων.* In Apollonio post *λέγειν* lacunula esse videtur quam, ut ex Bergkio didici, nescio quis optime explevit per *μάρτυρα*, turpiterque sese dedit Villoisonus, non solum in his dubitans, sed etiam quae a Telemacho dicta esse apparet cum magna sententiae confusione tribuens Antinoo. Sed hic sua sibi habeat, mihi autem in Apollonii verbis post *Φησὶ γοῦν*, — quod iterum rectissime pro *Φησὶν οὖν* est repositum, — *καὶ* necessarium videtur, quod quamvis pessime scribat Apollonius, abesse minime potest. Etenim apud Homerum quoque, inquit, *ξεινοδόκος* quibusdam *testem* significare visum est, cum *etiam* Simonides hoc sensu vocabulum usurpaverit. Caeterum Bergkius (in tertia editione Poëtarum Lyricorum Graecorum) Pindari fragmentum numero 304 posuit, *ξεινοδόκησέν τε δαίμων* scribens, nec curans Etymologi-

cum Magnum, quod cum Gudiano et Zonara Pindari versum Simonidi tribuit, Simonidis Pindaro, simul pro τε δαίμων exhibens Τελαμών, cum Zonaras τε λαβών praebeat. Itaque iam antiquitus in hoc versus fragmine turbatum est, quo fit ut inde nihil quidquam certo conficias, ne hoc quidem, cuius rei causa adfertur, an liquido appareat, Pindarum verbo ξεινοδοκεῖν usum esse pro testari, testimonium dicere. Illud unum video, haec ita scripta: ξεινοδόκησέ τε δαίμων, — omisso ν ἐφελκυστικῷ, quod veteres testes omittunt, — finis hexametri speciem praebere. At in Simonidis versu adlato, — quem Bergkius (fr. 84) cum iis coniungit, quae a solo Plutarcho in libello de Herodoti malignitate (c. 42) servata sunt scripto simul δ' ὥριστος et λάμπων — de significatione verbi ξεινοδόκων nulla dubitatio esse potest. Eadem ac Apollonius, ut dixi, exhibent Etymologicum Magnum et Gudianum, minus integre, at multo dilucidius. Etymologici quoque Magni verba describam, ut parvo ἐν παρόδῳ vitio liberem. Ξ ε ν ο δ ό κ ο ν ὁ μὲν Ὅμηρος τὸν (τοὺς recte add. Gud.) ξένους δεχόμενον (ὑποδεχ. iterum rectius Gud.) συνήθως ἡμῖν ὑ π ο τ ί θ η σ ι· Σιμωνίδης δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι τινὲς τὸν ἐπιμάρτυρα (Gud. μάρτ.) ἐξεδέξαντο. Σιμωνίδης „ξεινοδόκησε Τελαμών", ἀντὶ τοῦ, ἐμαρτύρησε· καὶ Πίνδαρος „ξεινοδόκων δ' ἄριστος χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων", ἀντὶ τοῦ, μαρτύρων. Non dicitur, Ὅμηρος (ξεινοδόκον) συνήθως ἡμῖν ὑποτίθησι, — in Gudiano verbum prorsus deëst, — sed τ ί θ η σ ι, quemadmodum v. c. ad ι 257 super Homericum δεισάντων φθόγγον τε βαρύν in T observatur: ὅλως οὐ τίθησι τὴν λ έ γ ο υ σ α ν ἐπὶ τῆς ἀδιαρθρώτου φωνῆς καὶ ἀκατασχηματίστου, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν (vs. 167) „αὐτῶν τὴν (immo: τ ε) φθογγήν.", ubi ὅλως γ ο ῦ ν τίθησι τὴν λ έ ξ ι ν ἐπὶ κτλ. reponebam cum Cobeto, —, nisi quod hic (Mnemos. N. S. Vol. VII p. 436, 1879.) simpliciter οὐ omittit, — comparato i. a. ad ι 151: ἐπὶ τοῦ ἀπονυστάζοντος τίθησι τὴν λέξιν (agitur de verbo ἀποβρίξαντες) ὅ π ω ς οὐκ ἐπὶ τοῦ βαθέως ὑ π ν ῶ σ α ι. Sunt haec quoque iterum ex T, atque ita corrupta ut, cum fecerint ad scholii versus 257 emendationem stabiliendam, vicissim hinc salutem accipiant. *Certo* enim legendum est: (ὅτι?) ἐπὶ τοῦ ἀπονυστάζοντος τίθησι τὴν λέξιν ὅ λ ω ς, οὐκ ἐπὶ τοῦ βαθέως ὑ π ν ώ σ α ν τ ο ς. Apud sequiores, — ut hoc quoque non

omittam, — ὅλως valet πχντάπασιν, *omnino*, ut iterum v. c. κ 238: καὶ ὅλως αἱ ῥάβδοι τῶν θεῶν ἐνεργοὶ παρ' Ὁμήρῳ, saepius alibi. Sed, — nam ad Etymologum redeundi tem est, — iam certum erit, Ὅμηρος τίθησι τὸ ξεινοδόκον verum e non ὑποτίθησι, neque minus, unde superflua praepositio advene Nempe pertinebat ad ὑποδεχόμενον, unde male ad seque aberravit.

σ, 73. Ἶρος Ἄϊρος quid sit exponitur: ὁ μηκέτι ἐν ζωῇ [ι μενος, ὁ μηκέτι] ἐσόμενος Ἶρος. (BH) Verius est, in solo B leiano haec ita legi ex manifestissima dittographia, cum in tantum sit: οὐκέτι — ex ὁ μηκέτι corruptum — ἐν ζῶσιν ἰ μενος Ἶρος. Multo melior est altera interpretatio: ὁ ἐπὶ κα Ἶρος ὀνομασθείς, quam non solum, ut Dindorfius admonu Apollonius in Lexico suo dedit, sed Hesychius quoque bis Suidas, estque ea sine dubitatione cum Barnesio in V ad h restituenda.

χ, 9—12. Origo proverbii: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος ι χείλεος ἄκρου secundum Aristotelem ita in scholiis Vulgatis (narratur: λέγει δὲ Ἀριστοτέλης περὶ τῆς παροιμίας οὕτως. Ἀ καῖος ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας Σάμιος ὢν τὸ γένος ἐχ οἰκέτην ἀπὸ Κρήτης ἐκέλευσεν αὐτῷ προσφέρειν ποτὸν πίνειν. πόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐ δυνήσεται πιεῖν ὅθεν [ἐντεῦθεν] αἱ ἀ πελοι τυγχάνουσιν, αὐτὸς ὁ Ἀγκαῖος καταπερτομήσας το θεράποντας ἔλαβε τὴν κύλικα καὶ προσέθετο. λέξαντος δ' ἐ νου „πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου," ἄφνω σ ἔβη χρῆμα συὸς μεγάλου ἐπιζαρῆσαι τοῖς τοῦ Ἀγκαίου χωρί ἀκούσαντα δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῶν χειλέων τὴν κύλικα καταθεῖναι δραμεῖν ὡς τὸν ἄγριον ὗν, συμβαλόντα δὲ τῷ κάπρῳ τελευτῆσ ἔνθα φησὶ κατανοῆσαι τὴν παροιμίαν. „Confusam narratione merito vocat Buttmannus, monetque „servum longe antea, c vineam plantaret Ancaeus, dixisse μὴ μεταλήψεσθαι δεσπό τοῦ καρποῦ." Nec confusa tantum narratio est, sed hic i miserum in modum corrupta, in qua nec bene mihi hab videtur ποτὸν πίνειν, — quid, quaeso, aliud potaret? — p οἶνον, nec verba ὅθεν - - - τυγχάνουσιν expedio, etsi non ha quomodo sine dubio corrupta aliqua probabili ratione restitu

Hoc unum certum videtur, ἐντεῦθεν eiiciendum esse ad ὅθεν adscriptum. Nec minus certum est, pro κατακερτομήσας τοὺς θεράποντας singularem requiri, τὸν θεράποντα, nam in tota narratione de uno tantum famulo sermo est. Ex reliquis corruptissimis diu multumque agitando nihil sani extundere potui: „Sisyphi saxum, — ut apud Ciceronem dicitur — versavi sudando, neque profeci hilum;" itaque haec acutioribus aliis nunc relinquo. Illud autem non abs re erit obiter notasse, quam vitiosa elegantia utatur hic, quicunque haec unde unde consarcinavit. Χρῆμα συὸς μεγάλου effictum est ad similitudinem Xenophontei: ἀκοντίσας καταβάλλει τὴν ἔλαφον, καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα. (Cyrop. I, 4 § 8.), ἐπιζαρῆται sumpsit ab Euripidis notissimo loco (Phoeniss. vs. 45.), προσέθετο τὴν κύλικα pro: *labris admovit* ipsius est et sequiorum, quemadmodum paulo ante dixit: προστιθέμενος γὰρ Ἀντίνοος τὸ ἔκπωμα βάλλεται. Aeque ridicula sunt quae in fine leguntur: ἔνθα (i. e. ἐνταῦθα) φησὶ κατανοῆσαι τὴν παροιμίαν. Quis intellexit? Ancaeusne ab apro iam interemtus? Sed fortasse homo huius saltem stultitiae absolvendus est, ac φασὶ corrigendum, quod de cognatis affinibusque Ancaei commodius capietur.

ω, 192. Agamemnon apud inferos procorum umbras cernens, beatissimam Ulixis praedicat sortem, uxorem post tot annorum absentiam fidelem sibi nacti, atque in haec admirabundus verba erumpit: ὄλβιε Λαέρταο πάϊ, et quae sequuntur. Ad haec excerpta ἀπορίας cuiusdam leguntur in V: ἀπρεπές φασι παρέντα τὸ συμπαθεῖν τῷ Ἀμφιμέδοντι ἐπαινεῖν τὸν Ὀδυσσέα. οὐκ ἀπεοικὸς δὲ διὰ τὸ καὶ [τὸν] αὐτὸν ὑπὸ τῆς συνοικούσης τὰ κάκιστα πεπονθέναι. Articulum abesse oportere nemo non videt. Non Ulixes ex uxore τὰ κάκιστα πέπονθεν, sed Agamemnon. Caeterum quam mirifice corrupta et glossis insiticiis inquinata haec disputatiuncula in editionibus veteribus circumferatur, videre est apud Buttmannum, quem in emendando eiiciendoque verum vidisse opinor, etsi libenter cognoscerem quid Bodleianus liber (O) a Dindorfio usurpatus hic praebeat. Sed hoc nostro loco de Bodleiani lectione altum est silentium.

Hae igitur sunt potiores interpolationes; quas plerumque alia quoque labe aut leviore aut graviore adfectas in scholiis ad

Odysseam mihi nunc deprehendisse visus sum, praeter eas q et obiter in antecedentibus et olim dedita opera in Observa nibus indicavi. Quae omnes si in unum conferuntur, numer haud sane exiguum efficient, ac nonnunquam mirari su eorum scribendi quasi pruriginem, quibus talia debemus qu hic illic expellenda demonstravi. Unum hinc utiliter docemur, q hos in veteres scriptores ipsos ac praesertim intellectu difficili intulisse putemus, qui ne in nostris quidem auctoribus ex pendis describendisque sibi temperare potuerint, quin eos sem inepte, nonnumquam supra quam dici potest stolide ac fa interpolarent. Atque illud equidem scio, quanta cautione in a toribus id genus opus sit in emblematis iudicandis, qui mu addiderunt quae sanior antiquitas ut superflua delevisset, neq illud ignoro, omnes posterioris aevi sophistas, rhetores, gra maticos inani verborum pompa quam maxime delectari. Itaq procedente aetate cautior factus nunc ea tantum delenda p posui, quibus aliquod νοθείας argumentum extrinsecus acceder illud imprimis, cui qui sano sobrioque iudicio est praedit non facile obloquetur, si interpolatio ipsius auctoris manifest sententiam in alia omnia pervertit. Nunc post longissim divagationem ad quarti libri scholia ordine perlustranda red

δ, 81. Menelaus apud Pisistratum et Telemachum gloria opibus. Observatur in MHQ: εἰς σύστασιν περὶ τοῦ πλήθους. Π δὲ τῶν ἐκ πόνου πεπλουτηκότων διηγεῖσθαι. καὶ τὸ μὲν κεκτῆσ παρὰ προγόνων μικρόν, τὸ δὲ κτήσασθαι μεῖζον. Duplex in vitium est. Primum enim σύστασις περὶ τοῦ πλήθους non id valere potest ac διὰ τὸ πλῆθος. In Q pro περὶ scribi τὰ παρὰ, eademque sunt in H (Praef. p. L) compendi scripta. Itaque verum est: εἰς σύστασιν τὴν παρὰ τοῦ πλήθ Nec reliqua mendo carent. Nam in his: τὸ μὲν κεκτῆσθαι π προγόνων μικρόν, τὸ δὲ κτήσασθαι μεῖζον, deëst oppositio qu maxime necessaria et sine qua prorsus nihil dicitur. Sed i est arduum negotium amissa recuperare. Quid opponitur παρὰ προγόνων κεκτῆσθαι? Videlicet: αὐτὸς δὲ κτήσασθαι μεῖζ idque in τὸ latere putem.

δ, 86. Difficilius est quod nunc sequitur. Narrat Menela

Libyae ovibus: τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν. l haec in HM critica nota legitur, Aristonici putem: τινὲς λοίως γράφουσι „δὶς γὰρ τίκτει". πῶς γὰρ ἴδιόν τι λέγει ρὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ προβάτων; At hoc ineptum est, rogare omodo Menelaus aliquid novi narret de huius regionis ovi-s, — narrat enim, — atque in neminem εὐήθεια huiusmodi inus cadit quam in Aristarchum. At sensus sine dubio hic t: quomodo illud (τὸ δὶς τίκτειν) novi quid dictum esset ac byae singulare? Quamobrem legerim: πῶς γὰρ (ἂν ὡς) ἴδιόν λέγοι περὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ προβάτων;

Sequitur scholion ad τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν in QTV: διόλου ι αὗται εἰσιν αἱ γοναί, οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν μόνῳ τῷ ἦρι. [τίκ-υσιν.] Cur fetus tales sint, non est admodum facile repertu que magis cur omnino (διόλου) tales sint, quales nemo intellegat. V est ἄλλοτε ἄλλα, ἢ διόλου αὐταὶ κτλ. eademque verba in adsunt. Priora: ἄλλοτε ἄλλα itidem glossam habeo ad totum rsum pertinentem, non admodum acutam illam nec disertam, inde reliqua ita erunt corrigenda: δι' ὅλου τοῦ (ἐνι)αυτοῦ nam explicatio est ad verba τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν voxque αυτοῦ vel ideo abesse nequit quod ei tantum recte opponetur νῳ τῷ ἦρι, — εἰσὶν αἱ γοναί, οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν μόνῳ τῷ ἦρι, : mihi displicet quod cum V Hamburgensis in exitu τίκτουσιν ittit, non perverse quidem adiectum, sed ita ut multo ele-ntius absit.

δ, 93. Ecce iterum criticam Aristarchi ex Aristonico notam: τισιν ὑπὸ τοῦτον φέρεται στίχος· „οὐδέ τι βουλόμενος, ἀλλὰ κτερῆς ὑπ' ἀνάγκης", γελοίως. οὐδεὶς γὰρ μετὰ ἀνάγκης ἀνάσ-ι χρημάτων. τὸ γὰρ προειρημένον ἱκανὸν ἔχει νοῦν. (HMQ.) In a, quamvis vel apud auctores elegantiae magis studiosos in abus sententiis statim se exsequentibus saepissime bis repeti-m inveniatur γάρ, tamen hic secundum γάρ argumentandi gibus adversari mihi videtur. Non enim, quoniam versus aecedens ad sententiam satis est neque alium perspicuitatis causa quirit, ideo versus ille abundans γελοίως abundare dicetur. aque pro secundo γὰρ aut: τὸ δὲ προειρημένον (καὶ) ἱκανὸν (ει νοῦν reponendum est, — γάρ et δέ in nostris de loco

certare supra admonuimus, — aut: τὸ γοῦν προειρημέν Utriusque constructionis exempla sunt in notis Aristonici Iliadem, plurima prioris, quam maxime amplectar. Sic v ad A 29—31: ἀθετοῦνται, ὅτι ἀνχλύουσι τὴν ἐπίτασιν τοῦ καὶ τὴν ἀπειλήν. ἠσμένισε γὰρ (nonne ἂν additum oporte καὶ ὁ Χρύσης ὑπηρετούσης (sic Lehrsius, codex εἰπούσης s sensu,) αὐτῆς τῷ βασιλεῖ. ἀπρεπὲς δὲ καὶ τὸ τὸν Ἀγαμέμν τοιαῦτα λέγειν. Iterum E 807: (ἡ διπλῆ), ὅτι Ζηνόδοτος ὑποτάσ τούτῳ στίχον· „ῥηιδίως· τοίη οἱ ἐγὼν ἐπιτάρροθος ἦα." ἐναντιοῦ δέ· ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ οὔ φησι παροτρύνειν ἀλλὰ κωλύειν· μετῆς (cod. κατ., corr. Friedl.) δὲ οὐ δεόντως ἐκ τοῦ Ἀγαμέμνονος γου. Iterum Z 311: ἀθετεῖται, ὅτι πρὸς οὐδὲν τὸ ἐπιφώνημα ι οὐκ εἰθισμένον· κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἐναντίον ὁ Ζεὺς ἐπιβεβαιοῖ κ τανεύων. καὶ ἑξῆς δ' ἐπιλεγομένου „ὣς αἱ μέν ῥ' εὔχοντο" σαφ γίνεται περισσὸς ὁ στίχος. γελοία δὲ καὶ ἡ ἀνανεύουσα Ἀθη Et inverso particularum ordine v. c. Θ 213: ὅτι ἔν τισι γράφ ται· „ἀπὸ τάφρου πύργος ἔεργεν." οὐ δύναται δὲ τὸ ἐκ νη συναφὲς εἶναι τῷ „ἀπὸ τάφρου"· πρὸς γὰρ ταῖς ναυσὶ μᾶλλον πύργος ἢ ἡ τάφρος, et plurima sunt his simillima.

Post scholia ad δ 97 et 95 (p. 184. 4—5 et 7—9) ha sequuntur in T lacera et manca, quae primum αὐτολεξεὶ desc bam prout apud Dindorfium (in App. p. 756 et 757) prop nuntur, deinde videbo an ex densissimo fumo aliquid lucis da mihi contingat. Sunt autem haec, nullo adiecto lemmat Μενέλαος δὲ (δὲ duobus punctis notatum) πολὺ δ' ἀμβροσύν (scribe ἀβροσύνῃ: sunt Euripidis verba Orest. 349) δῆλος ὁρᾶσθ τοῦ Ταντάλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν. οὐ μὴν τήν γε τοῦ Ὀδυσσέω οἴκησιν οὐδαμῶς τοῦτο ὁ ..... ἂν ..... ἄλλως ἂν ἀσφαλ πεποίηκε πρὸς αὐτὸ τοῦτο παρεσκευασμένου. λέγει γὰρ οὕτω (ρ 266)· „ἐξ ἑτέρων ..... (lacuna: excidit ἕτερ') ἐστίν, ἐπήσκ ται δέ οἱ αὐλὴ || τοίχῳ καὶ τριγχοῖσι, θύραι δ' εὐ ... (scribe εὐερκέες) εἰσίν || δικλίδες. οὐκ ἄν τίς μιν ἀνὴρ ὑπεροπλ σαιτο." δεῖ δὲ τοῦ ποιητοῦ τὰ μὲν ὡς συμβουλεύοντος καὶ παρα νοῦντος ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγούμενος (corr. ἐξηγουμένο μόνον, ἄλλα δὲ ὡς ὀνειδίζοντος καὶ καταγελῶντος. Quae et primo obtutu insanabilia videntur et tantum non ubique lacun hiantia, revera nihil magnopere desideratur et facilis atque evide

in singulis restitutio est. Adscitis Dindorfii certissimis correctionibus constituenda sunt in hunc modum: ***** Μενέλαος δὲ „πολὺ δ' ἀβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι, τῶν Τανταλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν." οὐ μὴν τήν γε τοῦ 'Οδυσσέως οἴκησιν οὐδαμῶς τοιαύτην ὁ (ποιητὴς) ἀν(έπλασεν), ἀλλ' ὡς ἂν ἀσφαλῆ πεποίηκε (καὶ) πρὸς αὐτὸ τοῦτο παρεσκευασμένην. λέγει γὰρ οὕτως· „ἐξ ἑτέρων (ἕτερ') ἐστίν, ἐπήσκηται δέ οἱ αὐλὴ || τοίχῳ καὶ τρίγχοισι (sic cod. pro θριγκοῖσι), θύραι δ' εὐ(ερκέες) εἰσίν || δικλίδες. οὐκ ἄν τίς μιν ἀνὴρ ὑπεροπλίσσαιτο." (ρ 266.) δεῖ δὲ τοῦ ποιητοῦ τὰ μὲν ὡς συμβουλεύοντος καὶ παραινοῦντος ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγουμένου μόνον, ἄλλα δὲ ὡς ὀνειδίζοντος καὶ καταγελῶντος. Singularum correctionum rationes reddere vix necessarium putem, adeo sponte perspiciuntur. Quod v. c. pro τοῦ Τανταλιδῶν scripsi τῶν quis mirabitur, cum videat in eo ipso Orestis loco, quem indicat Dindorfius, rectam scripturam extare, sine qua sententiam ruere certissimum est?

> καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει,
> Μενέλαος ἄναξ, πολὺ δ' ἀβροσύνῃ
> δῆλος ὁρᾶσθαι
> τῶν Τανταλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν.

'Ανέπλασεν quod redintegravi, legitur et apud Lucianum (Somn. § 4): ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν ἢ βόας ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως (admodum verosimiliter Hartmannus εἰκότας), ὡς ἐδόκουν τῷ πατρί, et in simili re apud unumquemque auctorem Graecum. Tandem ne quis miretur de domo dici ἀσφαλῆ, conferat notulam ex Vulgatis (V) ad illos ipsos qui excitantur versus: εὐερκέες: ἀσφαλεῖς. εἰ δὲ εὐεργέες, καλῶς εἰργασμέναι. Ad sententiam disputationis quod attinet, ea quoque in aprico est, neque minus apertum initium deësse. Nullus enim dubito quin haec Porphyrio debeamus, ἐνστατικοῦ cuiusdam criminationes referentis et ut potuit elevantis. Homo nescio quis Stoicorum fastu et arrogantia Homerum obiurgaverat, quod luxu Menelai domus laudando atque extollendo lectores a virtutis tramite avocaret scilicet, quales aretalogos complures ex Athenaeo, Strabone, Plutarcho cognoscimus, quorum nonnullorum sententias apposuit Lehrsius in Aristarcho. Respondet Porphyrius, non mirum esse si Homerus in Tantali postero

divitias luxumque laudaverit, proposuisse eundem in Uli[illegible] aedibus speciem domus non splendentis neque magnificae s[illegible] munitae, omnino carmina poëtae non ita esse composita, ut [illegible] singulis quod quisque imitetur virtutis studiosus exhibea[illegible]t. Brevi, ita respondet, ut neque philosophi personam neque H[illegible]meri sectatoris exueret. Quae si recte disputata sunt, verboru[illegible] in initio amissorum sententia haec fere fuit: ἀπρεπὲς τὸ Ὅμη[illegible]ν τὴν Μενελάου οἰκίαν ὡς πολυτελῆ καὶ τρυφῶσαν ἐπαινεῖν. Ῥητ[illegible]ν δὲ ὅτι οὐ περὶ πάντων ταῦτα λέγει, vel simile quid, post qu[illegible]e pergit: Μενέλαος δέ et quae deinde sequuntur.

δ, 113. Honorifice loquitur Menelaus de Ulixe, quae co[illegible]memoratio Telemacho lacrimas movet, atque ita fit, ut q[illegible]is sit facilius cognoscatur. Admonemur ad haec: ἡ αὐτὴ διάθε[illegible]ις καὶ παρὰ Φαίαξι πρὸς Ὀδυσσέως. ὁ μὲν γὰρ τὰς ἑαυτοῦ πράξ[illegible]ις ἀκούων κλαίει, ὁ δὲ τοῦ πατρὸς ἀναμνησθείς. (MQ) Praeposi[illegible]io πρός, quae est in M, hic sine dubio absona est, neque ma[illegible]is apta, quam alter codex habet, ὑπό. In hac autem vesti[illegible]ia veri sunt, nam requiritur: ἡ αὐτὴ διάθεσις καὶ παρὰ Φαίαξ[illegible]ιν ἐπ' Ὀδυσσέως.

δ, 123. Σημειωτέον καὶ τὰ περὶ τῶν θεραπαινῶν. ἄλλαι μὲ[illegible]ν γὰρ ἐν Ἰλιάδι, ἄλλαι δὲ νῦν. οὐ γὰρ εὐπρεπὲς τὰς μετεχούσας τοῦ ἁμαρτήματος ἐπιτρέπειν συνεῖναι τῇ γυναικί. (MQR). Atqui illae iam non adsunt nec culpae participes *sunt*, sed olim fuerunt. Paulo accuratius igitur scribetur: οὐ γὰρ εὐπρεπὲς τὰς μετασχούσας τοῦ ἁμαρτήματος ἐπιτρέπειν (ἔτι) συνεῖναι τῇ γυναικί, nisi quis cum Cobeto (Mnemos. N. S. 1879. Vol. VII p. 428) malit: ταῖς μετεχούσαις. Sed vel sic ἔτι adiectum necessarium arbitror.

δ, 149. Affirmat Helena se agnoscere Telemachum, quod omni ex parte patri similis sit: κείνου γὰρ τοιοίδε τε χεῖρες. In Scholio affertur proverbium: τὸ δὲ λεγόμενον· „ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλήν." Conferri iubet Dindorfius Iliad. Σ 353, ubi est: ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. Quod num ita sit, non definio, — mihi quidem versus ille ex Iliade cum proverbiali locutione, quam affert scholiasta, nihil videtur habere commune, — sed certe

scribendum quae usitata forma est: τὸ δὴ λεγόμενον, „*videlicet* quod in proverbio est", ut v. c. in Philemonis fragmento ex Σικελικοῦ dicitur:

τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο Μυσῶν ἔσχατον
ἐνόμιζ' ὁρᾶν τὸν υἱὸν ἐκπλέονθ' ὁρῶν. (ap. Schol. Rhesi, vs. 244),

et apud Platonem in Gorgia: τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν et saepius alibi.

δ, 158. Recte tres illos versus (158—160) damnasse dicuntur veteres critici, et alias ob causas gravissimas et quod sunt παρὰ τὸ πάτρια καὶ οὐχ ἁρμόττοντα τῷ Πεισιστράτου προσώπῳ. (HMQR.) In his pro τοῦ Dindorfius scripsit τῷ, recte, nisi quod etiam rectius uterque articulus adsciscetur: καὶ οὐχ ἁρμόττοντα (τῷ) τοῦ Πεισιστράτου προσώπῳ.

δ, 164. Τὸ γὰρ ἐπελθεῖν τὸ κατὰ τοὺς μνηστῆρας περίεργον παρόντος αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος. (HMQ.) Sermo est de prudentia Pisistrati, πῶς τὴν τοῦ πατρὸς σοφίαν ἀπομέμακται. Sed omnino scribendum: τὰ κατὰ τοὺς μνηστῆρας, quemadmodum paulo supra recte dicitur: τὰ περὶ τοὺς μνηστῆρας (l. 15) et statim post τὰ περὶ αὐτούς, quod minutum vitii genus iam in superioribus tetigi. Simul aut vehementer fallor, aut pro ἐπελθεῖν reponendum est ἐπεξελθεῖν, quod in ea re multo est usitatius.

δ, 167. Instituitur quaestio cur neque Nestor neque Menelaus Penelopae a procis circumventae subvenerint, neque Telemachus auxilium ab iis petat, in qua solvenda praeter alia et haec dicuntur: ἄλλως τε καὶ ἀφορμὴν ἔχει Νέστωρ τε καὶ Μενέλαος τοῦ μὴ πέμψαι στρατιάν· Νέστωρ μὲν ἐκ τοῦ αὐτόπτης γενέσθαι τῆς Ἀθηνᾶς πιστεύσας τῇ Ὀδυσσέως παρουσίᾳ, ὁ δὲ ἐκ Πρωτέως ἀκούσας. τί οὖν ἔδει ὑφαρπάζειν τῆς Ὀδυσσέως ἐκδικίας; (HMQR). Desideratur mentio eorum, quos Ulixis ultioni eripi non oportebat. Qui cum in proxime antecedentibus nullibi commemorentur, necessario addetur: τί οὖν ἔδει ὑφαρπάζειν (αὐτοὺς) τῆς Ὀδυσσέως ἐκδικίας;

δ, 178, 179. Profitetur Menelaus, si Ulixes salvus et inco-

lumis revertisset, se urbem in Argolide ei daturum fuisse pr sterili illa Ithaca florentem;

καί κέ οἱ Ἄργεϊ νάσσα πόλιν καὶ δώματ' ἔτευξα, ---
καί κε θάμ' ἐνθάδ' ἐόντες ἐμισγόμεθ' οὐδέ κεν ἡμέας
ἄλλο διέκρινεν φιλέοντέ τε τερπομένω τε,
πρίν γ' ὅτε δὴ Θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.

Scholia duo ad hos versus, in MQ servata, in utroque codi ridiculum in modum ita confusa sunt, ut pars eorum, quae primum pertinerent, medio alteri magno cum utriusque se tentiae detrimento illata legantur. Prius scholion sic editu *οὐδέ κεν ἡμέας: οὐκ ἐν τῇ Σπάρτῃ, ἀλλ' ἐν ὅλῃ τῇ χώρᾳ*, alt rum sic: *ἄλλο διέκρινε: οὐδὲν ἡμῖν διέζευξε τῆς φιλίας τὴν* . *φροσύνην, ἢ ὥ σ τ ε κ α τ ὰ δ ι α δ ο χ ὴ ν ἥ κ ε ι ν π ρ ὸ ς ἀ λ λ ή λ ο υ πλὴν θάνατος.* Nec Buttmannum nec Dindorfium vidisse, qua iocalariter haec permista sint! Nemo enim praesertim admoni tus non videt, quae diductis literis significavi, — excepto prii verbo *ἤ*, — nihil ad secundum scholion pertinere, sed in contineri prioris exitum, quod itaque sic sua recuperabit: *ο ἐν τῇ Σπάρτῃ, ἀλλ' ἐν ὅλῃ τῇ χώρᾳ, ὥ σ τ ε κ α τ ὰ δ ι α δ ο χ ἥ κ ε ι ν π ρ ὸ ς ἀ λ λ ή λ ο υ ς.* Nec hoc quemquam fugiet, lemn his praescriptum falsum esse: *οὐκ ἐν τῇ Σπάρτῃ --- πρ ἀλλήλους* non inserviunt explicandis *οὐδέ κεν ἡμέας*, sed iis qu initio eiusdem versus leguntur: *καί κε θάμ' ἐνθάδ' ἐόντες ἐμισ γόμεθ'*, ac de his rectissime dicitur *οὐκ ἐν τῇ Σπάρτῃ, ἀλλ' ὅλῃ τῇ χώρᾳ* et quae deinceps sequi debere dixi. Contra *οὐ κεν ἡμέας* coniungendum est cum *ἄλλο διέκρινε*, ut coniuncti haec lemma efficiant posterioris scholii, quod ipsum quoque n eiectis quidem iis, quae perperam huc translata esse apparet persanatum est. Persanatum erit, si sic scribatur: *οὐδέ κε ἡμέας ἄλλο διέκρινε: οὐδὲν (ἂν) ἡμῖν διέζευξε τῆς φιλίας τὴ εὐφροσύνην, π λ ὴ ν ἢ* (pro *ἢ πλὴν*) *θάνατος.* Ultima duo verb (*πλὴν θάν.*) desunt in M: videlicet scriba, lepidum caput, ill *ἢ ὥστε --- ἥκειν πρὸς ἀλλήλους* sufficere ratus est ad alterun comparationis membrum explendum. Quid ex his omnibus, e omisso priore lemmate, ex discerpto secundo, ex verbis schc liorum inter se confusis et intermixtis, de codicum nostrorun conditione ac cognatione discamus, de his in altera parte aptio disputandi locus dabitur.

Prorsus idem factum est statim infra in scholio ex E ad vs. 181. Menelaus enumeratis beneficiis, quibus ei Ulixem, si adhuc in vivis esset, afficere propositum erat, tristis addit: ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτός. Lemmate ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν praemisso adnotatur: ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐῴκει [ἐπὶ πάθους παρ' Ὁμήρῳ] φθονήσειν, ἐμποδίσαι, ἀποτρέψασθαι παρὰ Διὸς ἡμῖν ἐκπλαγῆναι. Ad φθονήσειν Dindorfius: „aut φθονῆσαι scribendum, aut in proximis futurum restituendum. Nam scholiasta verbum interpretatur in libris aliis ἀγάσσασθαι, aliis (ut M) ἀγάσσεσθαι scriptum." Nihil refert ad lectionem scholii diiudicandam, utrum in Homero ἀγάσσασθαι probetur, an — quod hic sane solum rectum est — ἀγάσσεσθαι. Grammatici veteres omnes unanimi consensu ex Aristarchi doctrina Homericum μέλλεν interpretantur per ἐῴκει, — disertissime in nostris ad α 232: αὕτη ἡ λέξις οὐδέποτε κεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ χρονικῶς, ἀλλ' ἑκάστοτε ἀντὶ τοῦ ἐῴκει, — cuius qui hoc ad Iliadem docent locos accuratissime congessit Lehrsius, simul de ipsa doctrina prudentissime admonens. Hoc autem ἐῴκει quoniam grammatici cum *aoristi* infinitivo consociare amant, — unum ex vicinia locum arcessam, δ 274, ubi verba κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλεν redduntur per: προτρέψαι δέ σε ἐῴκει ὁ θεὸς κτλ., — nihil verius est quam nostro quoque loco scribendum esse pro futuro aoristum φθονῆσαι. Sed hoc leve est, veniamus ad rem ipsam. Ad verba scholii: ἐπὶ πάθους παρ' Ὁμήρῳ iterum haec sunt Dindorfii: „haec et quae mox sequuntur παρὰ Διὸς ἡμῖν ἐκπλαγῆναι intelligi non possunt. Videntur loco alieno illata esse." In his et aliquid veri est et aliquid falsi. Verum est prioribus illis, quae ipse quoque cancellis sepsi, orationis nexum conturbari. Verum est, in postremis quae notavit Dindorfius verbum ἐκπλαγῆναι nullum idoneum sensum reddere atque adeo corruptum videri. Quid lateat reperire mihi non contigit, fuisse aliquid quod significet: παρὰ Διὸς ἡμῖν συμβῆναι, χαρισθῆναι vel simile quid, verosimillimum mihi videtur. Sed hoc certe verum mihi non videtur, ultima haec verba „loco alieno illata esse;" quin sunt ad sententiam explendam tantum non necessaria, quod tum etiam clarius apparebit, ubi aliquando cognoverimus quid pro corrupto ultimo verbo *certo* sit restituendum. Superiora autem illa: ἐπὶ πάθους

παρ' Ὁμήρῳ sunt quidem „alieno" loco illata, sed tamen it ut locus quo pertineant non procul arcessendus sit. Ips enim rem mihi sic propono, ut ad idem μέλλεν duple scholion adscriptum fuerit, quorum alterum, — plane ut supr vidimus, — nescio quo casu in medium alterum irrepseri Primum exegeticum est: ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν: ἀλλὰ ταῦτ μὲν ἐῴκει φθονῆσαι, ἐμποδίσαι, ἀποτρέψασθαι (sc. δαίμων τι παρὰ Διὸς ἡμῖν ἐκπλαγῆναι (?), — alterum breve gramm ticum: μέλλεν: ἐπὶ πάθους παρ' Ὁμήρῳ. Nusquam alibi scholiis ita exponi de verbo ἔμελλε ultro fateor; omnibus locis, — suntque quamplurimi, — adest Aristarcheum ἐῴκει ac pra terea nihil, sed esse observatiunculam nostram aptissimam huic loco et v. c. α 232: μέλλεν μέν ποτε οἶκος ὅδ' ἀφνε καὶ ἀμύμων || ἔμμεναι, quis non perspicit? Ad formam oratio apte comparari potest illud Zonarae de eodem vocabulo, ἔμε λεν: ἐφαίνετο, ὑπέκειτο (sic Lehrs. pro ἀπέκ.), ἐῴκει παρ' Ὁμήρ

Idem vel minore iure suspicatus est Dindorfius paulo sup (ad δ 156) ubi ad ὄρχαμε dicitur: ἡγεμών. παρὰ τὸ ἄρχ ἄρχαμος καὶ ὄρχαμος. ὡς παρδαλῆ ἡ δορὰ καὶ πάρδαλις ζῷον. (HM) Priora usque ad καὶ ὄρχαμος sunt etiam in De postremis iterum Dindorfius: „verba ab hoc loco aliena. Emendemus cum Cobeto: ὡς παρδαλῆ ἡ δορὰ καὶ πόρδαλις τ ζῷον — sic enim unanimi consensu grammatici [1]) — et iam

1) In Ven. A ad K 29: πόρδαλις τὸ ζῷον, παρδαλῆ ἡ δορά, nisi quod i verso errore πορδαλῆ in codice scriptum, quod correxit Cobetus. At quid Victori nus? τὸ μὲν ζῷον πάρδαλις, ἡ δὲ δορὰ παρδάλη (sic ap. Bekker. sed scribend παρδαλῆ) διὰ τοῦ α γράφεται. Si utrumque vocabulum in prima syllaba α h bet, cur de altero adnotatur? Immo et hic rescribendum: τὸ μὲν ζῷον πόρδαλι Sic alterum horum semper casu quodam pervertitur. Attamen quod verum est ex his ipsis testimoniis quantumvis male scriptis iam dispicere possumus, et Apollonii Sophistae observatione s. v. Πόρδαλις: τοῦ ποιητοῦ λέγοντος ποτ μὲν διὰ τοῦ ο στοιχείου, »πόρδαλις ἠδὲ μέγας σῦς" (δ 457), ποτὲ δ διὰ τοῦ α, »παρδαλέην ὤμοισιν ἔχων" (γ 17), Ἀπίων δέ φησι διαφέρειν· πόρ δαλιν μὲν γὰρ τὸ ἀρσενικόν, πάρδαλιν δὲ τὴν θήλειαν, καὶ τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ προάλ λεσθαι, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ παράλλεσθαι. Sunt haec, ut fere, *ingeniosum* Apionis co *mentum*, neque Lehrsium id praeteriit de industria in hunc grammaticum inquirente (Quaestt. Epp. p. 32.), cui Apollonius recte opponit: ῥητέον δὲ ὅτι κοινῶ φαίνεται λέγων »θώων πορδαλίων (τε add.) λύκων τ' ἤια πέλονται" (N 103)

nihil causae supererit cur verba illa ab hoc loco aliena existimentur. Immo ex grammaticorum mente non potest reperiri aliud exemplum probandae eorum etymologiae convenientius. Ὄρχαμος enim cognatum dicitur cum verbo ἄρχω, ut πόρδαλις et παρδαλῆ. Eandem vocis ὄρχαμος etymologiam, non addita tamen comparatione, habet Etymologicum Magnum s. v.: ὄρχαμος· ἡγεμών, παρὰ τὸ ἄρχω ἄρχαμος καὶ ὄρχαμος, eadem prorsus verba atque in priore nostri scholii parte. Aliam vocis derivandae viam ingredi placuit Apollonio Sophistae vel eius auctoribus, scribenti: ὄρχαμος: ἡγεμών (hinc breve suum ὄρχαμος: ἡγεμών Photius et Hesychius.) παρὰ τὸ ἐπέρχεσθαι τὰς τάξεις τῶν ὑποτεταγμένων, οἱονεὶ ἔρχαμος, itaque suo iure fecit. Sardi enim venales, atque altera etymologia alteram valet.

δ, 190. Πάντων ἐπὶ δάκρυα τετραμμένων ἔδει τινὰ παρελθεῖν [τὸν] ἐφέξοντα. At neque Helena, ἥτις γε καὶ αὐτῶν πρώτη κατάρχει, neque Telemachus neque Menelaus huic rei idonei. πιθανὸς δὲ πρὸς τοῦτο ὁ Πεισίστρατος Ὀδυσσέα μὲν ἀγνοῶν, πρὸς βραχὺ δὲ δακρύσας ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μνήμης, ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνῳ συνήθης γεγονώς· κομιδῆ γὰρ νέος τυγχάνει, καὶ οὐχ ὁμοία ἡ τελευτὴ εὐκλεής. (QR.) In his primum eiiciendum est soloecum τόν, — nisi quis putet Graecum esse παρῆλθέ τις ὁ ἐφέξων, — quod omittit R. Tum multo efficacius scribetur: ἥτις γε καὶ αὐτΗ πρώτη κατάρχει, quod vel sola verborum collocatione verum esse probatur. Tandem ultima nec cohaerent nec recte dicta sunt. Cuius enim interitus non aeque clarus? Nempe Antilochi significari obitum, ratio docet. At interpunctio, qualis quidem apud editores cernitur, de Pisistrato ipso haec dicta facit, quod absurdum. Sed huius rei facillima medela est. Illud gravius, quod Graece non dici potest τελευτὴ ὁμοία εὐκλεής. Utrique malo medebitur

---

ὥστε ἐπὶ τοῦ ζῴου διὰ τοῦ ο, ἐπὶ δὲ τῆς δορᾶς διὰ τοῦ α. Nunc iam dubitare non amplius datur et ex serie literarum, — media enim nostra collocantur inter πορφύρῃ et πορφύρεος θάνατος — et ex expressis lexicographi verbis, cui sua aperte debent et Etymologi et Photius. Caeterum cum supra „unanimem consensum grammaticorum" commemorarem, non eram nescius Larochio scripturam πάρδαλις Aristarcheam videri scholiis ad N 103, P 20, Φ 573 nixo, sed et de hoc et cui Apollonius sua nunc debeat, in altera parte fusius disputabitur.

haec et lectio et interpunctio: πιθανὸς δὲ πρὸς τοῦτο ὁ Πεισ-στρατος --- πρὸς βραχὺ δὲ δακρύσας ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μνήμης ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνῳ συνήθης γεγονώς· κομιδῇ γὰρ νέος τυγχάνει· (οὐ καὶ οὐχ ὁμοίως ἡ τελευτὴ εὐκλεής.

δ, 221. Flentibus Helena miscet Φάρμακον --- νηπενθές τ' ἄχολόν τε. κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. De accentu vocis ἐπίληθον nota est Herodiani: ὁ Ἀσκαλωνίτης περισπᾷ μετοχὴν ἀκούων. Ἀρίσταρχος δὲ προπαροξύνει ὄνομα ἐκδεχόμενος. οὕτω δὲ καὶ ἡμῖν ἀρέσκει, ἐπεὶ καὶ τὰ προκείμενα ὀνόματα ἐπίθετα ἦν, „νηπενθές τ' ἄχολόν τε." (HQ) Inversus ordo magis Aristarchi et Herodiani sententiam exprimet: ἐπεὶ καὶ τὰ προκείμενα ἐπίθετα ὀνόματα ἦν, „νηπενθές τ' ἄχολόν τε." Num quae H manca habet: ἐπεὶ κ. τὰ προκ. ὀνομαστικὰ πενθές, ex vetere correctione orta sint, (ὀνόματα ἐπιθετικά), non definio. In initio necessario scribendum esse ὁ Ἀσκαλ. προπερισπᾷ, — quod et Eustathius habet et Dindorfius requirit, — non est quod moneam. Omissa enim prior praepositio merus scribae cuiusdam error est, omniaque recte scripta conspiciuntur in TV. ἐπίληθον: προπαροξυτόνως, ἵν' ᾖ ἐπιληστικόν. (Suidas ἐπίλ.: τὸ λανθαστικόν, forma permira.) οἱ δὲ προπεριέσπασαν, ἵν' ᾖ ἐπιλανθάνεσθαι ποιοῦν, quod ex superioribus noto modo esse excerptum sponte apparet.

δ, 223. Pergit poëta in describenda vi τοῦ νηπενθοῦς, quod qui ebiberit, — inquit, — οὔ κεν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν, ne tum quidem, si aut parentum obitum aut fratrem carissimaque liberorum capita contrucidari conspexisset. Breviter ad haec Q: ἀσφαλῶς τὸ ἐφημέριος. ἀπάθειαν γὰρ τῶν τοιούτων κακῶν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. Atqui νηπενθὲς illud hanc ἀπάθειαν praebet quidem, sed — vel ipso scholiasta indicante, — unum tantum diem. Itaque scriptum fuit, — certe scribendum est, — ἀπάθειαν γὰρ τῶν τοιούτων κακῶν οὐκ ἔστι τηρεῖν.

δ, 228 ad Πολύδαμνα: ἀμφίβολα πότερον τῆς φαρμακίδος ἐστὶ τὸ ὄνομα, ἢ τὰ φάρμακα τὰ πολλοὺς δαμάζοντα. (MV) Oportet ἀμφίβολον.

, 244. Ταύτην ἐπελέξατο (ἡ Ἑλένη) τοῦ ἀνδρὸς τὴν πρᾶξιν, τὸ πᾶν ὠφεληκυῖα αὐτὸν φαίνεται. Credam ἐξελέξατο ali-nto rectius esse.

, 245. Revertendum est ad scholion ex Q, adscriptum tae narrationi de Ulixe mendici habitu Troiam intrante, us initium iam supra (p. 147) tetigi, vel potius ad duo ae videntur esse super hanc rem scholia. Διὰ πολλὰ -- stor incipit — τῆς πράξεως ταύτης μνημονεύει ὁ ποιητής, ὅτι ---, καὶ πρὸς τὴν μνηστηροκτονίαν ταῦτα ᾠκονόμηται, μηδὲ τοῖς μνηστῆρσι συνὼν ἐν τοιούτῳ σχήματι ἀπίθανον ἴνοιτο. [τὸ] πιθανὸν δὲ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν Τηλεμάχου πίστιν. ἑμενος γὰρ ταύτην τὴν διήγησιν, ἑτοιμοτέρως καὶ παρ' Εὐμαίῳ τεύει τοῦτον εἶναι τὸν πατέρα τὸν τοῦ πτωχοῦ πρόσωπον ὑπο-όμενον. (Q.) Tum, quasi nova observatio sequatur, ex eodem codice subiunguntur haecce: πιστεύει αὐτῷ ἐπιθέσθαι βου-μένῳ τοῖς μνηστῆρσιν. ὁ γὰρ καὶ πληγὰς καρτερήσας ὑπὲρ κοινῇ συμφερόντων καὶ πόλεως ὅλης καταφρονήσας, πῶς ἰδίων ἀποστήσεται; Ne ullum quidem sensum vel me-rem haec ultima praebent sic separatim lecta; quippe e pertineant ad exponendas causas iam supra exponi tas, cur haec quoque Helenae de Ulixis dolo narratio faciat τὴν Τηλεμάχου πίστιν in ulterioribus Odysseae partibus. mobrem quae nescio quo casu cum sententiae detrimento a erioribus avulsa sunt quantocius de integro cum iis coniun-tur sic connexa: δεξάμενος γὰρ ταύτην τὴν διήγησιν, ἑτοιμο-ως καὶ παρ' Εὐμαίῳ πιστεύει τοῦτον εἶναι τὸν πατέρα τὸν τοῦ χοῦ πρόσωπον ὑποκρινόμενον, πιστεύει (Δ') αὐτῷ ἐπιθέσθαι λευομένῳ τοῖς μνηστῆρσιν. In sequentibus lectio Eustathii a dorfio memorata: πῶς τῶν ἰδίων οὐ προστήσεται multo ex-itior mihi videtur ac lectioni nostri codicis ἀποστήσεται ge praeferenda. Quod supra in his: ἵνα μηδὲ τ. μνηστῆρσι ὢν ἐν τοιούτῳ σχήματι ἀπίθανOC φαίνοιτο (sc. Ulixes), pro θανον requiritur, unusquisque sponte videt, nec quod τὸ usi ante πιθανὸν ex apertissima dittographia ortum quem-m harum rerum intellegentem improbantem habebit.

, 247. Ἄλλῳ δ' αὐτὸν φωτὶ κατακρύπτων ἤϊσκεν. Ad haec

HMQ: ἀπὸ κοινοῦ τὸ αὐτόν, ἵν' ᾖ, καταχρύπτων νῦν ἑαυτὸν ἤϊσκε αὐτὸν ἄλλῳ φωτὶ καὶ οὐκ 'Οδυσσεῖ. Immo: ἤϊσκεν αὐτόν ἄλλῳ φωτί. Nam haec est vis locutionis ἀπὸ κοινοῦ, optime exposita a Buttmanno ad γ 104.

δ, 252. 'Αλλ' ὅτε δή μιν ἐγὼ λόεον, — narrare pergit Helena. Ultimum verbum sic efferunt editiones et veteres et recentiores quas sciam. At lemma codicum HQ: ἀλλ' ὅτε δ. μ. ἐγὼν ἐλόευν, cum hac observatione: οὕτως ἔλουον. ἐπιτηδὲς δὲ αὐτὸν λούει, ἵνα δι' ὧν τὸ λανθάνειν ἐπορίζετο ῥακῶν, τούτων αὐτὸν ἀφελομένων γνωριμώτερον ποιήσηται, ἐπείτοι γε παρ' 'Ομήρῳ παρθένων ἐστὶν ἔθος τὸ λούειν τοὺς ξένους. Primum varians lectio ita redintegranda. ἐλόευν: οὕτως (ἀντὶ τοῦ) ἔλουον, (eandem agnoscit Schol. ex LV ad E 905.) nam sic haec efferri solent praesertim in H. Caetera, quae agunt de quaestione inter grammaticos notissima ac pluribus scholiis agitata, unum vitium obsidet sed ridiculum prae omnibus. 'Ράκη enim ἀφελόμενα non facile quis viderit, ἀφαιρεθέντα videre potest. Sed legendum: de industria Helena Ulixem lavat ἵνα δ' ὧν τὸ λανθάνειν ἐπορίζετο ῥακῶν, τούτων αὐτὸν ἀφελομένH γνωριμώτερον ποιήσηται. Ita et sententiae satisfit et idem brevius est in scholio ex E hinc contracto: ἐξεπίτηδες 'Ελένη λούει αὐτόν, διὰ τὸ ἀκριβῶς γνῶσιν σχεῖν, ἐπεὶ ταῖς παρθένοις τοῦτο ἐφεῖται.

Statim post eodem versu optime in Homero editur: καὶ χρῖον ἐλαίῳ. At M: καὶ ἔχρισ' sed in textu superscriptum: ἢ καὶ χρῖον. Solennis formula est: γρ. καὶ χρῖον, eamque et hic obtinuisse putem.

δ, 255. Iurat Helena μὴ μὲν πρὶν 'Οδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι, || πρίν γε τὸν ἐς νῆάς τε θοὰς κλισίας τ' ἀφικέσθαι — Tricati sunt in his grammatici, quorum sententia ita exponitur in E: τὸ πρίν μὴ νόει μοι τοιοῦτον ὅτι μετὰ τὸ ἀπελθεῖν τὸν 'Οδυσσέα εἰς τὰς νῆας ἔμελλεν ἡ 'Ελένη εἰπεῖν. οὐδ' ὅλως γὰρ οὔτε πρώην οὔτε ὕστερον ἔμελλεν εἰπεῖν. τοιοῦτον γὰρ τὸ πρὶν ἐνταῦθα. εἰ γὰρ εἶπεν, εὐθέως διεσπάσαντο αὐτὴν ὡς μὴ ὁμολογήσασαν. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἡ 'Εκάβη ἀγνοεῖ τὴν 'Οδυσσέως εἰσέλευσιν· εἰ γὰρ ἔγνω, οὐκ ἂν ἐσίγησεν. Pro εὐθέως διεσπάσαντο in codice est διεσπουδάσαντο, quod recte emendavit Buttmannus,

ιοὺ ἂν additum oportet: εἰ γὰρ εἶπεν, εὐθέως ἂν διεσπά-
ιώτην, quemadmodum statim infra recte scriptum est:
ἔγνω, οὐκ ἂν ἐσίγησεν. Sed gravior his inest difficultas.
nim admonitus non sentiet, quam alienissimo loco com-
illa: τοιοῦτον γὰρ τὸ πρὶν ἐνταῦθα, quae et dirimunt
imenda, — arctissime enim cohaerent οὐδ' ὅλως· γὰρ
λλεν εἰπεῖν. εἰ γὰρ εἶπεν, εὐθέως κτλ., — et ipsa nihil
Quis enim expositurus, quid πρίν hic *non* significet,
oni mediae inserat: tale quid τὸ πρὶν hic valet? Ap-
m, verba eo loco quem nunc occupant esse movenda
ὡς μὴ ὁμολογήσασαν collocanda. Sed ne sic quidem
ı sensum praebent, utpote defecta. Excidit enim summa
o modo τὸ πρὶν intellegendum sit. Quae commode peti
ex ampliore super hanc ipsam rem Scholio ex HMQT
cedentem versum adscripto, de quo supra iam egimus,
s fine ita scriptum est: ἔστιν οὖν ὅμοιον τῷ „τὴν δ'ἐγὼ
ι, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν" (Α 29), καὶ „οὐδέ ποτ'
, πρίν μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται (Σ 283). Haec igitur
uoque scholio intercalanda: - - ὡς μὴ ὁμολογήσασαν. (ἔστιν
ιον - - - ἀργοὶ ἔδονται.") τοιοῦτον γὰρ τὸ πρὶν ἐνταῦθα,
ınc optime sequuntur ac concludentis sunt. Nempe qui
rpretabantur grammatici πρίν γε τὸν κτλ. quodammodo
ἀπωμοτικὸν capiebant, atque ita demum recte habebit
biungitur δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἡ Ἑκάβη ἀγνοεῖ τὴν Ὀδυσ-
σέλευσιν, quibus demonstratur, nullam vel *post* Ulixis
m Helenam eius doli mentionem iniecisse. Interpretatio-
sam contortam esse nec veram, utpote disertis poëtae
ıdversantem, supra iam monui.

ı6. Iureiurando dato, καὶ τότε δή μοι πάντα νόον κατέ-
Ἀχαιῶν. Ad νόον κατέλεξεν in PQ est: ὃν εἶχε νῦν περὶ
τοῦ ἵππου ἐπιβουλῆς. ὅτι δὲ τοῦτό φησι δῆλον ἐκ τοῦ
ἐμὸν κῆρ χαῖρε." In Palatino deëst νῦν, nec hercle
est enim molestissimum. Nos tamen eo auctore non
ıus quod nescimus cur interpolaretur, sed corrigemus:
νοῦν περὶ τῆς διὰ τοῦ ἵππου ἐπιβουλῆς, quod interprete
t.

δ, 279. In narratione de mirabili Helenae dolo, quo Graecos equo ligneo latitantes detegere conata est, haec sunt Menelai verba:

ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζες ἀρίστους,
πάντων Ἀργείων φωνὴν ἴσκουσ' ἀλόχοισιν.

Ad alterum versum legitur in E: μιμουμένη τὴν Ἑλληνίδα φωνήν. οὐ γὰρ ἂν πασῶν ἠπίστατο τὰς φωνάς. ἢ ἴσως οὐκ ἠγνόει τῶν ἀρίστων τὰς φωνάς. Nisi uberiora extarent unde haec contracta esse appareret, difficile foret ex his qualemcunque sensum elicere, nedum dispicere quorsum pertineant. Adeo inprimis ioculare est illud in initio positum γάρ, quod nullius rei causam reddit. Nunc ex scholio quod BHMQ servaverunt miseras cernimus reliquias notae Nicanoris, de more ad interpunctionem pertinentis sed simul interpretationem quoque tangentis, quod iam docuit Friedländerus. Huius ope in excerpto ex E scribendum videmus: οὐ γὰρ ἂν πασῶν ἠπίστατο τὰς φωνάς, ἀλλ' ἴσως οὐκ ἠγνόει τῶν ἀρίστων τὰς φωνάς, atque ita revera scripsisse puto epitomatorem, nisi plane socors et oscitans fuerit. Sed ne hac quidem necessaria correctione adhibita, bene rem suam gessisse censendus erit misellus scriptor, qui infantissime dixit οὐκ ἠγνόει τῶν ἀρίστων τ ὰ ς φ ω ν ά ς, et eodem vocabulo eadem prorsus forma bis intra brevissimum spatium ineleganter repetito, et τῶν ἀρίστων obscure posito pro τῶν γυναικῶν τῶν ἀρίστων. Quanto rectius et disertius uberius scholion, — etsi fortasse ne hoc quidem Nicanoris verba integra exhibet, — τοῦτο (verba πάντων Ἀργείων) ἑκατέροις δύναται προσδίδοσθαι, μᾶλλον δὲ τοῖς ἄνω, ἵνα μὴ ἀλογώτερον γένηται τὸ ζ ή τ η μ α. οὐ δυνατὸν γὰρ ταῖς ἁπάντων γυναιξὶν ὁμοφωνῆσαι, ἀ λ λ ὰ ταῖς τῶν ἀριστέων, αἷς καὶ ἐν ἔθει ἐτύγχανεν. Iam unusquisque videt, et unde et qua arte epitomator codicis E sua sumpserit. Attamen in integriore Nicanoris nota ceteroquin optime scripta unum vocabulum est quod me offendat, scribarum puto culpa. Haereo in voce ζήτημα, quam sive veterum more interpreteris per *quaestionem*, sive recentiorum per *interrogationem*, aeque inepte et indistincte ponitur pro ea fraude, qua Helena heroës latitantes ad vocem edendam pellicere conata est. Unum vocabulum novi rei exprimendae aptum et conveniens, idque fortasse restituendum erit: ἵνα μὴ ἀλογώτερον γένηται τὸ (στρα)τ ή γ η μ α.

δ, 309. Parvi momenti res observanda est in glossa ad hunc ersum, nec tamen prorsus neglegenda. Ad ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσι : στερεοῖς, ταχυτάτοις. Pro ultimo vocabulo Naberus, v. cl. eposuit quod verum est: παχυτάτοις, (Mnemos. N. S. IV p. 64); στερεοῖς Maii est pro codicis lectione στεροῖς. Non tamen uod Maius volebat hinc efficiendum erat, sed potius στερροῖς, uam formam Atticis frequentatam ne nostris quidem scriptoriius ignotam esse arguit v. c. scholion ad δ 535 (p. 219, 25) x eodem E petitum.

δ, 320. Μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι. Iterum in E: λεπτά, πρὸς ύγκρισιν τῶν βοῶν. ἢ ἀντὶ τοῦ πυκνῶς. Ad eadem verba α 92 egitur in EQV: ἤτοι λεπτὰ πρὸς σύγκρισιν τῶν βοῶν, ἢ ἀντὶ οῦ ἀδινῶς, ἵνα ᾖ πυκνῶς καὶ συνεχῶς. Est prorsus idem schoion iisdem verbis conceptum. Quamobrem hic quoque restiuendum arbitror: ἢ ἀντὶ τοῦ (ἀδινῶς, ἵν' ᾖ) πυκνῶς.

δ, 339. Pervenimus ad locum primo obtutu difficiliorem. Ienelaus omnia mala procis imprecaturus utitur nobili illa omparatione:

ὡς δ' ὁπότ' ἐν ξυλόχῳ ἔλαφος κρατεροῖο λέοντος
νεβροὺς κοιμήσασα νεηγενέας γαλαθηνούς
κνημοὺς ἐξερέῃσι καὶ ἄγκεα ποιήεντα
βοσκομένη, ὁ δ' ἔπειτα ἑὴν εἰσήλυθεν εὐνήν,
ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ἀεικέα πότμον ἐφῆκεν,
ὣς Ὀδυσεὺς κείνοισιν ἀεικέα πότμον ἐφήσει.

n Homeri ipsius loco audacior fortasse videbor si dixero, semer me haesisse in ultimo futuro, et quotiescunque hos versus elego, semper se mihi sponte offerre optativum ἐφήσοι. Non nim hic vaticinatur Menelaus, ut Minerva fecit α 202—205, ed profitetur quid fieri cummaxime cupiat. Sed nunc nois potius cum scholio res est. Splendidum locum Aristophaes intempestiva eruditione vexavit. Ad lemma ἀμφοτέροισι ὲ τοῖσι legimus in EHQT(M?): Ἀριστοφάνης τὸ ἀμφοτέροισι πὶ τῆς ἐλάφου καὶ τῶν νεβρῶν λαμβάνει. ὁ γὰρ Ἀριστοτέης ἓν φησι τίκτειν τὴν ἔλαφον, σπανίως δὲ δύο. εἰκότως δὲ Ὅμηρος τούτῳ συγχρῆται, ἵνα καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐμφεὲς ᾖ τὸ τῆς εἰκόνος. ὡς γὰρ οἱ μνηστῆρες πλεῖστοι πρὸς ἕνα,

οὕτως καὶ οἱ νεβροὶ πρὸς τὸν ἕνα ἰσχυρότερον ἀντίκεινται. In h
primum τῶν νεβρῶν vitiosum est. Etenim ἀμφοτέροισι de cer
eiusque hinnuleis simul dici nemo non videt, neque profec
tam fatuus fuit Aristophanes, ut aliter acciperet quod ali
accipi prorsus non possit. Sed Aristotelis auctoritate permotu
ἀμφοτέροισι de *una* cerva *unoque* hinnuleo ab Homero usurp
credidit, atque hac opinione perductum eum in Homero i
singularem rescripsisse: νεβρὸν κοιμήσασα νεηγενέα γαλαθην
Nauckius (Aristoph. Byz. p. 23) admodum verosimiliter con
cit. Itaque apparet in scholio rescribendum esse: Ἀριστοφάνης τὸ ἀμφοτέροισι ἐπὶ τῆς ἐλάφου καὶ τ ο ῦ ν ε β ρ ο ῦ λαμβάνει, et sic demum recte sequitur: ὁ γ ὰ ρ Ἀριστοτέλης ἕν φησι τίκτειν τὴν ἔλαφον, σπανίως δὲ δύο. Hoc καὶ τυφλῷ δῆλον, estque quod requiro in *omnibus* codicibus praeter unum. Dindorfius tamen, nescio quo iudicii errore, vitium quod in uno H est in textum invexit ac sic fecit ut Aristophanes ineptire videretur. In H autem post illud scholion, quod supra descripsi, aliud sequitur brevius eodem vitio infectum. Ἀριστοφάνης ἀμφοτέροις (l. -οισι) ἤκουσεν α ὐ τ ῇ καὶ τ ῶ ν νεβ ρ ῶ ν. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἕν φησι τίκτειν τὴν ἔλαφον. εἰρήκει δ᾽ἂν νεβρὸν κοιμήσασα. Qui ne hic quidem sentit post αὐτῇ mathematica fere dicam necessitate requiri τ ῷ νεβ ρ ῷ, nihil unquam de genere hoc sentiet. Sensit Nauckius ac correxit. At nunc iam videmus, unde et hic et in ampliore scholio idem vitium appareat. Nempe aut e compendio male lecto, aut, quod multo verosimilius mihi videtur, ex praeiudicata opinione. Sic v. c. in Porphyrii scholio de ἦ μονογραμμάτῳ apud Atticos veteres (θ 186 et E 533) *omnes* loci, qui doctrinae huius stabiliendae causa adferuntur, corrupti sunt ad eam formam quae scribis sola erat familiaris. Adfert Cratinum ἐν Πυτίνῃ· „γυνὴ δ᾽ἐκείνου πρότερον ἦ, νῦν δ᾽οὐκέτι," adfert Sophoclem ἐν τῇ Νιόβῃ· „ἦ γὰρ φίλη 'γὼ τῶνδε τοῦ προφερτέρου," adfert eiusdem Oedipum Tyrannum (vs. 1123)· „ἦ δοῦλος οὐκ ὠνητὸς ἀλλ᾽ οἴκοι τραφείς," adfert denique Platonem (Rep. I p. 328 C)· „οὐ μὴν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦ που ῥᾳδίως." *Omnibus* his quatuor locis, — incredibile dictu, — scriba codicis E, cui soli haec debemus, usitatum sibi ἦν infersit. Idem igitur nostro quoque loco usu venisse credam, ac tuto iam cum caeteris codicibus licebit reponere id, quod sensus unice flagitat. Non minus

autem perversa sunt quae sequuntur: εἰκότως δὲ Ὅμηρος τούτῳ συγχρῆται, idque, ut videtur, in omnibus. Quod iterum optime sentiens Nauckius proposuit (p. 23 not.): εἰκότως δὲ Ὁμήρῳ τοῦτο συγχωρεῖται. Sed, — quod pace viri acutissimi dictum esto, — haec restitutio minus feliciter mihi excogitata videtur. Ne dicam, non optime illud „iure tamen Homero hoc conceditur" enunciari per Ὁμήρῳ τοῦτο συγχωρεῖται, quod multo accuratius ipse Aristarchus expressit per: δοτέον δὲ τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα (ad γ 71), ne ipsa quidem haec sententia bene habet, si cum proxime antecedentibus connectatur, quod omittere non licet. Aristophanes, inquit, ἀμφοτέροισι de cerva unoque eius hinnuleo intellegit, quoniam Aristoteles semel tantum, ad summum bis, parere cervam auctor est. Iure autem Homero hoc conceditur, — sive, hoc ei vitio non vertitur, — ut numero quoque comparatio conveniat. Haeccine cohaerent? Equidem potius credam scriptum fuisse: εἰκότως δὲ Ὅμηρος τούτῳ (οὐ) συγχρῆται, ut et minore molimine locus restituatur et τούτῳ habeat, cui e praecedentibus referatur. Confusio vocularum ου̅ et σ̅υ iam Bastio (Comm. Palaeogr. p. 734) „in vulgus notissima est," nec multum dubito quin Nauckius ipse, vir clarissimus, si quando haec leget, hoc quod reponendum dixi prae suo invento probaturus sit. Caeterum, ne quid omittam, συγχρῆται ex M bene repositum est, caeteris codicibus συγχρᾶται praebentibus, quod ne ipsum quidem in nostris scriptoribus rarum aut inusitatum videri potest, cum v. c. statim in vicinia legatur παραχρᾶται γὰρ ταῖς λέξεσι. (ad δ 411, p. 211, 24). Tandem pro πλεῖστοι praetulerim: ὡς γὰρ οἱ μνηστῆρες πλείους πρὸς ἕνα, quod in Harleiani monstro πλειος latere Dindorfius optime vidit.

Non abs re erit monere negativam particulam, saepissime οὐ, nonnunquam μὴ, in nostris scholiis frequentius etiam quam in aliis scriptoribus maiore cura transscriptis desiderari. Praeter ea exempla, quae supra iam hic illic exhibui, nunc ordine potiora recensebo, neglectis tamen, quae plurifariam corrupta aliam quoque medicinam expectent. Faciam initium ab uno loco ex Veneto B, ad primores statim Iliadis versus (A 8), ubi satis mirari non possum a nullo aut editorum ant criticorum, qui

quidem ad meam notitiam pervenerunt, certum et vitium ea deprehensum et remedium adlatum. Ad versus, quos unu quisque fere tenet memoriter: τίς τ' ἄρ (τάρ) σφωε θεῶν ἔρι ξυνέηκε μάχεσθαι; || Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. κτλ. observat gram maticus nescio quis: ἐπὶ τὸ διηγηματικὸν μετιὼν ὑποβάλλει τι διηγήσεις αὐτομάτους, ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς ἀκούουσι προσκορὴς εἶνα ἀλλὰ διὰ πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως τὸν τῶν ἀκροωμένων νο ἀναρτῶν, καὶ ὑψῶν αὐτοὺς πρότερον τῇ πεύσει, εἶτα τὴν ἀπόκρισ ἐπάγων. Quod qui ita dicit, nihil dicit. Subiungit narration — inquit — sponte, simpliciter, sine arte, idque, si dis pl cet, ne lectoribus taedium afferat. Subiungit autem eas sin pliciter, — *sed* per interrogationem et responsionem! Quis ha concoquat? Contrarium dixit auctor, artem poëtae iam inde initio extollens, ἐπὶ τὸ διηγηματικὸν μετιὼν ὑποβάλλει τὰς δι γήσεις (οὐκ) αὐτομάτους, - - - ἀλλὰ διὰ πεύσεως καὶ ἀποκρίσεω Atque hoc quidem apertum esse arbitror, nunc omissam neg tionem in Scholiis ad Odysseam pervestigemus.

Igitur deëst οὐ ad β 170: οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύομαι, ἀλ εὖ εἰδώς, ad quae H: -- ὡς συνεχῶς, ἤγουν ἄπειρος, αὐτ μαντεύομαι. Neque ἀπείρητος neque οὐκ ἀπείρητος significat συν χῶς, sed correctio in promptu est: ὡς συνετός, ἤγουν (οὐ ἄπειρος, αὐτὸς μαντεύομαι. — Iterum deëst η 14: καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ἡ ἀὴρ τὸ αὐτό. ἡ ἀὴρ γὰρ ἡ ἀορασία, ὁ ἀὴρ εἰ μὴ ἔχει φωτίζον. (E) Discrimen, quod nonnulli statuebant, melius exp situm est ab Apollonio Sophista i. v. at hic confusissime; illi tamen apparet, discrimen esse statutum, quamobrem: ὁ ἀὴρ καὶ ἡ ἀὴρ (οὐ) τὸ αὐτό verius erit. — Certius est θ 246, ul Alcinous Ulixi: οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες οὐδὲ παλαιστα Ad haec quidam in T: ἐφύσαμεν. οὐκ ἤδη τὴν δύναμιν Ἀλκί νοος ἐσεμνύνετο περὶ τῶν ἰδίων πολιτῶν, ὁπότε δὲ ἔγνω ἐλάττονα πεφηνέναι τοὺς Φαίακας τοῦ Ὀδυσσέως, προσέθηκε τὸ „ἀμύμο νες", οὐχ ὑπερέχοντές ἐσμεν. Priora sensu cassa ex codice ips peritissime ita restituit Ludwichius: ἐφ' ὅσον μὲν οὐκ ᾔδε τὴν δύναμιν Ἀλκίνοος ἐσεμνύνετο περὶ τῶν ἰδίων πολιτῶν. In u timis parvum mendum relictum est. Res enim ipsa clam scribi oportere: ὁπότε δὲ ἔγνω ἐλάττονας πεφηνέναι τ. Φαίακα τ. Ὀδυσσέως, προσέθηκε τὸ „(οὐκ) ἀμύμονες," οὐχ ὑπερέχοντι ἐσμεν. — κ 305. Servatur Ulixes a fraudibus Circes, accept

a Mercurio salutari illa herba, μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. Iterum philosophum quidam agens in T: τὸ κωλυτικόν significat, inquit. εἰκότως δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς σοφὸς ὑπάρχων ἔλαβε τὸ μῶλυ, τοῦτό φησι (id est) τὸν τέλειον λόγον, ὑφ' οὗ βοηθούμενος οὐδὲν παθεῖν ἠδύνατο. μετεβάλλετο καὶ παρηγορεῖτο ἴσως διὰ τὸ μῶλυ. Sunt haec adumbrata, non optime quidem, ex Heracliti c. LXXII (p. 143 Mehl.), sed vel sine hoc auxilio unusquisque videt in fine scribendum esse: - - ἠδύνατο. (οὐ) μετεβάλλετο καὶ παρηγορεῖτο οὕτως διὰ τὸ μῶλυ, id est quod Heraclitus paulo elegantius dicit: ὑπὸ τοῦ τοιούτου φρουρούμενος Ὀδυσσεὺς λογισμοῦ τὰ Κίρκης νενίκηκε φάρμακα. — λ 324. οὐδ' ἀπόνητο: οὐδ' ἀπώνατο. συστέλλεται δὲ διὰ τὸ μέτρον. (B) Credam dedisse hominem: (οὐ) συστέλλεται δὲ διὰ τὸ μέτρον. Nempe recentiores ὠνάμην dicentes Homericum ἀπόνητο per productionem metri necessitate factam explicabant, nescii Atticos quoque veteres Ὁμηρικῶς dixisse, si fides Phrynicho solito hiatu pronuncianti: ὠνάμην, ὤνασο, ὤνατο· πάντα ἀδόκιμα, ὅταν διὰ τοῦ ᾱ. τὰ γὰρ ἀρχαῖα διὰ τοῦ η, ὠνήμην, ὤνησο, ὤνητο. — ξ 31. Ulixes a canibus Eumaei latrantibus circumfusus ἕζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. Ad haec in B est: ἀντὶ τοῦ ἔρριψεν αὐτό. φυσικὸν βοήθημά φασι πρὸς ἀποτροπὴν κυνῶν τὸ καθεσθῆναι καὶ προέσθαι τὴν ῥάβδον ὡς μὴ ἐπιτιθέμενον. ἢ διὰ φόβον. Homeri versus satis declarat scholiastam scripsisse: οὐ διὰ φόβον, comprobatque hoc V, οὐ διὰ φόβον, ἀλλ' ἑκὼν ἔρριψεν αὐτό, meliore et scriptura et ordine. — σ 323. Agitur de Melanthone Penelopes serva, quam

> παῖδα δὲ ὣς ἀτίταλλε, δίδου δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ.
> ἀλλ' οὐδ' ὧς ἔχε πένθος ἐνὶ φρεσὶ Πηνελοπείης.

Ad ἀθύρματα observatur, ea hic non proprio sensu accipienda esse, sed de mundo muliebri (ut ο 416). Observatio sic editur ex BHQ: ἡ Μελανθὼ χλιδὰς καὶ παιδιὰς ἐλάμβανεν, ἀλλ' οὐ συνεχώρει αὐτῇ Πηνελόπη ἀθύρματα, ἀλλὰ τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῆς ἔπραττε, δηλονότι νηπία ὑπάρχουσα. ἀθύρματα γάρ εἰσι τὰ τῶν νηπίων παίγνια. Ne alia tangam, perridicule Penelope dicitur δηλονότι νηπία ὑπάρχουσα, nam per Grammaticae leges nulla alia hic intellegi potest. Qui et hoc et plura alia in hoc scholio absurda, quae singillatim exponere non est opus, mecum non concoquunt, videant an sic scripta melius ca-

piant: ἡ Μελανθὼ χλιδὰς καὶ παιδιὰς ἐλάμβανεν, ἀλλ' οὐ συνεχώρει αὐτῇ ἡ Πηνελόπη ἀθύρματα· — ἀθύρματα γάρ εἰσι τὰ τῶν νηπίων παίγνια· — ἀλλὰ τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῇ ἔπραττε, δηλονότι (οὐ) νηπίᾳ ὑπαρχούσῃ. — Tandem ψ, 310—343 ex Vindobonensi 133 enotatur: ῥητορικὴν ποιεῖται ἀνακεφαλαίωσιν τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ὀδυσσείας. καλῶς οὖν ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς τρεῖς καὶ τριάκοντα. Nunc quidem coniectura opus non est, nam quod ratio requirit emendate scriptum extat in HQV: οὐ καλῶς ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς τρεῖς καὶ τριάκοντα· ῥητορικὴν γὰρ πεποίηκεν (πεποίηται optime Harleianus, Praef. p. LXX.) ἀνακεφαλαίωσιν -- τῆς Ὀδυσσείας, nec adnotassem, nisi et hoc exemplo appareret quam nullam saepe ob causam proni fuerint librarii ad negationem invita sententia omittendam.

Adiungam his paucula exempla negationis aliter obscuratae. Versus est Homeri Φ 349: καὶ καθάπαξ ξείνῳ δόμεναι τάδε τεύχεα φέρεσθαι. Ad καθάπαξ observant Vulgata: καθόλου. τοῦτο δὲ οὕτως ἔχει παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν ᾧ τῆς προηγουμένης λέξεως ληγούσης εἰς ξ, καὶ ἡ ἑξῆς ἄρχεται ἀπ' αὐτοῦ. Nihili hoc esse sensit Buttmannus ita disserens: „collato Eustathio Barn. em. οὕτως οὐκ ἔχει ἑτέρωθι: fortasse probabilius οὐχ ἑτέρωθι οὕτως ἔχει. Sed ne sic quidem recte procederet sequens ἐν ᾧ." Tentemus, si forte Buttmanni manibus satisfacere possimus: τοιοῦτο δὲ (δεύτερον add.?) οὔπως ἔχεις παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν ᾧ τῆς προηγουμένης λέξεως ληγούσης εἰς ξ, καὶ ἡ ἑξῆς ἄρχεται ἀπ' αὐτοῦ. Grammaticos etiam vetustiores nonnunquam secunda persona usos suaviter cum benevolo lectore colloqui solere, postea pluribus comprobabimus; nunc unum adscribemus recentioris exemplum ad δ 255, quem locum iam aliquoties supra attigimus: τὸ πρίν μὴ νόει μου τοιοῦτον, ὅτι -- ἔμελλεν ἡ Ἑλένη εἰπεῖν. — Idem fortasse remedium adhibendum λ 275, ubi de Oedipode: ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων || Καδμείων ἤνασσε. Erant, qui adiectivo hic aliam quam caeteris in locis significationem tribuerent: πολλὰς ἀρὰς καὶ βλάβας ὑπομεινάσῃ παρὰ θεῶν (hucusque BQ). οὐ γὰρ ἐρασμίῳ· ὅπως ἂν ἦ τῷ ὑποκειμένῳ ἀκόλουθον (V). Hic quoque admodum arridet: οὐ γὰρ ἐρασμίῳ· οὔπως ἂν ἦν τῷ ὑποκειμένῳ ἀκόλουθον.

Sic nonnunquam particula μὴ quoque evanuit coniectura revo-

canda. Ulixes ad Phaeaces (θ 230): *οἴοισιν δείδοικα ποσὶν μή τίς με παρέλθῃ || Φαιήκων.* Ad quae scholiasta: *ἐν οἷς πτοεῖται αὐτὸς ἡττηθῆναί φησιν ἑαυτὸν εὐδοκιμεῖν, ἐν οἷς δὲ αὐτοὶ πτοοῦνται ὡς ἀδόκιμοι, αὐτόν φησι μὴ ὑπερέχειν* (E). Iure Buttmanno hic de vitio suboluit, in vera tamen lectione eruenda minus quam solet feliciter versato: „*Mirus*, inquit, *casus haec videtur pervertisse.* Et ultima quidem sic sine dubio sananda *αὐτόν φησιν ὑπερέχειν*: priora sic fortasse: — *αὐτὸς, ἡττηθῆναί φησιν ἑαυτὸν τοῦ εὐδοκιμεῖν.*" Ultima sine ullo dubio recte sanata iudico, etsi causa erroris nec intellecta nec patefacta, priora autem sic, ut quo sensu Buttmanni mutatio accipienda sit prorsus non intellegam, ne tum quidem, si *ἡττηθῆναι τοῦ εὐδοκιμεῖν* pro *τοῦ εὐδοκιμεῖν ἕνεκα* accipere liceret, quod certe non licet. Si quid video, restitutio loci sine controversia corrupti et facillima est et evidentissima: *ἐν οἷς πτοεῖται αὐτὸς ἡττηθῆναι, φησὶν ἑαυτὸν (μὴ) εὐδοκιμεῖν, ἐν οἷς δὲ αὐτοὶ πτοοῦνται ὡς ἀδόκιμοι, αὐτόν φησιν ὑπερέχειν.* Nunc simul et corruptelae origo perspicitur et casus, qui Buttmanno tam mirus videbatur, unus fit ex pervulgatissimis. Nempe *μὴ* in huius codicis — vel etiam in omnium — archetypo casu inter scribendum omissum, deinde in marginem vel intra lineas insertum, ab haesitante scriba in perversum locum translatum est, ita ut, cum ad *εὐδοκιμεῖν* pertineret, ad *ὑπερέχειν* adhaeresceret. Saepius iam huiuscemodi errores notavimus et correximus, nunc alterum exemplum adiiciam itidem circa negationem falso loco insertam versans, ex eodemque codice petitum. Ad Menelai de caede fratris narrationem longiusculum legitur scholion in E (δ 535), praesertim haec verba respiciens: - - - *καὶ κατέπεφνεν*

δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.
οὐδέ τις Ἀτρείδεω ἑτάρων λίπεθ' οἵ οἱ ἕποντο,
οὐδέ τις Αἰγίσθου, ἀλλ' ἔκταθεν ἐν μεγάροισιν.

Culpata est hic Agamemnonis persona. *ἔοικεν ὡς τρυφητοῦ κατηγορεῖν τοῦ Ἀγαμέμνονος καὶ μεθύσου καὶ διὰ τοῦτο ἀγνοοῦντος καὶ τὴν αὐτοῦ ἐπιβουλὴν ὡς μεμεθυσμένου. ἀλλ' ο ὐ κ ἔ σ τ ι τ ο ῦ τ ο. ἐ θ ά ρ ρ ε ι γ ὰ ρ κ α ὶ τ ὸ ν δ ό λ ο ν ο ὐ κ ἐ ν ό η σ ε ν. εἰ δὲ καὶ βοῦν εἶπεν, ἀλλ' οὐ πρὸς ὕβριν αὐτοῦ εἶπεν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ ἐδήλωσε. κατεκτάνθη γὰρ καθήμενος ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ἐσθίων, ὡς ὅταν μὲν βοῦς στερρὸς καὶ δυνατὸς ᾖ, σφαγῇ δὲ ὅμως ἐν φάτνῃ δεδε-*

μένος καὶ ἀγνοῶν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιβουλήν. In transcursu notemus sequiorum dictiones, κατεκτάνθη, et καθῆσθαι ἐπὶ τῆς τραπέζης, et vitium facile sanabile in initio τὴν αὐτοῦ ἐπιβουλήν pro τὴν αὑτοῦ, et sic ad ea perveniamus, quorum causa totum apposuimus. Primum monemur a Buttmanno, in codice esse ἀλλ' ἔστι τοῦτο, ante ἔστι inseruisse Maium οὐκ. Laudamus factum, estque καὶ τυφλῷ δῆλον requiri negationem. Sed cur eam excidisse dicamus? Potest mero casu excidisse, ut saepe accidit. Attamen advertunt nos quae continuo sequuntur: ἐθάρρει γὰρ καὶ τὸν δόλον οὐκ ἐνόησεν. Dixisset saltem ἀλλὰ τὸν δ. οὐκ ἐνόησεν, et ne sic quidem optime dictum foret. Verum ubi semel animadvertimus eam ipsam particulam οὐκ, quae in proxime antecedentibus deërat, iniuria huc esse translatam, sententia hanc sponte formam induet: ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. ἐθάρρει γὰρ ὡς τὸν δόλον ἐνόησεν. Suspicio per se non improbabilis certior fiet, si observaverimus scholion ex E expressum esse ex nota multo antiquioris scholiastae, cuius haec verba servata sunt in PQ ad vs. 537 adscripta: τοῦτο εἰς σύστασιν τοῦ ἥρωος, ὅτι καὶ πλειόνων ὄντων τῶν ἐπιθεμένων καὶ ἐνόπλων οὐδεὶς περιεσώθη, ἐπειδὴ ἅπαξ ᾔσθετο τῆς ἐπιθέσεως γινομένης.

Praeterea μή male deëst ad κ 86, ubi Homerus de Laestrygonum terra mirum illud narrat, posse aliquem illic boves ovesque pascentem duplicem mercedem capere, ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι. Ad hos versus Cratetis legitur explicatio haec: Κράτης βραχείας αὐτοῦ ὑποτίθεται τὰς νύκτας. -- τὸν οὖν καθεύδειν παραιτούμενον διπλοῦς μισθοὺς λαμβάνειν, ἢ τὸν ἐν ὕπνῳ τὸ τῆς ἡμέρας πολὺ καταχρώμενον. (HQ) Immo vero τὸν -- μὴ καταχρώμενον. — Item π 457, ubi Minerva Ulixi, ne a subulco adgnoscatur, λυγρὰ δὲ εἵματα ἕσσε περὶ χροΐ. Exponitur λυγρὰ quid sit in V: εὐτελῆ, ἢ λαμπρά, sed verum est: εὐτελῆ, μὴ λαμπρά.

Apposuimus locos sat multos, ubi negatio aegre ac cum sententiae damno abest; sed sunt etiam aliquot, etsi numero inferiores, ubi eadem duce sententia est expungenda, cuius nunc rei exempla quaedam insigniora colligam. Penelope profectionis Telemachi tandem guara facta ancillas increpat, quae se e somno non ex-

arint ac de discessu filii certiorem fecerint. Cui iratae
ɛ Euryclea, quae sola rei fuerat conscia,

νύμφα φίλη, σὺ μὲν ἄρ με κατάκτανε νηλέϊ χαλκῷ,
ἢ ἔα ἐν μεγάρῳ· μῦθον δέ τοι οὐκ ἐπικεύσω.
ᾔδε' ἐγὼ τάδε πάντα. (δ 743—745)

lemma νύμφα φίλη HPQ: δεξιῶς οὐ περιμένει τὸν ἔλεγ- οὐδὲ φθάνει. μιᾷ δὲ τῇ μηνύσει καὶ αὐτὴν ἀξίαν τοῦ ωλέναι φησὶ διὰ τὸ πεισθῆναι τῷ Τηλεμάχῳ. αἰτίαν δὲ τῆς ῆς ὅρκον προβάλλεται. Quot errores, correctu facillimi, at ισti tamen, in sententia brevi et perspicua! Quod rei caput si Euryclea crimen nec περιμένει nec φθάνει, quid quaeso ? Sed missa argumentatione, simpliciter indicemus quid sit endum: δεξιῶς οὐ περιμένει τὸν ἔλεγχον ἀλλὰ φθάνει. ἅμα τῇ μηνύσει καὶ αὐτὴν ἀξίαν τοῦ ἀπολωλέναι φησὶ διὰ τὸ θῆναι τῷ Τηλεμάχῳ, αἰτίαν δὲ τῆς σιωπῆς (τὸν) ὅρκον προ- λεται, in quibus ἅμα pro μιᾷ recte porrexit Q. — simile vitium obsidet locum ε 418, ubi ad ἠϊόνας παραπλῆγας in EPQT adnotatur: ὀξυτόνως τὸ παραπλήξ. πλῆγας δὲ τὰς μὴ ῥᾳδίως ἢ οὐ σφοδρῶς πλησσομένας τῶν κυμάτων, διὰ τὸ μὴ ἀντικρὺς διαιρεῖν (? διαίρειν T) τῷ κτι. Ultima non expedio, priora sic videntur corrigenda: πλῆγας δὲ τὰς μετρίως ἢ οὐ σφοδρῶς πλησσομένας τῶν κυμάτων. Ὑπὸ τ. κ. omittit T, item omittit· ἢ οὐ δρῶς, incertum casu an quia in suo exemplari scriba ea ernere non potuit. — ζ 163. Ulixes suppliciter Nausi- n laudans in insula Delo dicit se vidisse φοίνικος νέον ἔρνος χόμενον. Scholiasta in BPQ: -- τὸ δὲ ἀνερχόμενον τήν τε ὑπάρχουσαν ἀκμὴν καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐσομένης αὐξήσεως θάλλει. [οὐ] τὸν ἐπὶ τῇ Λητοῖ ἀναδοθέντα φοίνικά φησιν. no hanc ipsam eum innuere caeteri auctores sunt, quibus dentibus et οὐ inducendum et post τὸν inserendum videtur δ'. n ita EV: λέγει δὲ τὸν ἀναδοθέντα φοίνικα τῇ Λητοῖ, οὗ καὶ ψαμένη ἀπεκύησε. — Tiresias Ulixi futura portendens:

δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ
ἄνδρας ὑπερφιάλους, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν. (λ 115, 116.)

hos versus servata est Aristonici nota, ex Harleiano sic ta: ὅτι οὐκ ἐνήλλακται ὁ χρόνος ὡς τὸ „σύν τε μεγάλῳ ἀπέτι- ι." (Δ 161). οὐ γὰρ ἦσαν οἱ μνηστῆρες συνηγμένοι εἰς τὸν

οἶκον Ὀδυσσέως. Quod ante multos annos conieceram: οὔπω γὰρ ἦσαν οἱ μν. συνηγμένοι, idem prorsus emendavit Cobetus, v. cl. in Mnemos. N. S. I (1873), p. 12. Idem optime monuit respici hac nota lectionem Aristophaneam, cuius obscura mentio iniicitur in scholio ad β 313, etiam hoc praeclare observans legisse nostro loco Aristophanem, non κατέδοιεν, — ut illic perperam aut scribitur aut editur, — sed κατέδονται. Haec igitur iam constant. Sed una in re ab eius sententia, si recte cepi, dissentire licebit. In Dindorfii editione scholio nostro nullum lemma praefixum est, insignitur tantum versus numero, estque is vs. 115. Igitur pertinebit nota ad verba δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ, idque Cobetus quoque comprobare videtur. Vera est quidem de verbo δήεις observatio: ὅτι οὐκ ἐνήλλακται ὁ χρόνος, at quis tandem id de hoc verbo, quod apud Homerum semper et ubique futurum est, erat docendus? Et quid sibi vult comparatio, sive idem sit sive non sit, cum verbo illo ex Iliade ἀπέτισαν? Quis mortalium inter δήεις nostrum et Iliacum ἀπέτισαν aliquid commune inveniet? Immo vero et illud ex Iliade exempli causa arcessitum verbum et memoria lectionis Aristophaneae, — et in nostro loco, quo debuit, non commemoratae, — aptiora nos docent. Nempe nota sequenti versui 116 est adscribenda ad verbum κατέδουσιν. Quod si recte posui, Aristarchus reiicere potuit Aristophaneum κατέδονται, — ut sine dubio reiecit, — non potuit scribere: ὅτι οὐκ ἐνήλλακται ὁ χρόνος. Immo plane contrarium eum dedisse suspicor: ὅτι ἐνήλλακται ὁ χρόνος: praesens positum est pro futuro in generaliore enunciatione, et sic demum clarum fit, cur illud ex Iliade „σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν" hic adhibeatur. Nam ibi quoque Zenodotus pro aoristo futurum requisivit, vulgatam lectionem tuitus est Aristarchus, quem saepe temporum enallagen admisisse novimus ac nullius saepius quam praesentis pro futuro. Nonnulla huius generis collegit Friedländerus in Schematologia Aristarchea, eius Aristonico praefixa, p. 6. Ex huius copiis duo exempla excitabo, ad Σ 136: (ἡ διπλῆ) ὅτι τὸ νεῦμαί ἐστιν ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος, ἀντὶ τοῦ νέομαι· βούλεται δὲ εἰπεῖν ἐλεύσομαι, quemadmodum nostro loco (vs. 114) est: ὀψὲ κακῶς νεῖται, ubi tamen nihil adnotatum reperitur, et omnium explicatissime ad O 351: (ἡ διπλῆ) ὅτι ἐνεστῶτι ἀντὶ μέλλοντος κέχρηται, ἐρύουσιν ἀντὶ τοῦ

νώσουσιν, ut sint instar omnium, notavitque breviter hunc praestantissimi grammatici errorem dicam an morem Lehrsius Aristarcho, p. 300 sec. ed. Et sic spero me opinionem meam primis ipsi Cobeto satis probasse, τοῦ γὰρ ἡ κρίσις. Illud iter addo, eiusdem fere formae observationem, — itidem istonici putaverim, — legi ad λ 182: ὀϊζυραὶ δέ οἱ αἰεί|| ίνουσιν νύκτες τε καὶ ἤματα δακρυχεούσῃ, sinceram in BT: διὰ τοὺς μνηστῆρας· οὔπω γὰρ ἦσαν ἐπιθέμενοι· ἀλλὰ σέ, corrigendam in V: οὐχ ὑπὸ μνηστήρων ὀχλουμένῃ· οὐποτε γὰρ οἱ μνηστῆρες, οἵ γε μετὰ τέσσαρα ἔτη ἐπίασιν· λὰ σὲ ζητούσῃ. Non dicit, *nunquam* procos adfuisse, sed *dum*, quapropter verum erit: οὐδέπω γὰρ (ἦσαν ins.) οἱ ηστῆρες, simulque in initio articulus male deëst: οὐχ ὑπὸ ῶν) μνηστήρων ὀχλουμένῃ. — Semel μὴ superesse deprehendi, π 77: δόξαν γὰρ ταῖς ἀγαθαῖς ἔφερον τὸ πολλὰ ὑπὲρ τοῦ γαμηθῆναι λαβεῖν. (H) Considerantibus paraphrasin esse ad:

ἢ ἤδη ἅμ' ἕπηται (Penelope) Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος
μνᾶται ἐνὶ μεγάροισιν ἀνὴρ καὶ πλεῖστα πόρῃσιν,

n dubium videbitur legendum esse: δόξαν γὰρ ταῖς ἀγαθαῖς ερεΝ τὸ πολλὰ ὑπὲρ τοῦ γαμηθῆναι λαβεῖν.

Affine his vitium est confusio non infrequens inter οὐ et τως vel οὗτος, atque ita, ut saepius negatio legatur pro demonstrativo, rarissime contra, cuius tamen unum olim in Observatt. p. notavimus exemplum, ad δ 199, ubi omnibus ad Menelaum in lacrimas conversis unus Pisistratus suadet luctui finem imponant. De hoc igitur scholia in Q: δαιμονος οὗτος γνωμολογεῖ περὶ πάντων ὅτι οὐ χρὴ κλαίειν, ἀλλὰ τὸ ιον πάθος ἐξήνεγκε. Quo loco nemo negabit verum esse, οὐ νωμολογεῖ --- ἀλλὰ ἐξήνεγκε. Eiusdem generis nunc alia quaedam exempla insigniora proponam, iterum ab uno ex Iliacis scholiis loco initio facto *fortasse* hoc modo in integrum restituendo. Locus quem dico Herodiani est ad M 26. Describo quemadmodum apud Dindorfium editur: ἁλίπλοα: τὴν λι, φασί, συλλαβὴν ὀξυτονητέον· κατὰ γὰρ αὐτῶν τῶν ἐρειπίων ἡ λέξις κεῖται, οὐχὶ τὰ ἐν τῇ ἁλὶ πλέοντα σημαίνεται. οὕτως Ἀλεξίων καὶ οἱ ἄλλοι. κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι τῇ προσῳδίᾳ· ἐκεῖνο γὰρ ἔχω ἀποφήνασθαι, ὡς ὅτι ὁπότερον ἐὰν σημαίνῃ προ-

παροξυτονηθήσεται. (in Lehrsii Herodiano προπαροξυνθήσεται, vel sic sat longum vocabulum est.) οὕτως γὰρ ἐμελέτησε τ παρὰ τὸ πλέω, εἴγε καὶ τὸ πρωτόπλοος προπαροξύνομεν. καὶ δῆλ ὅτι εἰς ἀποφυγὴν τῶν οὕτως παραγομένων, διπλόος, τριπλό Duo his insunt vitia, apertum alterum, alterum latentius incertioris restitutionis. Verba ὁπότερον ἐὰν σημαίνῃ corrupta laborare primo statim obtutu obviam est. Dindorfius nil neque adnotavit neque quantum video mutavit. At Lehrsiu ea res non fefellit çorruptaeque voci exclamativum „sic" a pinxit. Cur certissimum vitium certa emendatione tollere n luerit, non video. Legendum enim esse: ὡς ὅτι, ὁπότερ ἂν σημαίνῃ, προπαροξυνθήσεται, — id est, sive ἀλίπλοα prim tivam significationem retineat sive universe de ruderibus aq factis dicatur, — unusquisque, spero, mihi dabit. Locution apud omnes usitatissimae exempla conquirere fere putidum es unum adscribam, Xenophontis in Anabasi L. III, I § 42, lo lippis ac tonsoribus noto: ἐπίστασθε γὰρ δὴ ὅτι οὔτε πλῆθ ἐστιν οὔτ' ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα, ἀλλ' ὁπ τεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς τὰς ψυχὰς ἐρρωμενέστεροι ἴωσιν ἐπὶ το πολεμίους, τούτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἀντίοι οὐ δέχονται [1]). A terum quod significabam vitium erunt fortasse qui recte dictu contendant, nec Lehrsius in eo offendisse videtur. Attam mihi quidem de mendo suspecta sunt ultima: καὶ δῆλ ὅτι εἰς ἀποφυγὴν τῶν οὕτως παραγομένων, διπλόος, τ πλόος. Quod ita exponam, ut prius in lectorum memori revocem, quo sensu παράγειν, παραγωγόν, παραγωγή ap Herodianum et omnino apud antiquiores grammaticos dicat Faciunt huc inprimis duae notae Herodianeae, ad Π 635 voce εὐρυοδείης: παραγωγὸν ἡγοῦνται τὴν λέξιν, τουτέστι πα ολκὴν τῆς ἐπὶ τέλους λέξεως· διὸ ἐψίλωσαν., et Ο 7(de ὠκυάλου: ἐψίλωσαν τὸ α, παραγωγὴν δεξάμενοι καὶ οὐ σ

1) Saepissime sic loquitur Herodianus, v. c. ad Iliad. B 755: ἀπορρώξ: 'Ἀ σταρχος ὀξυτόνως, ὡς θυλακοτρώξ (Cfr. Hes et Arcad.) καὶ ἡ σύνθεσις δὲ τοῦτο ἀπα ὅτι ἂν σημαίνῃ, εἴτε πάθος εἴτε ἐνέργειαν. Sic Z 239. ἔτας: ὁ 'Ασκαλων ψιλοῖ ἐφ' οὗ ἂν τάσσηται, φησί, σημαινομένου· πολλὰ γὰρ ἡ λέξις σημαίνει. Σ 5 τὸ λίνον κατὰ βαρεῖαν τάσιν προσενεκτέον, ὅ τι ἂν σημαίνῃ, εἴτε τὴν λινῆν ἐσθ εἴτε καὶ ἐπὶ τῆς χορδῆς τάσσοιτο. εἴτε καὶ αὐτὸ τὸ λεπτὸν νῆμα, εἴτε σημα εἶδος ὕμνου. κτλ., atque ita frequenter alibi.

ἰεσιν· -- καὶ τάχα ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο ἢ τὸ ὠκὺ ἐκ τῆς λέξεως σημαίνεται [1]). Hinc Lehrsius, vir summus, aliis quoque in eandem sententiam locis adlatis, quid locutio illa grammaticorum sibi velit luculenter in Aristarcho (p. 309, 310 sec. ed.) explicavit, cuius haec inprimis verba digna sunt quae hic repetantur, cum in iis sint omnia: „Res haec est: ut alii grammatici sic Aristarchus putat in compositis nonnunquam alteram significationis partem delitescere: et quidem ita saepe ut nos nec intelligamus cur ita velit nec quid consequatur. --- Et recte accipiamus in his παράγωγον (-γόν) et παραγωγή, *quae quod videam in his per abusum quendam adhibentur, non ut vocabula non inesse dicatur* (-cantur?), *sed non significare.*" Itaque grammatici veteres credebant et veras esse terminationes paragogicas, id est tales, quae per se nihil significarent, et nonnunquam etiam vocabula vere composita paragogica fieri, id est, ut secunda compositi pars modo nihil ad significationem aut adferret aut detraheret, modo hanc ad rem prorsus necessaria esset, ut v. c. in ἁλίπλοος, εὐρυόδεια, εὐρυάγυια, ταννήκης, κελαινεφής similibus, et esse quoque verba, ubi ambigi possit sitne altera pars syllaba paragogica an verum vocabulum, quod v. c. in ὠκύαλος, θυμήρης caet. usu venit. In Iliadis loco de quo agitur: ὗε δ᾽ ἄρα Ζεύς || συνεχές, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη, (M 25, 26) id quod secundo loco posui ab Herodiano

---

1) Similiter Galenus Hippocrateum στενυγρῶσαι et στενυγροχωρίη exponens i. a. scribit: οὐκ ἔστι σύνθετον ὄνομα τὸ στενυγροχωρίη ἔκ τε τοῦ ὑγροῦ καὶ τοῦ στενοῦ καὶ τῆς χώρας γεγονός, ὥς τινες νομίζουσιν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ στενυγρόν, ὅπερ οὐδ᾽ αὐτὸ πλέον σημαίνει τοῦ στενοῦ, κατὰ παραγωγήν τινα γεγενημένης στενυγροχωρίας μηδὲν πλέον δηλούσης τῆς στενότητος. εὔδηλον δὲ τοῦτο κἀξ ὧν Σιμωνίδης εἶπεν ὧδέ πως ἐχόντων· (fr. 14 Bergk.)

οὐκ ἄν τις οὕτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν
ἀνὴρ λέοντ᾽ ἔδεισεν οὐδὲ πάρδαλιν
μοῦνος στενυγρῇ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ. (T. XIII, 1, 411.)

Et alibi: διὸ καὶ τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ στενυγρῶσαι ψιλοῦντας οὐ δασύνοντας ἀναγνωστέον ἐστίν. οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ ὑγρόν ἐν τῇ λέξει, καθάπερ ἄν τις οἰηθείη μὴ γινώσκων ὑπὸ τῶν Ἰώνων τὸ στενὸν ὀνομάζεσθαι στενυγρόν. (T. XVII, 1, p. 897.) Habemus in his exemplum et verae paragoges (στενυγρόν i. q. στενόν), et latius sic dictae. Nam in στενυγροχωρίη ut in vulgato στενοχωρια vox χώρα inest quidem, sed ita, ut nil nisi syllabae paragogicae (-της) vim vicemque obtineat.

aliisque grammaticis probari iam certum est. Quod si statuimus, rectene sequitur et cohaeret: οὕτως (i. e. προπαροξυτόνως) γὰρ ἐμελέτησε τὰ παρὰ τὸ πλέω· -- καὶ δῆλον ὅτι εἰς ἀποφυγὴν τῶν οὕτως παραγομένων, διπλόος, τριπλόος? Dixisset saltem: τῶν ἀπ' ἀριθμῶν παραγομένων vel τῶν ἄλλως παραγομένων vel simile quid. Itaque olim suspicabar, veram lectionem esse: εἰς ἀποφυγὴν τῶν οὐ παραγομένων. Etenim numeralia illa multiplicativa quibusdam grammaticis cum verbo πέλω composita videbantur, ut est in Etymologicis et Epimerismis Homericis s. v. Δίπλακα, (in Cramer. Anecdd. Oxonn. I p. 112) itaque iis vere σύνθετα fuerunt, non παραγωγά. Duo tamen sunt, quae mihi ulterius reputanti aliquam dubitationem iniecerunt, rectene hic οὕτως in οὐ mutandum censuerim. Primum pono, quae Etymologus qui Magnus audit de his in suam farraginem recepit. Διπλοῦς: ἀπὸ συναιρέσεώς ἐστι τοῦ διπλόος καὶ τριπλόος· (fort. (ὡς) καὶ (τριπλοῦς τοῦ) τριπλόος·) τὸ δὲ διπλόος καὶ τριπλόος ἀπὸ τοῦ δὶς καὶ τρὶς εἶπον· τὸ δὲ διπλοῦς καὶ τριπλοῦς οὐκ εἰσι σύνθετα. ζήτει εἰς τὸ Χοιροβοσκοῦ. παρὰ τὸ δύο πέλειν δυοπλόος καὶ διπλόος. Ultima paulo infra repetuntur s. v. Διπλῆ, et supra s. v. Ἁπλοῦς. Si ἁπλόος, διπλόος, τριπλόος, sunt ab ἃ τὸ σημαῖνον ἕν, δίς, τρίς et πέλω, difficile dictu est, quid ex veterum doctrina aliud fuerint quam σύνθετα. Sed affirmat Choeroboscus esse ex δὶς et τρὶς terminatione non explicata, contenditque ὅτι οὐκ εἰσι σύνθετα. Choerobosci liber ad manum non est, sed cum totus ab Herodiano pendeat, fieri potest ut is secus ac recentiores grammatici etymologiarum aucupes vocabula, de quibus quaerimus, non composita existimaverit sed παραγωγά [1]). Videturque, — quod secundo loco pono, — eodem tendere etiam Arcadius ita scribens: Τὰ ὥσπερ ἐντελῆ τῶν εἰς ‚πλους' ληγόντων ἁπλᾶ ὄντα παροξύνονται, διπλόος,

1) Innuere hoc videtur et Phrynichi praeceptum ex excerpto τῆς Σοφιστικῆς Προπαρασκευῆς (p. 25, 11 Bekk.): Ἁπλᾶ, διπλᾶ, τριπλᾶ καὶ τὰ ὅμοια περισπῶσιν. ὑποπίπτει γὰρ τῇ Ἰωνικῇ διαιρέσει, οἷον διπλόα διπλᾶ, καὶ τὰ ὅμοια, cui — si recte video — *contracta* forma primaria videtur. Quod si pro compositis habuisset, certe statuere non poterat. Caeterum quae super his disputavit Lobeckius (in docta nota ad Phrynichum suum p. 234) si recte cepi, in iis sunt, quibus accedere nequeam.

...πλόος, ἁπλόος. τὸ δὲ πρωτόπλοος καὶ ἀλίπλοος προπαροξύνεται, ... μὴ ἁπλᾶ [1]). Haec certe Herodiani sunt, nec quemquam ... latere potest. Quod Arcadius ἁπλόος, διπλόος, τριπλόος ...it ἁπλᾶ, id non accipiendum est quasi vere simplicia puta...it, sed sciendum hunc crassa Minerva antiquiora compilan... omnia, quae non sint σύνθετα, et vere simplicia et para...gica, ἁπλᾶ appellare [2]). Itaque Arcadius, id est Herodianus, ...πλοος compositum habet, quod tamen *nonnunquam* parago...icam significationem admittat, διπλόος et quae sunt huic similia ... *semper* paragogica sunt. Quod si ita est, verba illa, quae ... insimulo, sincera quidem non fiunt, sed τῶν οὐ παραγ. ...il magis rectum erit, et etiam accentuum ratione eodem ...dente corrigi oportebit: καὶ δῆλον ὅτι εἰς ἀποφυγὴν τῶν ὄν...ς παραγομένων, διπλόος, τριπλόος. Penes eruditum lectorem ...nunc sit, utra verbi sine dubio corrupti correctio verior videatur diiudicare.

Certior res est in nostris scholiis, v. c. ad γ 149: ὣς τὼ μὲν χαλεποῖσιν ἀμειβομένω ἐπέεσσιν || ἕστασαν, ubi ad ultimum vocabulum haec brevis nota est in M. ἕστασαν: δασύνεται· οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ ἑστήκεισαν ἐκεῖ. Immo vero: οὕτω γὰρ ἀντὶ τοῦ ἑστήκεισαν ἐκεῖ, quae ex Herodiani doctrina fluxerunt, quod vel ex huius nota ad B 777 clarum fit. Similiter Hesychius, ἕσταμεν: ἑστήκαμεν, et ἑστᾶσιν: ἑστήκασιν. Nunc tamen fortasse et alia causa fuit adnotandi. Nam, ut ex Scholiis Vulgatis conficio, hic ut alibi non raro perperam a Dindorfio omissis, fuere qui ἵστασαν scriberent pro ἔστησαν correptum scilicet. ἕστασαν: ἀντὶ τοῦ διέστησαν. — Eadem medicina adhibenda ε 29, ubi ad Ἑρμεία· σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελός ἐσσι adnotatur: ἀντὶ τοῦ ἐκεί· οὐ γὰρ προτίθεται ὁ γάρ. (E) Ain vero? Aristarchum certe

---

1) p. 42, 10 seqq. Sequitur post ea quae supra descripta sunt: τὸ δὲ ἀθρόως παροξύτονον τὸ ἅμα σημαίνει· τὸ δὲ ὀξύτονον τὸ ἄφωνον. In margine exemplaris quo utor adscriptum reperio (Lehrsii puto manu) pro ἀθρόως: L. ἀθρόος, pro ὀξύτονον: L. προπαροξύτονον, quibus correctionibus nihil est verius.

2) Hoc vel uno loco adlato satis apparebit: Τὰ εἰς ους πολυσύλλαβα ἁπλᾶ μὲν ὄντα περισπᾶται, ἀδελφιδοῦς, θυγατριδοῦς, διπλοῦς, τριπλοῦς, πλὴν τοῦ ὄδούς. τὰ δὲ σύνθετα βαρύνεται, Πειρίθους, Ἀλκίνους, εὔπλους, πολύνους, Οἰδίπους. (Arcad. p. 93, 6 seqq.)

et omnes veteres magistros alia omnia audivimus praecipiente nec quemquam vel leviter in Homero versatum fallere pot τοῦτο τὸ ἔθος τὸ τοῦ ποιητοῦ. Sed homo, ni fallor, scripsa quisquis fuit: οὕτω γάρ προτίθεται ὁ γάρ. — Nec minus es res est ad ι 353, ὣς ἐφάμην, ὁ δὲ δέκτο καὶ ἔκπιεν, ad q verba duo scholia ex T retulit Dindorfius ambo lemmate rentia. Prius integrum est: οὐδὲν ὑπονοήσας ἐδέξατο ὑπὸ εὐωδίας κρατηθείς, ἣν προῳκονόμησεν ὁ ποιητής, alterum ita conc tum: *** πιὼν ὁ τηλικοῦτος οὐ κεκράτηται, ἀλλ' ἐστὶν ἀήθης οἴνου τοῦ τοιούτου. ἀλλὰ καὶ τὸ κισσύβιον μέγιστον. Merae te brae, in quibus hoc tamen clare perspicimus, vitiosum esse κεκράτηται. Nam sive verbum hic significet „odore et dul dine victus," — ut supra ὑπὸ τῆς εὐωδίας κρατηθείς, — quod malo „vino oppressus et ebrius factus," utraque rati negatio falsa est. Cyclops et voluptate superatur et eb quam maxime fit. Itaque hoc primum teneamus, corrigend esse: οὕτω κεκράτηται, quo facto reliqua non difficulter sa buntur. Nempe est quaestio et responsio brevior, ita plenda et digerenda: (πῶς) πιὼν ὁ τηλικοῦτος οὕτω κεκράτητ ἀλλ' ἐστὶν ἀήθης τοῦ οἴνου τοῦ τοιούτου, [ἀλλὰ] καὶ τὸ κισσύ μέγιστον. Eadem dicendi forma cernitur v. c. in scholio ex apud Dindorfium ad λ 391 relato, de cuius vero quem oc pare debet loco olim in Observatt. p. 28—30 fusius disputa πῶς μὴ πιὼν τὸ αἷμα γινώσκει; πάντως (πάντες legend esse ibidem iam dixi) οὗτοι ἐν τῷ τῶν ἀτάφων εἰσὶ τόπῳ, οἱ δικάζοντες, οἱ δὲ δικαζόμενοι· μὴ πεπωκότες (δὲ τοῦ ins.) Λήθης ὕδατος φθέγγονται καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν. Ad rem quod tinet, digna sunt quae conferantur, quae ad ι 209 in H ad Homerica ἓν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα || dicuntur: τοῦτο προῳκονόμησεν, ἵνα μὴ ζητῶμεν πῶς ὁ τη κοῦτος ἐκορέσθη. Hoc quoque obiter moneo, quae rest multo melius pertinere ad ea, quae paulo infra apud Homer sequuntur (vs. 371 seqq.): ἦ καὶ ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος, κὰδ δέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ, ut iniuria a codicis sc eo relata sint, quo nunc leguntur. Quippe lemmatis absen hominem in errorem induxisse videtur. — Eadem porro m cina utendum σ 19, ubi Ulixes ad Irum ipsi invidentem: τί σε χρή || ἀλλοτρίων φθονέειν· -- ὄλβον δὲ θεοὶ μέλλου

ἐπάξειν. Duo ad ultima verba scholia spectant, alterum ex BQ: *μέλλουσι δὲ οἱ θεοὶ εὐδαιμονίαν ἡμῖν παρέχειν. ἄδηλον γὰρ τὸ τῆς τύχης ῥεῦμα*, quae pessima interpretatio est, alterum ex QV, melius poëtae sententiam exhibens, modo recte corrigatur: *ἐοίκασι δὲ οἱ θεοὶ δωρητικοὶ εἶναι εὐδαιμονίας, ὥστε οὐ φαίνονται ἡμῖν ἵλεῳ*. Hoc quidem nihil est, nam extrema aperte cum antecedentibus et cum rei natura pugnant. Videntur, inquit, dii res secundas nobis daturi, nam — non propitii nobis apparent. Quae qui non probat, fortasse probabit: *ἐοίκασι δὲ οἱ θεοὶ δωρητικοὶ εἶναι εὐδαιμονίας, ὥστε οὗτοι φανήσονται ἡμῖν ἵλεῳ*. Etenim *οὗτοι* intellegendi sunt proci, in quorum liberalitate omnis sita erat mendicorum *εὐδαιμονία*. — Tandem non dubito quin eodem remedio persanari possit locus corruptissimus ex corruptissimo codice T. Locum dico ad ι 331, ubi Ulixes socios Cyclopis antro inclusos *κλήρῳ πεπαλάχθαι* (*πεπαλάσθαι* recte recentiores) iubet, ut qui secum Cyclopa aggressuri sint indicentur. Ad haec igitur T: *καὶ ἐν Ἰλιάδι „κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε.“* (*πεπάλασθε*. H 171) *καὶ ἴσως διὰ χειρός. κακῶς δέ φασιν ἐπιτρέπειν τῇ ἐκ τοῦ κλήρου τύχῃ τὸ πρᾶγμα δέ.... ἑλέσθαι τοὺς ἐπιτηδείους. ἀλλ' οὐδεὶς ἂν τοιοῦτον πρᾶγμα ἑκουσίως ὑπέστη. τὸ δὲ ἐπιλέξασθαι καταγινωσκόντων ἦν τῶν λοιπῶν. πρὸ καιροῦ δὲ ὁ κλῆρος· οὐ γὰρ ἐν ταῖς χρείαις ἕκαστα δεῖ πράττειν*. Priora iam olim correxit Cobetus: *δέον ἑλέσθαι τοὺς ἐπιτηδείους*, et post paulo: *τὸ δὲ ἐπιλέξασθαι καταγινώσκοντος ἦν τῶν λοιπῶν*. (Mnem. N.S. 1873, I p. 2), similiaque leguntur in Scholiis ad Iliadis locum in nostris citatum: *ἀνοήτως δέ, φασίν, ἐπὶ κλῆρον ἔρχεται· δέον γὰρ ἑλέσθαι τὸν ἄριστον πάντων, ὅπου τοιοῦτος ὁ κίνδυνος ἦν, τὸν δὲ φαυλότατον* (immo: *φαυλότερον*) *ἐᾶσαι. τοῦτο δὲ ποιεῖ ὁ Νέστωρ, ἵνα μηθ' ἑνὸς* (cod. *μηδενὸς*) *προκριθέντος ὑβρισθῶσιν οἱ λοιποί, τῷ τε πολεμίῳ ἐνδείκνυται* (l. *-νύηται*) *ὅτι οὐχ ἕνα μόνον οἴεται ἀξιόχρεων εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν μάχην,* [*καὶ*] *ἵνα μήτε νικήσας τὸν ἄριστον δοκῇ νενικηκέναι, ἀλλὰ τὸν ὑπὸ κλήρου δεδομένον, μήτε λειφθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρίστου λελεῖφθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ λαχόντος τὸν κλῆρον* [1]). Neque aliter loquitur

---

1) Omnino inducendum *καί*, quod servatum neque a verbo *ποιεῖ* pendere potest, quod hic soloecum tantum, neque ab *ἐνδείκνυται*, (sive *-νύηται*) quod et absurdum et simul soloecum.

Plutarchus adv. Coloten, p. 1107 F: *οὐ γὰρ ἄγαμαι τὸ τοῦ Νέστορος ἑλέσθαι δέον ἐκ τῶν ἐννέα τὸν ἄριστον ἐπὶ τῇ τύχῃ ποιουμένου καὶ διακληροῦντος*, emendatus a Cobeto Mnemos. N. S. VI p, 47, et ipse eodem in eadem re participio utens. Haec igitur iam in integrum restituta sunt. At ultima nostri scholii etiam nunc pessime laborant. Qui enim dicit: *πρὸ καιροῦ δὲ ὁ κλῆρος· οὐ γὰρ ἐν τ. χρείαις ἕκαστα δεῖ πράττειν*, satin sanus is esse videbitur? Quis enim non sexcenties et vidit et comperit, plane contra esse? Quis nescit decantata illa: *Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χρειὼ κεν ἀνεύροι;* (Stob. Floril. Tit. LX, § 10.) et Euripideum: *Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.* (ap. Stob. Floril. Tit. XXIX § 55.)? His igitur ducibus verum eruamus: *πρὸ καιροῦ δὲ ὁ κλῆρος· οὕτω γὰρ ἐν ταῖς χρείαις ἕκαστος ἃ δεῖ πράττει.* Opportunitatis vicem, inquit, sors obtinet: ita enim, ubi opus est, unusquisque agit quod agendum est.

Ad quartum librum reduces primum videamus δ 387, ubi Idothea Homerico more ita patrem suum indicat: *τὸν δέ τ' ἐμόν φασιν πατέρ' ἔμμεναι ἠδὲ τεκέσθαι.* Movetur, sed brevius, eadem controversia atque in primo libro vidimus de eodem Telemachi responso. *Τὸ γὰρ „φασίν" ἀμφιβαλλούσης ἐστὶ καὶ διανοουμένης περὶ τοῦ πατρός.* (M) Aliquanto rectius *διχονοούσης* dicetur, ut ad γ 127: *οὔτε -- δίχ' ἐβάζομεν: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐδιχονοοῦμεν.*

δ, 404. *Ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης || ἀθρόαι εὕδουσιν.* Quaeritur, quo pacto epitheton *καλῆς* sit accipiendum: *ἤτοι τῆς εὐμόρφου, τῆς χρησίμου. -- ἀλλὰ τὸ μὲν εὐμόρφου, εἰ Νηρηΐδα εἶπες τὴν Ἁλοσύδνην, τὴν Ἀμφιτρίτην καλουμένην· εἰ δὲ ἐπὶ θαλάσσης, τὸ καλῆς ἤτοι χρησίμου.* (E) Sunt haec ita constituenda, — nihil enim opus est demonstrare, quid in iis vitiosum sit, — *ἤτοι τῆς εὐμόρφου Ἢ τῆς χρησίμου. -- ἀλλὰ τὸ μὲν εὐμόρφου, εἰ Νηρηΐδα εἶπε τὴν Ἁλοσύδνην --· εἰ δὲ ἐπὶ θαλάσσης, τὸ καλῆς ἔσται χρησίμου.* Breviter sed in eandem sententiam Apollonius s. v.: *Ἁλοσύδνην: τὴν ἐν ἁλὶ σευομένην, οἷον ἐνάλιον· „νέποδες καλῆς Ἁλοσύδνης." οἱ μὲν τῆς θαλάσσης, ἔνιοι δὲ. τῆς Ἀμφιτρίτης*, in alia omnia abeunt Epi-

merismorum Homericorum auctor et uterque Etymologus. Quod pro inepta secunda persona restitui εἶπε, monendum est saepe ita loqui scholiastas de Homero, v. c. paulo infra ad vs. 456 ὄπισθεν ἑρπετὰ εἶπε μόνον, καὶ νῦν λέοντα καὶ πάρδαλιν καὶ σῦν, ε 69 ad ἡμερὶς ἡβώωσα: τὴν ἄμπελον εἶπεν, et sic sexcenties.

δ, 418. Ἑρπετά: νῦν καταχρηστικῶς τὰ ζῷα ἑρπετὰ λέγει. (BP.) Ex Vreponendum esse: νῦν καταχρηστικῶς (πάντα) τὰ ζῷα ἑρπετὰ λέγει, sponte patet.

δ, 441. κεῖθι δὴ αἰνότατος: αἱ πλείους „ἔνθα κεν αἰνότατος," ὡς τὸ „ἔνθα κε λοιγὸς ἔην." (Θ 130). ἀντὶ τοῦ δυσχερέστατος. (HPQ) Malim, repetito vocabulo Homerico, (αἰνότατος): ἀντὶ τοῦ δυσχερέστατος, praesertim cum ante ἀντὶ τοῦ facillime potuerit excidere.

δ, 474. Cum lemmate πόντον legitur futile scholion in E: ἰστέον· ὅτι δύο σημαίνει, τὸν ποταμὸν τὸ ῥεῖθρον, καὶ τὸν ἐπιστατοῦντα δαίμονα, ὡς εἶπον οἱ θεολόγοι. In Homero est: σὴν ἐς πατρίδ' ἵκοιο πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον — Proteus loquitur — unde frustra extundas quod adnotationi vel aliquatenus respondeat. Sed aut vehementer fallor, aut notula aliquot versus inferius retrahenda est, ut pertineat ad vs. 477: Αἰγύπτοιο, διϊπετέος ποταμοῖο utque hoc vocabulum, non πόντον, eius lemma sit. Itaque sic refictum scholion idoneum sensum praebebit: ποταμοῖο: ἰστέον ὅτι δύο σημαίνει τὸ ποταμός. τὸ ῥεῖθρον καὶ τὸν ἐπιστατοῦντα δαίμονα. Similia observantur ad ε 445 in T: εὔχεται (Ulixes) τῷ ποταμῷ, ὡς ἂν ἑκάστου ἔχοντος δαίμονα. ὁ δὲ (ποιητὴς omnino inserendum. Observatt. p. 68. [1]) καὶ ἐν ταῖς κρήναις οἶδεν θεάς, ἃς Νύμφας καλεῖ. -- οὕτω πεπληρῶσθαι θείων δυνάμεων Ὅμηρος ἡγεῖται πάντα, et paulo infra ε 449, de quo loco ante dixi.

Sequitur nobilissima Porphyrii disputatio de voce διϊπετής, in nostris servata in EHQ, et cum lemmate Αἰγύπτοιο διϊπε-

---

1) Et hic et fortasse apud ipsum Porphyrium (ad Θ 1, t. III p. 339, Dind.), cuius fragmentum nostra sunt, quod editores monere neglexerunt.

τέος versui 477 adscripta: *θαυμάσαι τις ἂν πῶς τὸν ποταμὸν τοῦτον διιπετῆ εἴρηκεν. διὰ τὸ ἀφανεῖς ἔχειν τὰς πηγὰς καὶ κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους οὐρανόθεν ῥεῖν. πρῶτον μὲν καὶ τὸν Σπερχειὸν διιπετῆ λέγει· -- καὶ τὸν πρὸς τῇ Φαιάκων γῇ· --- καὶ ἁπλῶς δὲ πάντας διιπετεῖς ἐν παραβολῇ λέγει. --- διιπετεῖς οὖν τοὺς ποταμοὺς λέγει τοὺς ἐκ Διὸς γεγενημένους.* Iam satis exscripsisse mihi videor, ut appareat arenam esse sine calce. Mirari subit — sic enim Porphyrius disserere videtur, — cur Homerus Nilum *διιπετῆ* dixerit. Parata est explicatio, — quae satis abrupte sequitur, — quod fontes eius abditi lateant, quodque ex Aegyptiorum sententia de caelo fluat. Audio. Sed ecce iterum statim sequitur, ne nunc quidem ulla transitione facta, et Spercheum *διιπετῆ* dici, et qui fluvius reperitur in Phaeacum regione, et omnino omnia flumina in comparatione quadam hoc epitheto nuncupari. Iam mirari desinere licebit, opinor, cur Nilus omnium fluminum epitheto gaudeat, siquidem et ipse fluvius est. Et fluvii, pergit, ideo *διιπετεῖς* dicuntur, quod Iove prognati sint. At putabam Nilum sic dici *διὰ τὸ ἀφανεῖς ἔχειν τὰς πηγὰς καὶ κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους οὐρανόθεν ῥεῖν*! Nugae, ne canorae quidem. Attamen harum ineptiarum Porphyrius insons est. Quodsi Dindorfius recordatus esset, legi haec omnia, et sincere legi, in Quaestionum Homericarum capite XXX, haec non inemendata reliquisset, aut potius verarum lectionum aperta vestigia, quae codices nostri praebent, infelicibus coniecturis non penitus obscurasset. Etenim *θαυμάζῃ* est in omnibus, non *θαυμάσαι*, *εἰρῆσθαι* in H, non *εἴρηκεν*, quae aut vera sunt aut vero proxima; neque additum *τοῦτο δὲ ψεῦδος* post *οὐρανόθεν ῥεῖν*, ut ille volebat, — sunt haec verba in contractiore scholio ex ΠQT (p. 216, 11 seqq.) ex epitomatoris interpolatione manifesta, — aliquid concinnitatis addit natura inconcinnis. At in Quaestionibus editis omnia paucis exceptis apte et ordine procedunt. *Θαυμάσειε τις ἂν* — inquit — *τοὺς τὸν ποταμὸν οἰηθέντας, ὃν Ὅμηρος Αἴγυπτον ποταμὸν κέκληκε, διιπετῆ εἰρῆσθαι διὰ τὸ ἀφανεῖς ἔχειν τὰς πηγὰς* (*καὶ* add. ex nostris) *κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους* [*ἐν οὐρανῷ καὶ*] *οὐρανόθεν ῥεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ τὸν Σπερχειὸν διιπετῆ λέγει, --- καὶ τὸν πρὸς τῇ Φαιάκων γῇ, --- καὶ ἁπλῶς δὲ πάντας διιπετεῖς ἐν παραβολῇ λέγει. --- διιπετεῖς οὖν λέγει τοὺς ποταμοὺς* (eodem ordine atque

in H) τοὺς (malim ὡς) ἐκ Διὸς γεγενημένους. Iam clara luce fulgent omnia, ac pauca verba, casu ut opinor inter describendum omissa, omnes has turbas dedisse reperiuntur.

δ, 496. Proteus Menelaum de quorundam heroum sorte certiorem facit:

ἀρχοὶ δ' αὖ δύο μοῦνοι Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
ἐν νόστῳ ἀπόλοντο· μάχῃ δέ τε καὶ σὺ παρῆσθα.

Hi duo autem sunt Aiax Locrus et Agamemnon: τὸν Αἴαντα τὸν Λοκρὸν λέγει καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα. καὶ γὰρ αὐτὸς οὐδέπω εἰς τὴν αὐτοῦ παρῆν οἰκίαν. (HV) Quantocius reponendum est, quod Buttmannus coniecit, κ. γὰρ οὗτος, eademque opera εἰς τ. αὑτοῦ οἰκίαν rescribendum, ut utrumque de Agamemnone intellegatur. Cur? inquies. Respondebunt ea, quae in eandem sententiam ampliora in EQT traduntur: Αἴας ὁ Λοκρὸς καὶ Ἀγαμέμνων. ἀμφοτέρους δὲ ἐν νόστῳ ἀπολέσθαι φησὶ, παρόσον καὶ Ἀγαμέμνων ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς ἀπώλετο, οὐ φθάσας οἴκαδε ἀνελθεῖν καὶ τοὺς φίλους ἰδεῖν καὶ συγγενεῖς. Nempe quaerebant male seduli, quomodo Agamemnon commode dici potuerit. ἐν νόστῳ ἀπολέσθαι, solvebantque difficultatem ut contenderent eum interfectum esse antequam domum ac penates attingeret.

δ, 497. Continuo sequitur in E: τὸ „μάχῃ δέ τε καὶ σὺ παρῆσθα," τάχα ὁ Πρωτεύς φησι πρὸς τὸν Μενέλαον, (non ut ap. Dind. punctum) ὁ δ' Ὅμηρος πρὸς τὸν ἀκροατήν, ἐδιδάχθης, φησίν, ἐν τῇ Ἰλιάδι τίνες ἀπώλοντο, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ θέλει αὐτοὺς πάλιν ἀπαριθμεῖν. Quin homo θέλω, opinor, scripserat.

δ, 498. Sequens apud Homerum versus: εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται εὐρέϊ πόντῳ hac nota critica insignitur in H: Ζηνόδοτος τοῦτον ὅς γράφει. ἀναγκαῖον δὲ καὶ αὐτὸν εἶναι διὰ τὸ λέγειν ὕστερον (vs. 551) Μενέλαον „σὺ δὲ τρίτον ἄνδρ' ὀνόμαζε." Ad hanc (Aristonici) notam Dindorfius: „περιγράφει correxi pro ὃς γράφει, quod est apud Cramerum: nisi quis οὐ γράφει malit cum Duentzero Zenod. p. 13." Equidem certe οὐ γράφει malo, quod unice verum, sed nondum brevissima observatio integra est. Oratio enim turpiter hiat, adeo ut iterum Dindorfius: „excidit (post εἶναι) verbum a quo pendet infinitivus, nisi ἀναγ-

καῖον pro *ἀναγκαῖόν ἐστιν* accipiendum." Hoc quidem certe non ita est, nisi quis Graecum putet: *ἀναγκαῖον δέ ἐστι καὶ αὐτὸν* (*τὸν στίχον*) *εἶναι*, quod Dindorfius, qua est Graecitatis peritia, ipse omnium minime probabit. Attamen nihil est facilius, quam amissum recuperare. Scribamus: *ἀναγκαῖον δὲ καὶ αὐτὸν εἶναι* (*δῆλον*) *διὰ τὸ λέγειν ὕστερον Μενέλαον κτλ.* [1]). Apparet quam facile *δῆλον*, vel potius itacismi ratione habita *δῖλ(ον)* post *διὰ* omitti potuerit, (ΔΙΛ ΔΙΑ) eademque observatione usi iam in superioribus alium locum (ad *δ* 33, not. p. 175, 24) lenissima correctione restituimus.

δ, 507. Neptunus Aiacem Locrum vindicaturus *ἤλασε Γυραίην πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν*. De ultimis H: *Ἀττικῶς· πᾶν ἀπέσχισε τῆς πέτρας τὸ μέρος ᾧ ἐκάθητο ὁ Αἴας*. At Codex (Praef. p. LIII) *πάντα* habet a Dindorfio in *πᾶν* mutatum, qua de re lectorem monuit in Add. p. 758. Ipse aliud quid latere puto in codice pessime scripto etsi fidei maximae; nam *πᾶν* nihil ad rem facit. Explicant grammatici accusativum, ubi ex ipsorum sententia genetivus partitivus requireretur, itaque scripserunt: *Ἀττικῶς πάνυ, ἀντὶ τοῦ ἀπέσχισε τῆς πέτρας τὸ μέρος, ᾧ ἐπεκάθητο ὁ Αἴας*. Ultimi erroris codex insons est quippe in quo Dindorfio teste (Praef. p. LIII) verbum compositum diserte legatur. Prius et primarium vitium mihi ortum videtur ex compendiosa scriptura hac: *παν ἀν*. Ad rem quod attinet, iterum quae EPT habent interpretis vice fungentur *ἀπ' αὐτῆς* — inquiunt — *δέ τι ἔσχισεν, ὅ ἐστι μέρος αὐτῆς*

---

1) Düntzeriano *οὐ γράφ.*, qua coniectura mihi certe nihil evidentius videri significavi, ita obloquitur Larochius: „non assentior; nam si ita scriptum fuisset, verba sequentia *ἀναγκαῖον δὲ εἶναι* non cohaererent cum antecedentibus. Accedit quod hic v. amoveri non potest, nam ad eum referuntur quae Menelaus infra dicit *σὺ δὲ τρίτον ἄνδρ' ὀνόμαζε*, *quod Zenodotum fugere potuisse non credo*." Prius crimen (ista *ἀναγκ. δ. εἶν.* non cohaerere cum antecc.) emendatione nostra iam sublatum esse confido. Quod secundo loco posuit Larochius, quo et Düntzerianam coniecturam et meam everteret, nollem excidisset viro egregie docto. Non enim id nunc quaeritur, quid Zenodotum fugere potuisse, quid non, ipsi censeamus, *sed quid eum praetervidisse sibi persuaserit Aristonicus*. Atque hunc et calide nimis et inconsiderate de Zenodoti athetesibus, fortasse sibi ne bene quidem cognitis, indicium tulisse, luculenter admodum ostendit Pluygersius, in disputatione de Zenodoto (Progr. Leid. 1843), a Germanis calidius laudata (Sengeb. Diss. Hom. I p. 21), quam frequentius lecta.

κατέβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν. Locutionem nec infrequentem nec miram satis stabilient i. a. β 294: Ἀττικὸν λίαν φησὶν ὁ Ἀριστοφάνης τὸ ἐπιόψομαι ἀντὶ τοῦ ἐποπτεύσομαι, περιβλέψω, et μ 372: εἰς ἄτην: Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἐπὶ ἄτῃ.

δ, 555. Λαέρτεω: Ἰωνικόν. Λαέρταο ἡ εὐθεῖα Βοιωτικόν. (E) Calami lapsum credam pro: Λαέρταο ἡ γενικὴ Βοιωτικόν.

δ, 563. Ἠλύσιον πεδίον: παρὰ τὸ λύσιν εἶναι τῶν κακῶν, ἢ παρὰ τὸ τοὺς λυσσῶντας ὀνεῖσθαι. ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης ἐν ταῖς ὁδοῖς φυομένη, πορφύρεα ἔχουσα φύλλα. (T) Bellissima sane etymologia, quam me alibi legere non memini. Quamvis autem inepta sit, pro ὀνεῖσθαι, quod ne Graecum quidem est, omnino legendum: ἢ παρὰ τὸ τοὺς λυσσῶντας ὀνῆσαι. Animi causa adiungam, quae et Etymologicum Gudianum et cum eo conspirans collector nescio quis ἐκλογῶν διαφόρων λέξεων (Crameri Anecdd. Oxonn. II p. 445) de Elysio campo excerpserunt, utriusque mutua ope emendata: Ἠλύσιον πεδίον: ἐπλάσατο τοῦτο Ὅμηρος. μήποτε ἀθανατοποιόν ἐστιν, ἐπεὶ οὐ διαλύει τὰ σώματα. ἐγὼ δὲ ὑπονοῶ, ὅτι οὐκ οἶδεν (εἶδ. Gud. male) Ὅμηρος ἀθανατοποιόν, ἀλλ' ἤδειαν παρέχον (-έχων male Cram.) ζωήν. οὐ (οὕτως bellissime Cramer., de cuius generis vitio supra dixi) γὰρ λέγει ὁ Πρωτεὺς τῷ Μενελάῳ, ὅτι οὐχ εἵμαρταί σοι (οὐχ ἡμ. Gud. οὐκ ἡμ. Cram.) ἀποθανεῖν ἐν τῷ καθόλου, ἀλλ' ὅτι ἐν Ἄργει οὐ πέπρωται ἀποθανεῖν σε (deëst a Cram.). ὁ δὲ τοῦτο λέγων οὐ λέγει ὅτι ἀθάνατος ἔσει (ἔσῃ Cram., εἴῃ Gud., unde origo communiter vitiosa liquido arguitur), ἀλλ' ὅτι ἐν ἑτέρῳ τόπῳ.

σοὶ δ' οὐ θέσφατόν ἐστι, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε,
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θάνατον (θανέειν textt.) καὶ πότμον ἐπισπεῖν·
ἀλλά σ' ἐς (ἀλλ' ἐς Cram.) Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς·

ὅπου ἀποθανεῖ (-θάνῃ Cram., -θάνῃ Gud. utrumque falsum)· οὔτε γὰρ τὸν Ῥαδάμανθυν ἀθάνατόν τις ἡμῖν (-μῶν Cram.) παραδέδωκεν (παρέδ. Gud. ἀποδέδ. Cram.), οὔτε τὸν τούτου ἀδελφὸν Μίνωα, κριτὰς τῶν ἐν Ἅιδῃ. (κριτ. seqq. desunt in Gud.) — Quae in T sequuntur: ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης ἐν ταῖς ὁδοῖς φυομένη, πορφύρεα ἔχουσα φύλλα ab hoc loco aliena esse, etiam Dindorfius sensit. Quo vere pertineant, difficile dictu est. Si in re incertissima

licet coniecturam periclitari, fortasse adsignabuntur ad ι 72, ubi ex eodem T editur: τὸ ἴον εἶδος βοτάνης πλατυφύλλου ὅμοιον σελίνῳ. (p. 249, 3 Dind.) Qui factum sit ut huc pervenerint, vel difficilius dicetur, sed idem fere factum et nos supra tetigimus, et observavit Buttmannus ad ζ 103 (p. 303, 1 seqq. Dind.) his verbis: „quae abhinc in hoc scholio leguntur in PQ, quomodo huc venerint divinare nequeo. Spectant ad ι 51, ubi eadem fere repetita invenies et iterum quidem e Q." Hoc igitur incertissimum; illud certum, etsi Dindorfius diserte testatur ἔχουσα esse in T (App. p. 759), scriptorem dedisse, certe dare debuisse: εἶδος βοτάνης ἐν τ. ὁδοῖς φυομένης, πορφύρεα ἐχούσης φύλλα.

δ, 567. In Elysio αἰεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας || Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους. Observatur: δοκεῖ καὶ τοῦτο φυσικῶς εἰρηκέναι Ὅμηρος. ὁ γὰρ ζέφυρος οὐ μόνον ἐστὶ πολύκαρπος καὶ γόνιμος, --- ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὸ διανοητικὸν ἔχειν δοκεῖ καὶ πρὸς ἐπίνοιαν συντελεῖν. (ΗΡQ). Quantocius reponatur: τῇ ψυχῇ τὸ διανοητικὸν παρέχειν δοκεῖ, ne auctor plane ineptias Zephyrum habere dicat, quae impertiat.

δ, 569. Varia lectio commemoratur ad: οὕνεκ' ἔχεις Ἑλένην καί σφιν γαμβρὸς Διός ἐσσι haecce in HPQ, praeterea athetesis e Didymo excerpta(?): τινές, φίλος ἐσσί. ἐν ἐνίοις δὲ οὐ φέρεται ὁ στίχος διὰ τὸ ἀκύρως ἔχειν τὴν ἀντωνυμίαν. οὐ γὰρ Διὸς γαμβρὸς ὁ Μενέλαος. Varians lectio, quae difficultatem non tollit versumque ineptum reddit, absurdissime est excogitata, nisi aliud quid latet; athetesis contra veterem grammaticum auctorem habere mihi videtur. Sed in ea non expedio: οὐ γὰρ Διὸς γαμβρὸς ὁ Μενέλαος, nam plane contra est. Intellegerem: ἀεὶ γὰρ Διὸς γαμβρός.

δ, 590. Menelaus Telemacho iamiam discessuro promittit: δώσω δέ τοι ἀγλαὰ δῶρα || τρεῖς ἵππους καὶ δίφρον ἐΰξοον. Ad haec nota est Aristonici sed in fine et adulterata et mutila: ὅτι οὐκ ἄν, εἰ τέθριππα ᾔδεσαν, τρεῖς ἵππους ἐδίδου τῷ Τηλεμάχῳ. νῦν δὲ ξυνωρίδα δίδωσι καὶ παρήορον, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι χρώμενοι, πλὴν Ἕκτορος. (BPQT) Primum supplendum est

unde participium χρώμενοι pendeat verbum, quod fere non aliud esse potest quam εἰσάγονται, ut sit: ὡς (οἷς?) καὶ ἐν Ἰλιάδι χρώμενοι (εἰσάγονται), πλὴν Ἕκτορος. Hoc verbum hac in re fere solenne, ut v. c. in Scholiis Iliacis Θ 185: ὅτι οὐδαμοῦ Ὅμηρος τεθρίππου χρῆσιν παρεισάγει, et iterum Ψ 295: οὐ γὰρ εἰσάγει τετρώρῳ χρωμένους. Sed praeterea aliud hic observandum, ut clare appareat, — quod in simili re alicubi dixit Buttmannus, — quam egregie recentior grammaticus antiquioris observationem perverterit. Cur ad hanc rem de heroibus bigas tantum adhibentibus tam saepe attenderit ac tam frequenter inculcaverit Aristarchus, Lehrsius palam fecit in Aristarcho (p. 195, 196 sec. ed.), plurima huc pertinentia colligens. Nempe omnia faciunt ad eius athetesin probandam versus Iliadis Θ 185, ubi Hector equos suos alloquens *quatuor* nomina commemorat. Quod si ita est, ut est sine dubio, potuitne idem Aristonicus, qui in Iliade Aristarchi sententiam de hoc spurio versu tam frequenter accurate reddidit, nunc haec scribere quae in nostri scholii fine leguntur: νῦν δὲ ξυνωρίδα δίδωσι καὶ παρήορον, οἷς καὶ ἐν Ἰλιάδι χρώμενοι (εἰσάγονται), πλὴν Ἕκτορος? Hoc quidem nimis ridiculum est, itaque nostro loco haec tantum vere Aristonici sunt: ὅτι οὐκ ἄν, εἰ τέθριππα ᾔδεσαν, τρεῖς ἵππους ἐδίδου τῷ Τηλεμάχῳ. Recentior grammaticus, — Graeculum Buttmannus non iniuria dixerit, — Aristonicea dilatavit, (qua de re postea plura dicentur), eademque opera corrupit.

δ, 595. Invitat Telemachum Menelaus, ut diutius apud se remaneat, et tres equos, ut vidimus, cum curru ei dono dat. Περὶ δύο γέγονεν ὁ λόγος τῷ Μενελάῳ, περὶ τῆς ιβ' ἡμερῶν ἐπιμονῆς καὶ δωρεᾶς ἵππων. ὁ δὲ πρὸς ἄμφω συνετῶς ἀνθυποφέρει, τὴν μὲν ἑαυτοῦ ἐπιμονὴν ἑκούσιον ἀποφαίνων, ἀντιτιθεὶς δὲ τὴν τῶν ἑταίρων ἀνίαν, οὓς κατέλιπεν ἐν Πύλῳ· τὸ δὲ δῶρον ὡς ἀνεπιτήδειον οὐ δι' αὐτόν, ἀλλὰ διὰ τὴν πατρίδα ἀρνούμενος. (HQ) Numerum dierum (ιβ') Buttmannus addidit, in codicibus deëst, cum Ambrosianus περὶ τῆς ἡμερῶν ἐπιμονῆς habeat, Harleianus περὶ τε ἡμ. ἐπιμ. Quapropter fortasse rectius nullus numerus addetur sed indefinite scribetur: περί τινων ἡμερῶν ἐπιμονῆς, quemadmodum sequens quoque substantivum articulo caret. Praeterea non recte dictum crediderim, Telemachum abnuere

donum οὐ δι' αὐτὸν ἀνεπιτήδειον, potius non abnuisse ut ob *ipsum* alienum putaverim: τὸ δὲ δῶρον ὡς ἀνεπιτήδειον οὐ δι' αὐτὸ ἀλλὰ διὰ τὴν πατρίδα ἀρνούμενος.

δ, 612. Respondet Menelaus: τοίγαρ ἐγώ τοι ταῦτα μεταστήσω. Verbum ita explicatur: μεταλλάξω. ἀπὸ δὲ τῶν σταθμῶν τὰς ἀμοιβὰς ποιουμένων ἡ μεταφορά, ὅταν χρυσὸν πρὸ ἄργυρον ἢ ἄλλα ἀντικαθιστῶσιν. (BEPQT.) Itaque libram ipsam permutationem facere putabimus? Cum non putem, rescribendum censeo: ἀπὸ δὲ τῶν σταθμῷ τὰς ἀμοιβὰς ποιουμένων μεταφορά.

δ, 629. Ad ἔρχοὶ μνηστήρων legitur: γενναῖόν τι λαμβάνει ποιητής, καὶ τοὺς κακίστους μὴ ἀνάρχους λαμβάνειν. (P) αἱρήσονται οἱ μὲν ἀγαθοὶ τὸν ἀμείνω οἱ δὲ φαῦλοι τὸν φαυλότερον. (P) Apparet alterum λαμβάνειν omni ratione perversum esse, neque enim infinitivus bene habet, neque verosimile est grammaticum in tanta synonymorum copia bis eodem verbo in brevissimo intervallo usum esse. Secundum Dindorfium „scribendum collato Eustathio p. 1512, 27: μὴ ἀνάρχους θέλειν διάγειν, αἱρήσονται δὲ οἱ μέν —." Hoc verissimum (omnia enim, quae Palatinus hic ut semper Ambrosiano integrior exhibet, inserto δέ continuanda esse vel absque Eustathi indicio nemo non videat, nunc huius ope iam exploratum est et comprobatum) illud non est. Neque enim optime decurrunt ista: ὁ ποιητὴς γενναῖόν τι λαμβάνει, κ. τ. κακίστους μὴ ἀνάρχους θέλειν διάγειν, nec habent consuetam in his dicendi formam, nec duo verba cur exciderint video. Immo iam Eustathii codex mihi vitiosus in his fuisse videtur eaque verba ut saepissime, ab ipso profecta, ita tamen ut non longe absint ab eo, quod antiquiorem grammaticum revera scripsisse suspicer. Nempe hoc: γενναῖόν τι λαμβάνει ὁ ποιητής, καὶ τοὺς κακίστους μὴ ἀνάρχους εἰσάγων. αἱρήσονται δὲ οἱ μὲν ἀγαθοὶ κτλ.

δ, 646. Antinous Noëmona interrogat: ἤ σε βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρα νῆα μέλαιναν, ἦε ἑκὼν οἱ δῶκας; Ac non temere sic interrogat, ἵνα, εἰ μὲν ἑκὼν ᾖ δεδωκώς, φυλάττηται ὡς φίλον Τηλεμάχου τὸν Νοήμονα· εἰ δὲ βιασάμενος ἔχοι, κἀκεῖνον συνεργὸ

δε τὴν ἐπιβουλὴν λάβωσιν. Sic HPQT, cum lemmate male ripto εἴ σε βίῃ. In ipso scholio cur intactum relictum sit in priore otasi εἰ μὲν — ᾖ, in altera optativus sit correctus εἰ δὲ — ἔχοι, m codices partim (HT) ἔχει dent, partim (PQ) ἔχῃ, acu- ribus relinquo divinandum. Ipse tamen Dindorfius in Ste- ani Thesauro aliquammultos locos collegit, ubi εἰ apud se- iores cum coniunctivo construitur, neque in nostra farragine ctoritates desunt, v. c. ad γ 296 (p. 148, 2.) Multo rectius rrigetur ἵνα — φυλάττηται, pro quo HT φυλάττεται. Plu- lem requiri et res ipsa satis ostendit, — cur enim Antinous ius magis quam caeteri proci a Noëmone caveret? — et se- iens λάβωσιν. Verum erit: ἵνα, εἰ μὲν ἑκὼν ᾖ δεδωκώς, φυ- ἀττωνται ὡς φίλον Τηλεμάχου τὸν Νοήμονα, εἰ δὲ βιασάμενος ἔχῃ, κἀκεῖνον συνεργὸν πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν λάβωσιν. Obiter moneo, nnunquam ἵνα et ὅπως soloece cum futuro et perfecto indicativi ructum reperiri, quod tamen librariis imputaverim, adeoque orrexerim v. c. δ 184 (p. 191, 17) δαιμονίως ἀντιλαμβανόμενος ποιητής, ὅπως κεκίνηκε τὸν οἶκτον τῶν ἀκροατῶν, φαντασίαν ἐπὶ οὺς τότε ἀκούοντας μετήνεγκε. κτλ. (HQR) Quis horum quidquam ntellegit? Immo vero, articulo inserto et mutata interpunctione crib.: δαιμονίως ἀντιλαμβανόμενος ὁ ποιητής, ὅπως κεκινήκῃ τὸν οἶκτον, (τὴν) τῶν ἀκροατῶν φαντασίαν ἐπὶ τοὺς τότε ἀκούοντας μετήνεγκε. Neque inemendata relinquenda, quae quamvis decur- ata leguntur ad δ 589: ἄτοπον, φησί, τὸ προλέγειν. (quae Menelaus Telemacho dona promittit.) ποιεῖν γὰρ δεῖ (sic optime uttm., codex ποῖ γὰρ δή), φασὶ, τὰ τοιαῦτα καὶ μὴ προλέγειν, ι μὴ ἀπαρνήσεται ὁ λαμβάνων. ἀλλ' ἔδει παλαιῷ τοῦτο ρέον. (P) Non solum ἵνα μὴ ἀπαρνήσηται ὁ λαμβάνων scri- ndum, sed etiam ποιεῖν γὰρ δεῖ, φησί, τὰ τοιαῦτα, ut in io ἄτοπον, φησί, τὸ προλέγειν dictum est.

» 662. Ad hunc versum in HPQ prolixius adscribitur (Por- rii?) scholium de duali ἔσσε, cuius altera pars etiam in neto B legitur ad Iliad. A 104 relata, ubi eadem verba — τε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἔϊκτην — ac maiore quidem quam stro loco iure leguntur. Utroque codicum genere in auxilium dhibito textus hic illic paulo melius poterit constitui. Alterum uam dico partem ita incipit: ῥητέον οὖν ὅτι τὸ ὄσσε οὐκ ἔστιν

ἀρσενικὸν δυϊκόν· φησὶ γὰρ ὁ ποιητής· „τὼ δέ οἱ ὄσσε ποσσὶν αἱματόεντα χαμαὶ πέσον" (N 616), οὐχ αἱματόεντες. οὐδετέραν οὖν ληπτέον εὐθεῖαν, καὶ ἔσται τὸ ὄσσος ὡς ἕρκος, βέλος, τεῖχος — καὶ δὴ πληθυντικὸν κατὰ Ἀθηναίους μὲν ἕρκη, βέλη, τείχη, κατὰ δὲ τοὺς Ἴωνας ἕρκεα, βέλεα, τείχεα· καὶ δῆλον ὅτι καὶ ὄσσεα τῶν δὲ εἰς α πληθυντικῶν οὐδετέρων τὰ δυϊκὰ εἰς ε τελευτᾷ.— — σαφὲς οὖν ὅτι καὶ τείχεε λέξουσι δυϊκῶς καὶ ὄσσεε, εἶτα κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ τελικοῦ ε ὄσσε ἐγένετο. Pro οὐδετέραν in Veneto B est οὐδετέρας, in sequente καὶ cum nostris codd. consentit. Neutrum tamen rectum, sed flagitante sententia utrumque sic erit refingendum: οὐδετέρου οὖν ληπτέον εὐθεῖαν, ἀλλ' ἔσται τὸ ὄσσος ὡς ἕρκος. Nominativus singularis, inquit, neque ὄσσ est διὰ δύο σσ, neque ὄς δι' ἑνὸς σ, — de his enim in superioribus disputatum est, — sed erit ὄσσος ut ἕρκος simm. Pro καὶ δὴ πληθυντικὸν Venetus B dat: τὸ δὲ πληθ., quod unice amplectendum. Idem ante Ἴωνας articulum omittit, recte; qui enim κατὰ (immo κατ') Ἀθηναίους dederat, eundem et κατὰ δὲ Ἴωνας dedisse par est. Tandem in καὶ δῆλον ὅτι καὶ ὄσσεα Venetus alterum καὶ omittit, iniuria, — prius enim omittendum erat, — sed sic manu ducit ad id quod scriptorem dedisse arbitror: δῆλον (οὖν) ὅτι καὶ ὄσσεα, ut ei dicere solenne est. Minuta sunt quae hic sustuli vitia, ita tamen comparata ut sententiam non molestissimam inutiliter obscurent.

δ, 675. Πάθος κινεῖ τῇ Πηνελόπῃ τὸ ἐπεισόδιον, ὅταν τὸν Ὀδυσσέα θρηνοῦσα τὴν ἐπὶ τῷ παιδὶ ἀγωνίαν προσλάβῃ. (P) Quis non videt: πάθος κινεῖ τῆς Πηνελόπης τὸ ἐπεισόδιον verum esse? Edita hoc dicunt, interiectam narrationem Penelopae dolorem movere, quae delirantis sunt.

δ, 687. Lamentatur Penelope ob procos bona regia comedentes: οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι βίοτον κατακείρετε πολλόν, || κτῆσιν Τηλεμάχοιο δαΐφρονος. Observatur in PQ: περιπαθῶς ἄγαν οὐκ ἔφη Ὀδυσσέως, ἀλλὰ Τηλεμάχου. μεῖζον γὰρ φαίνεται τὸ πάθος, ὅταν καὶ περὶ ψυχὴν ἐπιβουλευόμενον τοῦτον αἴσθηται, ἥτις οὐδὲ τῆς κτήσεως ἀνέχεται. Unde genetivum pendere censeamus? Ab ἀνέχεται certe non pendet. Lacunosam sententiam sic fere sarciamus: ἥτις οὐδὲ τῆς κτήσεως (τὴν καταδαπανὴν) ἀνέ-

κεται. Idem fere paulo infra (ad vs. 697) in iisdem codd. commemoratur: *ἡ μὲν γὰρ* (Penelope) *καὶ ἐπὶ τοῖς μετρίοις χαλεπαίνει, ὁ δὲ* (Medon) *εὔχεται μὴ δέχεσθαι ἄλλην ἐπίτασιν τὸ τόλμημα τῶν μνηστήρων*.

δ, 701. De *οἴκαδε νισσόμενον*, — lemma *νεισόμενον* dat, — ita agit B, nec multum aliter Etymologi: *νέω τὸ πορεύομαι πρωτότυπον θέμα, ὁ μέλλων νέσω, καὶ ἐπενθέσει τοῦ ι νείσω, καὶ ἐκβολῇ τοῦ ε καὶ προσθέσει τοῦ ι νίσω*. Legendum: *Ἠ ἐκβολῇ τοῦ ε καὶ προσθέσει τοῦ ι νίσω*.

δ, 722. Flebiliter Penelope adloquitur ancillas: *κλῦτε, Φίλαι· πέρι γάρ μοι Ὀλύμπιος ἄλγε' ἔδωκεν*. Est ad haec verba in HPQ elegantissima observatio, quae vel sola demonstrat, quam fuerint Graeci et antiqui et recentiores acerrimi naturae humanae eiusque *παθημάτων* indagatores. Sed verba labem in describendo contraxerunt et nunc ita sunt comparata ut acutissimus scriptor, quicunque tandem fuerit, nihil dicere videatur: *Φίλας καλεῖ τὰς θεραπαίνας οἰκείως τῇ παρούσῃ περιστάσει. τοιοῦτοι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες καταβαίνοντες εἰς ταπείνωσιν, ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἀξιώματος ἐπαγόμενοι εἰς ἔλεον*. Ultima (*ἀπὸ τοῦ — — ἔλεον*) om. Q. In his quid sit *ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἀξιώματος ἐπάγεσθαι*, facilius est admirari quam intellegere; quid sibi velit *ἐπάγεσθαι εἰς ἔλεον* ad intellegendum quidem satis apertum est sed hic locorum plane absonum. Non agitur nunc de Penelope ad commiserationem perducenda, immo ipsa persona miserabilis est. Nec multum dubito, quin sic scriptoris nostri sententia restitui possit: *τοιοῦτοι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες, καταβαίνοντες εἰς ταπείνωσιν* (*καὶ*) *ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἀξιώματος* ΑΠ*αγόμενοι* ΔΙ' *ἔλεον*. Haec est, dicit, miserorum natura, ut superbiam e dignitate natam deponant ac familiariter cum inferioris conditionis hominibus versentur, quorum commiserationem obtineant. Sententia similiter conformata in sequentibus legitur (δ 830): *τοιοῦτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, μετὰ τὰ κατεπείγοντα πολυπραγμονοῦντες καὶ περὶ τῶν λοιπῶν*.

δ, 792. Ad *δόλιον περὶ κύκλον ἄγωσι* hae glossae sunt, primum in H: *κύκλον ἂν εἴποι τὸ δίκτυον*, ubi aut *τις* inserendum:

κύκλον ἂν (τις) εἴποι τὸ δίκτυον, (quemadmodum ad δ 78 ἐννοτίῳ: Ἀριστοφάνης „εἰνοδίῳ," ὡς ἄν τις εἴποι ἐν ὁδῷ,) a εἴποις scribendum, de quo interpretum more supra paucis e mus. Sequitur alia glossa eiusdem sententiae, in T sic script δόλον, κύκλῳ τὸ δίκτυον. In Harleiano est, — Dindorfio te in Praef. p. LIII — δόλιον κύκλον: τὰ δίκτυα, itaque in T quoq scribendum: δόλιον κύκλον: τὸ δίκτυον.

δ, 793. Iterum habemus Porphyrii scholium ex DE editur ac nunc quidem de interpretatione adiectivi νήδυμος, consentie illud cum iis, quae ex Veneto B et Leidensi ad Iliad. B prodierunt, — nisi quod BL initio uberiores sunt, — i tamen, ut nostra cum illis coniuncta textus integritati i serviisse potuerint Editur apud Dindorfium: καὶ οὕτως λ γουσιν „οὐδέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ" (Ω 4). Parisinus postea excussus praebuit λέγει, quod BL confirmant atque futuro nostrorum editore, spero, recipietur. Sequitur in E: δὲ νη στερητικὸν καὶ ἐν τῷ νήγρετος. ἥδιστος καὶ θανάτῳ ἄγχισ ἐοικώς. Quid D habeat non enotatum est, sed non est op auctoritate extrinsecus adscita, ut καὶ post ἥδιστος collocatu eiiciendum statuamus. Nempe est versus Homeri: νήγρετο ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς. (ν 80.) En exemplum post t alia, qua auctoritate codices nostri sint in particulis praeserti digerendis! Pergit Porphyrius: καὶ ἐπ' ἄλλων περιεχόντων κ κατειληφότων τὸν ὅλον λέγει κτλ. In D est τῶν ὅλων. Neutru rectum, corruptelae origo in promptu est. Veram lectione servat Venetus: κατειληφότων τὸ ὅλον. Ultima in Veneto lacera sunt, in nostris corrupta in hunc modum: καὶ „λιμέ ναύλοχοι ἀμφίδυμοι" (δ 846) λέγει, εἰς οὓς ἔστι δύνειν. ὅθεν κ δίδυμοι, δύο ἐκ μιᾶς καταδύσεως τῆς ἐκ γαστρός. Utrorumq ope omnia sic in integrum restituentur: κέχρηται δὲ συνθέσει τῆς λέξεως καὶ ἐν τῷ „λιμένες δ' ἔνι ναύλο αὐτῇ ἀμφίδυμοι," δύο λέγων εἰς οὓς ἔστι δύνειν. ὅθεν καὶ [δίδυμοι, δύο ἐκ μιᾶς καταδύσεως (τῆς ἐκ γαστρός.) Lunulis i clusi quae in scholiorum Iliacorum codicibus desiderantur, nostris adsunt.

δ, 819. Deplorat Penelope necem, ut sibi videbatur, et n

riti et filii, τοῦ δὴ ἐγὼ καὶ μᾶλλον ὀδύρομαι ἤπερ ἐκείνου. Ad quae in PQ haec habemus observata: γυναικείως τῷ ἤθει. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα στέργουσι τοὺς ἄνδρας, ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν ψυχῶν κινδύνοις μᾶλλον ὑπὲρ τῶν τέκνων ἀγωνιῶσιν. Levissimum est in his peccatum, nec tamen sine animadversione praetermittendum. Edita enim illud dicunt, quod sane perversum est, feminas, si maritos quam maxime diligunt suos, in capitis periculo maiore in liberos caritate teneri. At non hoc vult scriptor, sed „*etiamsi* maritos quam maxime diligant," quod Graece tantummodo sic dicetur: καὶ γὰρ εἰ (καὶ) τὰ μάλιστα στέργουσι τοὺς ἄνδρας, -- μᾶλλον ὑπὲρ τῶν τέκνων ἀγωνιῶσιν.

Ϡ, 841. Ad νυκτὸς ἀμολγῷ duplex interpretatio esse videtur, altera alteri ita repugnans, ut ei prorsus contradicat. In EHQD est: ἐν τῇ τοῦ μεσονυκτίου ὥρᾳ, καθ' ἣν ἄρα συμβέβηκεν ἀμέλγεσθαι τὰ ζῷα. Mirum tempus, dices, mulgendi pecora. Sed videamus, ecquam aliam explicationem alibi reperiamus. Ecce statim infra ex HPV haec leguntur: ἐν τῇ τοῦ μεσονυκτίου ὥρᾳ. καὶ ἔστι κατὰ τὸ ἔτυμον ἤτοι ἀμολγῷ, καθ' ἣν ὥραν συμβέβηκε μὴ ἀμέλγεσθαι τὰ ζῷα κτλ. Itaque in eodem H νυκτὸς ἀμολγῷ tempus est, quo pecora mulgentur et quo non mulgentur. Quae mirifica in eodem vocabulo interpretando contradictio etsi per se nihil habet cur scripturam vitiatam credamus, ut statim videbimus, hic tamen aliae accedunt causae, quibus permoveamur, non solum ut ἄρα mutemus in ὥραν quod D obtulit, sed etiam absque tali auxilio rescribamus: καθ' ἣν ὥραν συμβέβηκε μὴ ἀμέλγεσθαι τὰ ζῷα. Etenim prius nostrum et alterum scholium revera *unum idemque* sunt, in EHQD contractius servatum, melius uberiusque in HPV. Quod quo clarius appareat, utrumque totum subiungam. Melior quae dicitur recensio haec est: ἐν τῇ τοῦ μεσονυκτίου ὥρᾳ. καὶ ἔστι κατὰ τὸ ἔτυμον ἤτοι ἀμολγῷ, καθ' ἣν ὥραν συμβέβηκε μὴ ἀμέλγεσθαι τὰ ζῷα· ἢ κατὰ (l. κατ') ἀφαίρεσιν τοῦ γ ἀμολῷ, καθ' ἣν ὥραν οὐδεὶς μολίσκει, ὅ ἐστι βαδίζει· ἢ κατὰ (l. κατ') ἀφαίρεσιν τοῦ λ ἀμογῷ, καθ' ἣν ὥραν οὐδεὶς μογεῖ, ὅπερ ἐστὶ κακοπαθεῖ, ἀλλ' ἀναπαύεται. ταῦτα δὲ πάντα εἰς τὴν τοῦ μεσονυκτίου ὥραν καταστρέφει. Videamus nunc deteriorem recensionem: ἐν τῇ τοῦ μεσονυκτίου ὥρᾳ, καθ' ἣν ἄρα (i. e. ὥραν) συμβέβηκεν

(i. e. *-κε μὴ) ἀμέλγεσθαι τὰ ζῷα. τινὲς ἀπὸ ἀμογῶ, ὅταν οὐδεὶς μογεῖ, ὅπερ ἐστὶ κακοπαθεῖ, ἀλλὰ ἀναπαύεται. τινὲς ἀπὸ ἀμολῶ, ὅταν οὐδεὶς μολήσει, ὅ ἐστι βαδίσει. πάντα δὲ ταῦτα εἰς τὴν τοῦ μεσονυκτίου ὥραν καταστρέφει.* Satin certum videtur quod dixi? Iam intellegimus, cur tam pone sequantur *ἐν τῇ -- ὥρᾳ, καθ' ἣν ὥραν*, nempe omissis excerpendi studio, quae media interposita erant. Ad hanc lucem etiam caetera foedissima menda tollere possumus, quae nescio quo modo Dindorfii diligentiam effugerunt: *τινὲς ἀπὸ* (frustra Dindorfius „scrib. *ἀπὸ τοῦ*") *ἀμογῶ* (!) *ὅταν οὐδεὶς μογεῖ* pro: *τινὲς ἀντὶ τοῦ ἀμογῷ, ὅτε οὐδ. μογ.* tum: *τινὲς ἀπὸ ἀμολῶ, ὅταν οὐδεὶς μολήσει, ὅ ἐστι βαδίσει* pro: *τινὲς ἀντὶ τοῦ ἀμολῷ, ὅτε οὐδ. μολίσκει, ὅ ἐστι βαδίζει.* Compendifacta glossa paulo magis etiam compendifacta est apud Suidam: *Ἀμολγός: τὸ μεσονύκτιον. ἤτοι καθ' ἣν ὥραν ζῷα οὐκ ἀμέλγονται, ἢ ἀφαιρέσει τοῦ γ̄, καθ' ἣν οὐδεὶς μολεῖ, ἢ ἀφαιρέσει τοῦ λ̄, καθ' ἣν οὐδεὶς μογεῖ.* Brevissime B: *μέσῳ τῆς νυκτός. νόει δὲ τὸ ἀμολγῷ ἤτοι ὁπότε οὐκ ἀμέλγει τις, ἢ ἡνίκα τις οὐ μολεῖ, ἀμολός καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ ἀμολγός.* In omnibus caeteris eiusdem glossae excerptis servata est negatio, itaque quo iure supra *μὴ* inseruerim apparet. Fuere tamen, ut iam dicebam, grammatici, qui non minus ineptam etymologiam secuti *νυκτὸς ἀμολγῷ* revera tempus pecora mulgendi interpretarentur, at non ita fatui, ut tum mediam noctem significari contenderent. Explicuit ita Apollonius in Lexico: *Ἀμολγῷ: ἤτοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐν ᾗ ἀμέλγουσιν, ἢ ἐν ᾗ τις οὐ μολίσκει, ἵν' ᾖ ἀμολγῷ, κατὰ παρένθεσιν τοῦ γ· „ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ"· οἷον τὸ μεσονύκτιον.* (*τῷ μεσονυκτίῳ* Villois.), quae sic emendanda sunt: *ἵν' ᾖ ἀμολῷ,* (*καὶ*) *κατὰ παρένθεσιν τοῦ γ̄ „ἐν ν. ἀμολγῷ," οἷον* (*ἐν*) *τῷ μεσονυκτίῳ.* Explicuit ita auctor Epimerismorum (Cram. An. Oxonn. I p. 82), sed multo uberius et doctius: *Ἀμολγῷ: „ὥστε* (l. *ἅς τε*) *λέων ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ"* (Λ 173) *δηλοῖ τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἀμέλγουσιν οἱ ποιμένες· οἱ δὲ ἀμολγὸν νύκτα τὴν ἀκμαίαν, καὶ* Ἡσίοδος *„μᾶζαν ἀμολγαίην" τὴν ἀκμαίαν πρὸς τὸ φαγεῖν· Φιλῖνος δὲ πᾶσαν ὥραν τῆς νυκτὸς ἀμολγὸν εἶπε, διὰ τὸ τότε τὴν γῆν τὸν ἀέρα ἕλκειν καὶ ἄρδειν πάντα τὰ φυτὰ τῇ ἰκμάδι· καὶ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ τοὐναντίον· τὰ γὰρ κάτω ἄνω ἀμέλγεται·* (absurde; scrib.: *καὶ γὰρ τ. ἡμέρᾳ τοὐναντίον τὰ κάτω ἄνω ἀνέλκε-*

ται.) Φιλόξενος δὲ ἐν ᾗ οὐδεὶς μολίσκει, ἀμολγὸς καὶ ἀμολγός· (stipes! scribatur: ἀμολός καὶ ἀμολγός·) καὶ ἀβροτὴ (l. ἀβρότη) γὰρ ἐν ᾗ βροτοὶ οὐ φοιτῶσιν. Explicuit ita quoque Etymologus Magnus, nostrorum tamen scholiorum explicatione non admodum eleganter adiecta: Ἀμολγῷ· Ὅμηρος „νυκτὸς ἀμολγῷ": — τῆς ἑσπέρας, ἢ τῷ μεσονυκτίῳ, καθ' ὃ οὐκ ἀμέλγουσιν· ἑσπέρας γὰρ καὶ ἡμέρας εἰώθασι τοῦτο ποιεῖν. ἢ ἐν καιρῷ ἐν ᾧ συμβέβηκεν ἀμέλγεσθαι τὰ πρόβατα. ἢ παρὰ τὸ μολῶ καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ (multum malim κατὰ πλεονασμὸν τοῦ γ) μολγῷ, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀμολγῷ, ἐν ᾗ οὐδεὶς μολίσκει. οὕτως Ὠρίων. Explicatius agit excerptor quidam in Scholiis ad Iliad. Ο 324 e Lipsiensi codice (L) editis: οἱ μὲν τὸ μέσον τῆς νυκτὸς λέγουσιν καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ μολῶ, ἐν ᾧ οὐ παραγίνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ πλεονασμῷ (hic quoque corrigam: κατὰ πλεονασμὸν) τοῦ γ. οἱ δὲ τὴν ἑσπέραν, ἐν ᾗ ἀμέλγουσιν. οἱ δὲ γλωσσογράφοι, ἤγουν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, τὴν ἀκμήν. Brevem in eandem sententiam notam ad Λ 173 (ex AD) et breviorem etiam Hesychii glossam omittere licebit nihil novi conferentes.

IV.

ε, 1. Quod in omnibus hucusque libris usu venit, idem quinti quoque libri scholia adgredientem advertit, ut ex nota ad primum statim versum levis macula eluenda sit. Legitur in V: ὁ Ἐνδυμίων λέγεται συνευνᾶσθαι τῇ Σελήνῃ καὶ ὁ Τιθωνὸς τῇ Ἡμέρᾳ. ἀλληγορεῖται δὲ οὕτως· ὁ Ἐνδυμίων εἰς ἄνδρα κυνηγέτην - - -· ὁ δὲ Τιθωνὸς εἰς ἀστρονόμον. Quoniam de duobus sermo est, verius erit: ἀλληγοροῦνται δὲ οὕτως· ὁ Ἐνδυμίων εἰς ἄνδρα κυνηγέτην, ὁ δὲ Τιθ. κτλ.

Intricatior res est ε 29, ubi Mercurius a Iove cum mandatis de Ulixe dimittendo ad Calypsum mittitur: Ἑρμεία· σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελός ἐσσι. Observatur: ἐν μὲν Ἰλιάδι τῇ Ἴριδι χρῆται διακόνῳ, καταπληκτικὴ γὰρ καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἐοικυῖα. ἡ δὲ Ὀδύσσεια μυθώδης ἐστὶν ὡς καὶ ὁ Ἑρμῆς. παρατηρητέον δ' ὅτι καὶ ἐν Ἰλιάδι ἅπαξ ἐπέμφθη τῷ τοῖς λύτροις διασῶσαι τὸν Πρίαμον. (HPQT) In priore scholii parte T dat ἐν μὲν

τῇ Ἰλιάδι -- χρῆσθαι, unde articulus, si tanti est, in textu recipiatur, in caeteris gravioribus vitiis omnes quos habem codices consentire videntur. Πολεμικοῖς Buttmanni est pro ι λέμοις, probarique potest, si ἐοικυῖα hic Ὁμηρικῶς πρέπου valere statuamus. Sed omnium corruptissima exhiberi putant extrema, adeo ut Dindorfius ita disputaverit: „schol. dic debebat ἐπέμφθη πρὸς τὸν Πρίαμον, ὅπως λύτροις διασώσαι · νεκρὸν τοῦ Ἕκτορος. Vid. Il. ω 144." At tantum abest ut scl liasta sic dicere *debuerit*, ut certum sit et eum sic non dixis et si dixisset, perversissime fuisse locutum. Mercurius en mittitur, non ut Priamum Hectoris corpus redimere iubeat, ı ut senem Iridis iussu hoc agere studentem salvum et incolum in Achillis tabernaculum introducat ferumque hostem demulce Qui enim quae requirebat Dindorfius ex codicum verbis, qua nunc summa constantia omnes praebent (nisi quod H ἐν pro τ ullo modo aut exsculpi possunt aut in haec depravari? Qı si grammatici verba, — inde ab παρατηρητέον δ' ὅτι Aristo cum equidem audire mihi videor, — sic corrigamus: παρα ρητέον δ' ὅτι καὶ ἐν Ἰλιάδι ἅπαξ ἐπέμφθη (ἐπὶ) τῷ (ἐν) τι Λύτροις διασῶσαι τὸν Πρίαμον, et sententiae satisfacti erit, (ultimum Iliadis librum sic a grammaticis citari q nescit?) et corruptelae rationem simul cum remedii ratic perspiciemus. Ad Iliadis locum quo Dindorfius relegabat qı attinet, Ω 144 frustra tale quid quaeras — ibi enim de m Iris mittitur nuncia, — sed nostris similia leguntur ad 334 in BMV, quae propterea quoque describenda duxi, obiter unum et alterum mendum tollam manifestissimu: ἀπήλλαξεν ὁ ποιητὴς ζητήσεως ἡμᾶς προσθεὶς τὴν αἰτίαν ι τί νῦν τῷ Ἑρμῇ χρῆται διακόνῳ καὶ οὐ τῇ Ἴριδι, οὐ (γι add.) παραγγελίας μόνης ἔδει ψιλῆς, ὅπου γε οὐδ' ἐκ τοῦ π φανοῦς ἑαυτὸν ὁμολογεῖ Πριάμῳ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ φιλοποιῆσαι αὐτ Ἀχιλλεῖ καὶ κλέψαι τὴν πορείαν. Addit Victorianus: διὸ κ τὴν ῥάβδον ἔχει, ὥστε κοιμίσαι τοὺς φύλακας καὶ ἐπεγεῖραι τ Πρίαμον, ἐν δὲ Ὀδυσσεῦς ὀλιγῶς. Ultimum monstrum nu alius quis iam procuraverit ignoro, mihi sic certa correctio procurandum videtur: - - - ἐπεγεῖραι τὸν Πρίαμον, ἐν δὲ Ὀδυ σείᾳ ἀργῶς. Nam spectant haec quaestionem in nostris pau infra (ad ε 47) motam de Mercurio etiam cum ad Calypsu

contenderet caduceum secum ferente: *οὐδὲν δέ φασιν ὄφελος ἐνθάδε ῥάβδου, ὥσπερ ἐν Ἰλιάδι* (Ω 445) *πρὸς τὸ κοιμίσαι τοὺς πυλωρούς. οὐ συνορῶσι δὲ ὅτι ἴδιά τινά ἐστι θεῶν φορήματα, ὡς εἴ τις μέμφοιτο ὅτι Ποσειδῶν εἰς Αἰθιοπίαν πορευόμενος τὴν τρίαιναν ἔχει.* (HPQT) [1]).

Eiusdem versus haec est miserrima paraphrasis in B: *σὺ γὰρ κατὰ ἄλλα ὑπάρχεις, ἐν τοῖς θεοῖς δηλονότι, ἤτοι ὅμοιος τοῖς θεοῖς ἔσσι, εἶ δὲ καὶ ἄγγελος. ἢ ἔξωθεν τὸ γενοῦ, ἵν' ᾖ, σὺ γὰρ κατὰ ἄλλα ὅμοιος τοῖς θεοῖς, γενοῦ δὲ καὶ ἄγγελος*, quae ne assequaris quidem, nisi Buttmanno indice comperias, „scholiastam legisse videri *τά τ' ἄλλα καὶ ἄγγελος*." Praeterea bis repetendus, qui et apud Homerum est, articulus: *κατὰ* (*τὰ*) *ἄλλα*.

ε, 47. Quid Mercurii *ῥάβδος* sibi vellet, allegoriarum auctores non latuit: *ὀρθότητα λόγου σημαίνει ἡ ῥάβδος. τοὺς μὲν νήφοντας κηλεῖ, τοὺς δὲ ἠκαιρημένους ὀρθοῖ, καὶ ψυχὰς παραγομένας παύει, ἐκλελυμένας δὲ διεγείρει.* (HPQT.) Iure quaeremus, et quae hic sint *ψυχαὶ παραγόμεναι*, et quo modo has caduceus *παύειν* dicatur. Ubi non repererimus, cum Buttmanno coniiciemus annon verius sit: *καὶ ψυχὰς τεταραγμένας παύει*, quo facto omnes difficultates evanescent. Atque plane ita scriptum est in DEV, qui codices eandem observationem habent paulo compendifactam: *λόγου παραίνεσιν* (V quoque *ὀρθότητα*) *νοητέον τὴν τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδον, ὥστε ψυχὰς μὲν τεταραγμένας παύειν, ἐκλελυμένας δὲ διεγείρειν.* Fuerat, opinor, *τ̊ταραγμένας*, iam in nostrorum archetypo — quae prima mali labes fuit — in *παραγμένας* depravatum, hinc ineptae correctiones ortae, in H *παραγομένας*, quod miror Dindorfium quodammodo probasse sic scribentem: „illud confirmat etiam T, qui *ψυχὴν παραγομένην* habet, licet in plurali *ἐκλελυμένας* consentiat." Immo compendiis in fine perperam expletis Hamburgensis scriba errorem errore cumulavit, ulteriusque progressi scribae codicum PQ

---

1) Festiva sunt in his paucis verbis codicum *παροράματα*. Pro *οὐ συνορῶσι* est in T *ὡς νῦν δρῶσι*, pro *θεῶν φορήματα* in HQ *θ. φρονήματα*, pro *ὡς εἴ τις μέμφοιτο* in Q *καὶ εἴ τις κτλ.*, tandem pro *τὴν τρίαιναν ἔχει*, quod unus T protulit, sed verbis aliter dispositis, caeteri omnes dederunt *διὰ τί τρίαιναν ἔχει*, miro admodum errore. An ex marginali epitome hoc ortum?

ex perverso *παραγομένας* perversius *παραγενομένας* procuderunt.

ε, 51. Praecipitat se Mercurius in mare *λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς.* Investigatur causa: *διὰ τί λάρῳ καὶ μὴ ἀετῷ ἐοικὼς ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ; διότι οὔτ' ἀετὸς οὔτ' ἄλλο τι χερσαῖον ὄρνεον δύναται πλέειν ὡς τῶν πτερῶν ἠραιωμένων ὄντων, ὁ δὲ λάρος θαλάσσιος καὶ πυκνότερος. καὶ οὐκ ἦν ὁμοιωθῆναι ἄλλῳ τινὶ θαλασσίῳ δι' εἶδος, ἀλλὰ διὰ τὸ λαμπρὸν καὶ λευκὸν τοῦ θεοῦ· τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ λάρος· ὡς τῷ ἡλίῳ ὁ κύκνος ἀνατίθεται.* (E) Primum scribi oportet, credo, non solum *πλεῖν*, sed etiam: *ὁ δὲ λάρος (ὡς) θαλάσσιος καὶ πυκνότερος.* Sed maioris paulo momenti est ineptissima in sequentibus oppositio inter *τὸ εἶδος* et *τὸ λαμπρὸν καὶ λευκὸν τοῦ θεοῦ*, quasi non his ipsis *τὸ εἶδος* constet. Quod si ita est, effugiamus ineptias scribendo: *καὶ οὐκ ἦν ὁμοιωθῆναι ἄλλῳ τινὶ θαλασσίῳ δι' εἶδος, ἅμα διὰ τὸ λαμπρὸν καὶ λευκὸν τοῦ θεοῦ· --- ὡς τῷ ἡλίῳ ὁ κύκνος ἀνατίθεται.*, simulque comparationis cum sole et cycno institutae ratio clarius apparebit.

ε, 54. Ad hunc versum retulit Dindorfius athetesin in HPQ servatam hanc: *προσέθηκέ τις οὐ δεόντως τὸν στίχον. καὶ μέντοι καὶ βραδύτερον πορεύεται μὴ χρώμενος τῷ ἰδίῳ τάχει, ἀλλ' ἐποχούμενος κύμασι καὶ μιμούμενος λάρον κατὰ τὸ ἔπος*, lectore in nota monito: „scholion in HPQ" — addo M, ubi cum observatione simillima ei, quae p. 246, 9 ex P legitur, coaluit — „*versui* 51 adscriptum huc transtuli cum Eustathio p. 1522,62", neque aliter Larochius in editione sua critica iudicavit. Attamen, nisi me omnia fallunt, Eustathius Dindorfium decepit, Larochium Dindorfius. [1]) Quod quo clarius appareat, totus Homeri locus lectorum oculis subiiciendus erit.

43. *Ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε διάκτορος Ἀργεϊφόντης.*
44. *αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,* ---
47. *εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει*
48. *ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει·*
49. *τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργεϊφόντης.*
50. *Πιερίην δ' ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ·*

---

1) Eustathii verba adscripsit Larochius: *παρένθετον οἴονταί τινες τὸν στίχον καὶ ὀβελίζουσιν ἤτοι ἀθετοῦσιν.*

51. σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς, -- .
54. τῷ ἴκελος πολέεσσιν ὀχήσατο κύμασιν Ἑρμῆς.

Ego autem meo iure quaero, si poëta versu 54 dixit: τῷ ἴκελος πολέεσσιν ὀχήσατο κύμασιν Ἑρμῆς, qui hunc versum ideo expungendum censet grammaticus, *quoniam* Mercurius βραδύτερον πορεύεται μὴ χρώμενος τῷ ἰδίῳ τάχει, 'ΑΛΛ' ἐποχούμενος κύμασι καὶ μιμούμενος λάρον κατὰ τὸ ἔπος, — satin sanus is esse videtur? Eone versu expuncto forte celerius deum se movisse lector putabit, χρώμενον τῷ ἰδίῳ τάχει? Qui acciderit ut tot viri docti tam aperta praeterviderint, impense miror neque aliam invenio causam praeter decantatam illam: ἁμαρτάνει δὲ καὶ ἀνὴρ σοφώτατος. Itaque de versu 54 ex hac quidem nota damnando nemo in posterum, spero, cogitabit, ac iam tuto licebit Eustathii auctoritatem, si quae est, respuere hominis multo doctioris quam acutioris, qui hanc athetesin iam in suo codice loco motam de coniectura ad versum 54 retulisse mihi videtur. Unum in vicinia reperio versum, in quem grammatici observatio bene quadret, non versus 54 sed 49: τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργεϊφόντης. At non *volat* nunc Mercurius, inquit, sed βραδύτερον πορεύεται, μὴ χρώμενος τῷ ἰδίῳ τάχει. Etenim Pieriam conscendit et hinc in mare se praecipitat undis vectus, — λάρον μιμούμενος. Confirmatur id quod posui vel magis ea forma, quam scholion nostrum in M induxit, quod Dindorfius — incertum quam ob causam — in textum recipere neglexit. Illic igitur ita se habet, — utor collatione, quam Pluygersius v. cl. ex Cobeti apographo confecit, —: εἰπόντος δὲ τοῦ ποιητοῦ λάρῳ ὄρνιθι ἐοικέναι τὸν Ἑρμῆν κατὰ τὴν πτήσεως (cod. ποιήσεως, corr. Cobetus) ὁμοιότητα, προσέθηκέ τις οὐ δεόντως (δέοντα cod.) τὸν στίχον κτλ. Possuntne haec serio vs. 54 respicere? Rem ipsam si spectemus, iure nemo quod sciam recentiorum alterutrum versum in νοθείας suspicionem vocavit neque ipse vocaverim, quod non impedit quominus notam Eustathio certe multo antiquiorem a quodam Aristarcheorum, — fortasse ab Aristonico, — profectam putemus.

Quoniam semel ab instituta via deflexi, ut in hac parte eos tantum attingerem locos, qui aliquod scripturae vitium alant coniectura tollendum, caetera in aliud tempus reservarem, al-

terum nunc locum adiiciam, qui et ipse nulla mutatione fact[illegible] clara luce fulgebit, simulatque ad alium Homeri versum atqu[illegible] in editionibus factum est referetur. Observatiunculam dico e[illegible] B quarti libri versui 92 ab utroque editore adscriptam: περι-παθῶς πάνυ εἰς τὸ μὴ δυνηθῆναι ὁτιοῦν χρήσασθαι τὸν ἥρωα. Lo-quitur Menelaus, fratris caedem Telemacho enarrans, quem s[illegible] absente et errante ἄλλος ἔπεφνεν, λάθρῃ, ἀνωϊστί, δόλῳ οὐλομέ[illegible]νης ἀλόχοιο. Quamnam cum his poëtae verbis observatiuncul[illegible] nostra cognationem habeat, atra nocte premitur. Et premetur donec eam ad sequentem exclamationem Menelai retulerimus ὣς οὔ τι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω! quo facto optime in-tellegetur. Nunc ad propositum redeo.

ε, 55. Nunc ipsum iam sine ullo dubio Aristonicum hab[illegible]mus, atque ea adferentem quibus simul quae de superio[illegible] athetesi diximus egregie confirmantur. In Homero legimus: ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο τηλόθ' ἐοῦσαν. Ad ulti[illegible] Aristonicus, Aristarchi critica signa interpretaturus: πρὸς τ[illegible] περὶ τῆς πλάνης, ὅτι πόρρω που ἐν ἐκτετοπισμένοις τόποις. [ἀο-ρίστοις.] Φησὶ γοῦν τηλόθι που τὴν νῆσον εἶναι. καὶ πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου σεσημείωται. εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ Μακεδονίας ὁ θεὸς ἐξ-ορμᾷ, ἀλλ' ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ ἂν πολλὴν πῆλθεν, [illegible] εἰς τὴν νῆσον παραγένηται, ἀλλ' εὐθὺς βουληθεὶς κατὰ κάθετο[illegible] γενόμενος. (PQ) Iam primum, ut raptim indicavi, aut ἐν ἐκ-τετοπισμένοις τόποις καὶ ἀορίστοις scribendum, aut — qu[illegible] multo magis inclino — delendum ἀορίστοις interpretationis caus[illegible] ad exquisitius ἐκτετοπισμένοις adscriptum. Nobis et res et ver-bum nota sunt ex iis quae super ea congessit Lehrsius i[illegible] Aristarcho p. 247, 2ae ed. Post hunc omnes locos huc faciente[illegible] in unum conferam. Legitur verbum ζ 204: ὅτι σαφῶς ἐνταῦθ[illegible] ἐκτετοπισμένην που καὶ ἐσχάτην τὴν τῶν Φαιάκων χώραν ὑφίστα-ται, οὐ τὴν Κέρκυραν, quem locum ipse Lehrsius restitui[illegible] Deinde η 321: ἐκτετόπισται τὰ τῆς πλάνης. τῆς γὰρ Σχερί[illegible] πόρρω φησὶ τὴν Εὔβοιαν. ἴδιον (δὲ ins.) τοῦτο τῶν ἀπείρων τῆ[illegible] Ἑλλάδος. (P) θ 557: τούτῳ (cod. τοῦτο) φανερὸν ὅτι ἐκτετόπισ[illegible] ἡ πλάνη κτλ., de quo loco iam in praecedentibus egimus; κ [illegible]: οὐ τὰς Αἰόλου νήσους νῦν λεγομένας ἀλλά τινα ἄλλην ἐκτετοπι[illegible]μένην νῆσον λέγει. κ 20: τινὲς δὲ τὰς νήσους ταύτας ἐν τ[illegible]

Τυρρηνικῷ πελάγει κεῖσθαι λέγουσιν, ἕτεροι δὲ ἐκτετοπισμένην νῆσον λέγουσιν ex T; tandem κ 189: ἐκ τούτων (immo κἀκ τούτων. cfr. δ 556) δὲ ἐκτετοπισμένη φαίνεται ἡ πλάνη τοῦ Ὀδυσσέως. (BQT) Nusquam tam perversa constructio cernitur quam ea est, qua nostrum locum liberare conatus sum.- Hoc quoque non inutile erit admonere, verbum ἐκτοπίζειν etiam extra grammaticum usum in nostris aliquoties reperiri, v. c. ε 286, ubi Neptuni verba: ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ μετεβούλευσαν θεοὶ ἄλλως in B sic paraphrasi redduntur: εἰς τὸ νοστῆσαι δηλονότι, ἐπεὶ συνέθεντό μοι τοῦτον ἐκτοπίσαι. Haec sufficiant. Praeterea in scholio nostro scribendum esse: εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ Μακεδονίας ὁ θεὸς ἐξώρμα, -- οὐκ ἂν πολλὴν ἐπῆλθεν, et ἕως (ἂν) -- παραγένηται (ἕως παραγίνεται est in P), vix est quod moneam.

ε, 81. Mercurius Calypsus antrum intrans, οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα ἔνδον ἔτετμεν. Ad hunc versum in HPQT haec referuntur: ἑτέρα δὲ ἐπίτασις τῆς Ὀδυσσέως ἐγκρατείας, εἴ γε τὰ οὕτως ἐπαγωγὰ περιορᾷ. ἔοικε δὲ ὁ ποιητὴς ἐφ' ἑαυτῷ ἐπιφθέγξασθαι, ὡς [τὸ] τοιοῦτον ἀναπλάσας χωρίον τῷ λόγῳ ὥστε κρατεῖν καὶ θεῶν ὄψεως. δύο δὲ τρόποι ἐμφάσεως, ὁ μὲν διὰ τῆς καθ' ἕκαστον ἐπεξεργασίας, ὁ δὲ διὰ τοῦ συμπεράσματος. Magna in his cernitur confusio, neque ea res Buttmannum fefellit monentem: „inde ab his verbis (ἔοικε δὲ κτλ.) hoc scholion spectat potius ad vs. 75." Vel aptius omnia priora, (inde ab ἑτέρα δὲ ἐπίτασις usque ad καὶ θεῶν ὄψεως), referenda censeo ad vss. 73 et 74: ἔνθα κ' ἔπειτα καὶ ἀθάνατός περ ἐπελθὼν || θηήσαιτο ἰδὼν καὶ τερφθείη φρεσὶν ᾗσιν. Corrigendum praeterea: εἴ γε τὰ οὕτως ἐπαγωγὰ ΥΠΕΡορᾷ, et adstipulante T articulus τὸ ante τοιοῦτον expellendus. Ultima denique non magis ad vs. 81 pertinent sed ad vs. 83: δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων. Huc tantum spectant illa: δύο δὲ τρόποι ἐμφάσεως, ὁ μὲν διὰ τῆς καθ' ἕκαστον ἐπεξεργασίας, ὁ δὲ διὰ τοῦ συμπεράσματος.

Idem iudicandum de iis, quae per solenne illud ἄλλως ex HPQ statim subiunguntur: τὸ μὲν εἰς τὸ περιπαθές, οἷος Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ νήσῳ ἀπειλημμένος καὶ διημερεύων ἐπὶ τῇ ἀκτῇ. σιωπᾷ δὲ τοῦ εὐπρεποῦς χάριν· οὐ γὰρ ἔδει περὶ τοῦ παρόντος τοῦ

ἀνδρὸς ἀπερικαλύπτως θεοὺς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι. In ultimi[illegible] Cobetus (Mnem. N. S. VII p. 432): οὐ γ. ἔδει περὶ τοῦ (ἔρωτος) παρ. τ. ἀνδρ. ἀπ. θεοὺς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι scribendum esse docuit. Quo facto et Dindorfii coniectura corruit (App. p. 761), et mea verborum περὶ τοῦ olim (Observv. p. 47) proposita athetesis. Ultima inde ab σιωπῇ δὲ τοῦ εὐπρεποῦς χάρ[illegible] quid sibi velint, in universum quidem recte exposuit Buttmannus: „tacitus enim Mercurius antrum intrat neque Ulysse[illegible] statim requirit. Cfr. schol. 96," — quod scholion simul subiciam ut parvo mendo liberem. Ibi enim haec leguntur: δαιμονίως οὐκ εὐθὺς ἀποκρίνεται τῆς παρουσίας τὴν αἰτίαν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαζόμενος ὑπ' ἐκείνης ἥκεν ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν· οἷόν ἐστι καὶ τὸ ἐπιφερόμενον „κέλεαι γάρ," οὐχ ὡς ἡδέως λέγων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐρώτησιν. Immo vero inverso ordine: ὡς οὐχ ἡδέως λέγων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐρώτησιν. Sed hoc obiter; ad nostrum σιωπῇ δὲ redeo ac rogo, si illud sibi vult quod Buttmannus exposuit, — est autem sine dubio recte expositum, — quorsum tantum pertinet? Non certe ad versum 81 — οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆα μεγ. ἔνδον ἔτετμεν — cui adscribitur in editionibus. Ne minimum enim illic verbum de Mercurii silentio. Sed vs. 85 seqq. spectare potest: Ἑρμείαν δ' ἐρέεινε Καλυψώ. — — || Τίπτε μοι, Ἑρμεία χρυσόρραπι, εἰλήλουθας; Hinc enim Mercurium tacitum introiisse conficimus. Ad vs. 81—83 ea tantum pertinent quae scholii initio legimus, qua de re sic demum recte iudicari poterit, ubi de primis verbis quid iudicandum sit constabit. Nam quid est τὸ μὲν εἰς τὸ περιττόν? Cum nihil praecedat cui articulus sit referendus, necessario iterum in eodem scholio aliquid deesse statuemus, quod quomodo supplendum sit, me quidem indice ea demonstrant quae ad versum proximum ex Nicanore excerpta PQ exhibent: τὸ [illegible] [illegible] [illegible] ἀναπεφώνηται καὶ ἔστι πλήρης ὁ λόγος [illegible] [illegible], [illegible]" ὡς μάτην [illegible] [illegible] [illegible]. Itaque supplendum censeo: τὸ μὲν ἀναφώνημα εἰς τὸ περιττόν, Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ νήσῳ ἀπειλημμένος καὶ [illegible] ἐπὶ τῇ ἀκτῇ.

ε, 88. Ἐπέχεαν quid significet exponitur in QV: κατατείνων ἐν ἑαυτῷ, στένων, λυπούμενος [illegible]. At nusquam ἐρέχθειν per κατατείνειν explicatur nec video quomodo explicari possit. Quid

emendandum demonstrant quae eidem vocabulo interpretando runtur ex BEH: · διασχίζων, κατατέμνων· ὅθεν καὶ ἐρεικτὰ ια. ἢ ἐν αὐτῷ (l. αὑτῷ) λυπούμενος καὶ στένων. Hinc ?V quoque requiro: κατατέμνων, ἐν ἑαυτῷ στένων, λυπού-ς βαρέως.

, 103. Mercurius ad Calypsum:

ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι.

ıemur in PQ: τῷ μὲν δοκεῖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι, ὅτι νκαῖον ἦν ἐπακοῦσαι Διΐ, ἔργῳ δὲ κἀκείνην παρασκευάζει :σθαι τὰ πράγματα. οὐ γὰρ δυνατὸν παρακούειν Διός. Duo ıis menda tollenda sunt e tralaticiis ac scribendum: τῷ μὲν ῖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι, ὅτι ἀναγκαῖον ἦν Ὑπακοῦσαι ἔργῳ δὲ κἀκείνην παρασκευάζει δέξασθαι τὰ προστάγματα. gularum correctionum ratio in promptu est. Verbum ἐπα-ιν, — ut perversam constructionem mittam, — hic inprimis culum est, quasi et Calypso Iovis preces exaudire iubeatur. nemo non videt, hic *parendi* notionem requiri non exau-di, idque ὑπακούειν sonat, unde οἱ ὑπήκοοι dicti sunt [1]). a *iussa* ab auctore nuncupari, non res, non πράγματα προστάγματα, quamquam per se satis apparet, tamen magis m stabilient quae paulo infra leguntur ad vs. 160. Ibi a cum Calypso Ulixem missum faceret et callide admodum disset: ἤδη γάρ σε μάλα πρόφρασσ' ἀποπέμψω, scholiastae dum deae artificium admirati observaverunt: δαιμονίως ἀποκρύπτει τὸ πρόσταγμα ἐξιδιοποιουμένη τὴν εὐεργεσίαν. simulat, inquiunt, Iovis *iussa* seque sponte ei proficiscendi statem facere fingit.

, 129. Ad ἀγᾶσθε hoc brevissimum Herodiani excerptum in ervatum est: ἀγάασθε: ὡς δύνασθαι, τοῦ δευτέρου ᾱ συστελλομένου, δυνατὸν δὲ καὶ ὡς ῆ****. οἶδε γὰρ αὐτοῦ καὶ τὸ ὰ διαίρεσιν, ὡς τὸ „θεαῖς ἀγάασθαι" (vs. 119) καὶ „τόφρα γάασθε θεοί." (vs. 122). Recte iam Buttmanni editio in lem-

---

De his confusis quantum satis est dixit Cobetus in Mnem. Vetere, VII (1858) 3.

mate ἄγασθε dedit, recte idem lacunulam explevit per ὡς τιμᾶσθε. Praeterea idem vitium bis commissum corrigendum: ἄγασθε: ὡς δύνασθε, τοῦ δευτέρου ᾱ συστελλομένου, et in Homeri versu (119) allato: θεαῖς ἀγάασθε.

ε, 130. Queritur Calypso: τὸν μὲν ἐγὼν ἐσάωσα περὶ τρόπιος βεβαῶτα. Habemus ad haec Aristonici notam: ὅτι καὶ γενικὴ ἀντὶ δοτικῆς, ἀντὶ τοῦ περιβεβηκότα τῇ τρόπιδι. (BEPQT). Verba ὅτι καὶ, in solo P servata, in BEQ plane desunt, eorumque loco in T tantum ἡ legitur. In quibus quid καὶ sibi velit, non ita facile intellectu est. Quapropter coniicio, sed dubitanter admodum, inserendam esse voculam νῦν, ut legatur: ὅτι καὶ (νῦν) γενικὴ ἀντὶ δοτικῆς. Nempe si bene habet Friedländeri observatio, (p. 21, 22) *semel* tantum Aristonicum de Aristarchi sententia genetivum pro dativo in Homeri Iliade positum adnotasse ad I 242, saepissime contrarium, non absurde hic per particulam νῦν *alterum* exemplum rarioris enallages proponetur, cuius — si recte vidi — tertium solum addere habeo ... ι 1: πάντων ἀριδείκετε λαῶν: -- τὸ δὲ ἁπλοῦν ἀντὶ παραγώγου τοῦ ἀριδεικοτάτου. (an: ἀριδεικετώτατε?) καὶ (l. Ἡ) ἡ γενικὴ κεῖται ἀντὶ δοτικῆς. (HQ), ut semel in Iliade, bis in Odyssea huius rei mentio facta sit.

ε, 132. Magis exercuit viros doctos quae ad hunc versum servata est adnotatio critica. Dixit Calypso: ἐπεί οἱ νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ || Ζεὺς ἔλσας ἐκέασσε μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ. Ad ἔλσας in HPQ adnotatum est: Ζηνόδοτος „ἐλάσας" γράφει· οἱ δὲ „ἔλσας"· ποιητικώτερον γάρ. ἔλσας μὲν τὸ συστρέψας, ἐλάσας δὲ τὸ ἐκ χειρὸς πλήξας. Quaeritur quid lateat in illo: οἱ δέ. Nam non sic nude Zenodoto opponi posse illud οἱ δέ, praesertim in scriptura a pluribus recepta quaeque adeo vulgatae honorem et auctoritatem obtinuit, omnes mihi dabunt, qui his grammaticorum reliquiis operam navaverunt. Dixisset saltem qui haec collegit, οἱ δὲ ἄλλοι vel οἱ δὲ ἄλλοι πάντες vel simile quid, ne nunc de aliis difficultatibus agam, (γὰρ — μὲν v. c. in Q locum verterunt), quibus reliqua non optime cohaerentia premuntur. At, — hoc primum expediamus, — οἱ δέ in uno Ambrosiano esse videtur; Palatinus ἡ δὲ ἐλέκς (i. e.

ιC pro ΕΛΑCΑC), Harleianus ἡδὲ ἔλας, „unde Porsonus iebat ἡ δέ (deficiente nomine vel editoris vel editionis) ." (Buttm.) Porsoni suspicionem comprobavit Mauricius idtius, qui notae nostrae Didymum auctorem habet, cae. de scripturae vitiis sic disputans: „recte Porsonus susιs est: ἡ δέ...... ἔλσας, fortasse ἡ δὲ Ἀριστοφάνους . Reliqua sic restituo: καὶ ἔστι ποιητικώτερον. ἔλσας μὲν :τέ. Cf. schol. HP ad η, 250." At pace tantorum virorum ›rum auctoritate licebit dissentire. Neque enim observanostrae auctorem Didymum adgnosco, neque Aristophanem ɔis ἔλσας patronum, — non solent sic scribere gramma- Ζηνόδοτος ἐλάσας γράφει, ἡ δὲ Ἀριστοφάνους ἔλσας, c sequentium vocabulorum restitutionem probo. Nam quid, o, hoc: ἔλσας magis poëticum est altero ἐλάσας, *etenim* γάρ) — significatio diversa est? Non est acuti hominis contorte ratiocinari. Credo fuisse, non οἱ δέ, non ἡ δέ, ι minus ἡ δὲ Ἀριστοφάνους, sed: Ζηνόδοτος „ἐλάσας" γράδεῖ δέ „ἔλσας"· ποιητικώτερον γάρ. (καὶ) ἔλσας μὲν τὸ ἔψας, ἐλάσας δὲ τὸ ἐκ χειρὸς πλήξας. Cuius grammatici existimem, vel me indicente criseos Homericae periti faadgnoscent. Nempe Aristonici sunt, quem quis non saeιe ita audivit dicentem? Pauca exempla de plurimis tese rei sufficiant. Scripsit Aristonicus Α 117: ὅτι Ζηνόδοτος ἠθέτηκεν --. οὐ δεῖ δὲ αὐτὸν ἰδίᾳ προφέρεσθαι κτλ. Scripsit 8: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ἀρίδηλον" --. ἔδει δὲ „ἀΐζηλον." ιρ ἀρίδηλον ἄγαν ἐμφανές, ὅπερ ἀπίθανον. Atque sic Μ 359: τλῇ περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „κεῖσε γὰρ ἔβρισαν," ιγιῶς εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον· δεῖ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. δεῖ ιάφειν „ὧδε"· κτλ. Et Τ 26: ἡ διπλῆ, ὅτι ἐν τοῖς Ζηνοδότου ɛίνωνται" διὰ τοῦ ῑ γέγραπται· δεῖ δὲ σὺν τῷ ε̄· κτλ. Cur ɒseruerim, neminem in Aristonici reliquiis vel mediocriter tum fallere potest. Notum enim est, quam frequentissime lures lectionis aut probandae aut improbandae causas cont. Idem nunc quoque usu venit. Aristarchus lectioni ἔλσας cinatur, quod *et* poëtica magis sit *et* sententiae accommoɾ quam altera ἐλάσας.

135. Ad τὸν μὲν ἐγὼ φίλεόν τε καὶ ἔτρεφον ἠδὲ ἔφασκον ||

θήσειν ἀθάνατον observatur: οὐκ ἀλόγως οἴεται τὰς εἰς αὐτ… ἐργασίας καταριθμεῖν, ἀποδεικνῦσα ὅτι δίκαιον τὸν εὐπαθοῦντ… συνεῖναι αὐτῇ. (PQ) At Calypso ex rei natura potius τὰς … αὐτὸν (Ὀδυσσέα) εὐεργεσίας commemoraverit ut ad … 160, — quem locum supra attulimus, — ἐξιδιοποιουμένη τ… εὐεργεσίαν, neque aliter de Nausicaa ad θ 458: ἐπίτηδες ἵ… ὑπομνήσῃ αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας dictum est. Simul pro τὸν εὐπ… θοῦντα aliquanto verius erit et convenientius postulare, τὸν … π α θ ό ν τ α συνεῖναι αὐτῇ.

ε, 163. Ad ἰκρία primum legitur in HP: ὡς ἴχνια, — itaque ἴκρια, quae absque dubio vera scriptura est, iure a pluribus recentioribus recepta, — deinde in solo P: ********** διαφέρει ὅτε μὲν δέξῃ τὸ ι βραχύ, προπαροξύνεται, ὅτε δὲ μακρόν, παροξύνεται. Monuit Buttmannus: „litterae evanidae vix dubium quin fuerint ἴκριον καὶ ἰκρίον, quorum vocabulorum accentum a quantitate primi ι pendere vult grammaticus, ut in μόριον et μηρίον." Ex Herodiani doctrina hae ineptiae certe non fluxerunt, qui — ut et ex Etymologico Magno i. v. ὅρκος, quod Buttmannus excitavit, et ex Arcadio luce clarius apparet, — hanc accentus ex quantitate pendentem diversitatem in deminutivis tantum admiserit, quo magis miror Buttmannum, grammaticorum recentiorum acutissimum, ἰκρίον quoque, ut ex exemplis adlatis μόριον et μηρίον perspicuum fit, τοῖς ὑποκοριστικοῖς adnumerasse. Aliter sane et rectius me iudice non Etymologus tantum uterque [1]) et Arcadius, excerptorum flos, sed ipse adeo Herodianus, qui solito brevius at dilucide (ad O 676): ἴκρια ὡς δέμνια· ἔστι γὰρ ῥηματικόν, ὡς ἐν ἑτέροις εἴρηται. In verbis autem grammatici nostri exiguum vitium insedit, quod quamquam sanatu facillimum ac fere nullum, viris tamen doctis nescio quomodo negotium facessivit, quo magis est aequum scriptorem quamvis ineptientem mendo liberare, quo vel ineptior merito

1) Etymologici Magni locus ex Gudiano (s. eodem voc. Ὅρκος) melius interpungendus est et supplendus in hunc modum: τὰ διὰ τοῦ ι ον ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς προσηγορικά, ἔχοντα πρὸ τοῦ ι δύο σύμφωνα, προπαροξύνεται. ὁπότε (δὲ) πρὸ τοῦ ι οὐκ ἔστιν ἀμετάβολον (π α ρ ο ξ ύ ν ε τ α ι), οἷον κυμβίον, ἰσχίον, ἐρκίον. — εἶπον · ὁπότε πρὸ τοῦ ι (ο ὐ κ ἔ σ τ ι ν ἀ μ ε τ ά β ο λ ο ν) διὰ τὸ ἴκριον καὶ ἴχνιον. Quae uncinis inclusi cum sententiae damno ab Etym. M. absunt.

fieret. Quid enim est: ὅτε μὲν δέξῃ τὸ ι βραχύ? „Δέξῃ corruptum," Dindorfius respondet. „δέξηται vel δόξῃ Buttmannus. Sensus postulat ἔχει." Hoc loco Buttmannus aliquid humani passus est, adeo, — quod admodum raro ei accidit, — absonum est utrumque quod proposuit. Dindorfius ad alia properans sensum restituendi vocabuli indicare satis habuit, emendatione supersedit. At — mirum dictu — emendatione fere ne opus quidem est. Nihil enim vocabulo corrupto ad integritatem deëst praeter adscriptum sive subscriptum ι, quod cum recentiorum pronunciatione non efferretur sexcenties aut perperam omittitur aut infercitur. Nempe homo dedit: ὅτε μὲν δέξῃ (i. e. δέξει) τὸ ι βραχύ, προπαροξύνεται, ὅτε δὲ μακρόν, παροξύνεται. Aliquoties iam attigi grammaticorum consuetudinem secunda persona in disquisitionibus ac praeceptis utendi et quasi cum lectore confabulandi. Ne Porphyrium auctorem adhibeam, quem saepissime constat sic esse locutum, — οὕτω λύσεις (c. I), οὕτω νόει καὶ τὸ κτλ. (c. IX), — utpote qui quaestiones suas Homericas uni viro scripsisse videri volebat, iis exemplis quae iam in superioribus huius moris attuli, alia nunc quaedam non e Porphyrianis petita adiungantur. Legitur v. c. huiusmodi constructio δ 456, ubi de Proteo sermo est: ὄπισθεν (vs. 418) ἑρπετὰ εἶπε μόνον, καὶ νῦν λέοντα καὶ πάρδαλιν (l. πόρδ.) καὶ σῦν. καὶ μὴν αὐτὰ (malim ταῦτα) ἑρπετὰ οὐκ εἰσίν. ἀλλ' εἰπὼν „ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν" (vs. 417) δηλοῖ ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. ἐν γὰρ τῇ γῇ καὶ ἑρπετά, οἷον δράκοντες, καὶ ἄλλα ὅσα ἂν εἴπῃς. [τὸ γὰρ „ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν" πάντα δηλοῖ καὶ ἑρπετὰ καὶ ἀλλοῖα.] (E), quo in scholio et interpunctionem correxi pluribus locis apud editores perversam, et manifestissimam dittographiam in fine expungendam censeo. Similiter ad λ 311 de Oto et Ephialte: ἐννεάχρονοι γὰρ γενόμενοι -- ἦσαν --- ἐννεαοργυιοί. ἐννόησον οὖν ἐκ τούτου, εἴπερ ἂν εἰς μέτρον ἡλικίας ἵκοντο (v. 317), ὁπότεροι ἔμελλον ἔσεσθαι. ὑπερέβαλον πάντως ἂν τὸν Τιτυὸν -- καὶ τὸν Ὠρίωνα. (B), unde in antiquiore scholio ex H super eadem re versui 309 adscripto omnino αὐξηθέντες οὖν ὑπερέβαλον ἂν καὶ (τὸν) Τιτυόν (p. 502, 24) rescribendum est. Ex antiquioribus grammaticis nonnunquam sic loquentem deprehendi Nicanorem, v. c. ad ζ 302, ubi Nausicaa Ulixi:

οὐ μὲν γάρ τι ἐοικότα τοῖσι τέτυκται

δώματα Φαιήκων, οἷος δόμος Ἀλκινόοιο || ἥρωος. ἀλλ' κτλ. Observat Nicanor: εἰ μὲν πρὸς γενικὴν ἀφορᾷς, μὴ στίξ[illegible] εἰς τὸ Ἀλκινόοιο· εἰ δὲ πρὸς κλητικήν, στίξον, ἵνα ᾖ πρ[illegible] Ὀδυσσέα ὁ λόγος λέγων, ἀλλὰ (l. ἀλλ') ὦ ἥρως. (B), quae nih[illegible] dicunt, nisi in antiquis Homeri exemplaribus fuerit ἥρως, qua[illegible] formam „alii genitivum alii vocativum esse putabant," Bu[illegible] manno prudenter monente. Non multum aliter Nicanor loquit[illegible] v. c. ad η 103: εἰ δέ τῳ προσκόπτοιτο, στιζέτω ἐπὶ τοῦ γυναῖ[illegible] κτλ. et sic saepius. Contra secunda persona *tertiae* locum ced[illegible] in scholio ad λ 317, ubi iterum de Oto et Ephialte de eorumq[illegible] in deos conatibus sermo est. Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν, εἰ ἥβ[illegible] μέτρον ἵκοντο· ἀλλ' ὄλεσεν Διὸς υἱός, ὃν ἠΰκομος τέκε Λη[illegible] Servatum est ad hos versus, de quibus etiam critici Alex[illegible] drini dubitaverunt, scholion λυτικὸν in HQ, etiamsi non P[illegible] phyrii certe ex eo derivatum: εἶτα πῶς οὐ ληρῶδες διστά[illegible] ὅλως εἰς τοῦτο τὸν ποιητήν; ἀλλ' ἔοικεν ὁ ποιητὴς τὰ ἀδύνα[illegible] τοῖς ἀδυνάτοις συμπλέκων ἀναιρέσει ἀναγκαίᾳ τοσοῦτον ἀναιρ[illegible] καὶ τὸ πρῶτον, ὥσπερ εἰ λέγοις ὅτι ἐπετάσθησαν· πτέρυγ[illegible] ἄρα εἶχον· ἀλλὰ μὴν πτέρυγας οὐκ ἔσχον· οὐκ ἄρα ἐπετάσθησ[illegible] οὕτως οὖν καὶ νῦν συνελογίσατο, ἐξετέλεσαν ἂν εἰ ἥβησαν. ἀλ[illegible] ὥσπερ ἀδύνατον ἡβῆσαι τοὺς θεομάχους, οὕτω καὶ τὸ τελέσαι τ[illegible] τοιοῦτον πόλεμον. In his primum displicet διστάζειν εἰς, p[illegible] quo non dubito quin auctor quisquis sit dederit: διστάζειν [illegible] περὶ τοῦτο τὸν ποιητήν. Deinde luce clarius est eundem scri[illegible] sisse non ὥσπερ εἰ λέγοις, — quod in H est, cum Q λέγ[illegible] habeat, — sed ὥσπερ εἰ λέγοι, nempe ὁ ποιητής. Similite[illegible], licet non ab omni parte idem sit, dicitur paulo infra ad λ 61[illegible]: ὡς εἴ τις λέγοι, οἷον Φειδίας ἐποίησε τὸν Δία, τοιοῦτο οὐδὲν ἄλλ[illegible] (BV), quo et ipso loco codices partim λέγει praebent. Praeter[illegible] in syllogistica argumentatione equidem malim priore ἄρα expunct[illegible]: ὅτι ἐπετάσθησαν (ἂν) πτέρυγας (εἰ) εἶχον· ἀλλὰ μὴν πτέρυγας οὐκ ἔσχον· οὐκ ἄρα ἐπετάσθησαν. Et nos in propriam sedem revolemus, ad ipsum Porphyrium properantes.

ε, 182. Verba Calypsus ad Ulixem: ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσὶ καὶ οὐκ ἀποφώλια εἰδώς Porphyrio ansam praebuerunt longiori, ut eius consuetudo fert, disputationi, quam unus T fere integram servavit, caeteris (EHPQ) excerpta tantum praebentibus. In

codice semper male et indiligenter scripto, qualis Hamburgensis est, verba Porphyrii obscurius de more ratiocinantis non sine multiplici labe servata esse, non est quod miremur. Describam compluscula, quo et argumentorum series et hinc mutationum a me propositarum ratio magis in aperto sint. Τῷ 'Οδυσσεῖ 'Αθηνᾶ μὲν ἐμαρτύρησε φιλεῖσθαι αὐτὸν καίπερ „δύστηνον ἐόντα, οὕνεκ' ἐπητής ἐστιν καὶ ἀγχίνοος καὶ ἐχέφρων" (ν 331). Καλυψὼ δὲ ἰδοῦσα [τὸ] δύστηνον αὐτὸν ἐόντα, ὅτ' „ἄλλοι μὲν πάντες ἀπέφθιθον ἐσθλοὶ ἑταῖροι, τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα ἐπέλασσεν οἷον" (ε 110, 111 et 133, 134), καὶ διὰ τοῦτο ἐξηγήσατο πῶς δύστηνον λέγει. πάλιν „ἦ δὴ ἀλιτρὸν" ὄντα. πῶς οὖν ἀλιτρός τε ὁ αὐτὸς καὶ ἀποφώλια εἰδότος καὶ τοῦ ἀγχίνου καὶ ἐχέφρονος; καὶ πῶς ὁ ἀλιτρὸς εἴρηται; ῥητέον οὖν ὅτι εἰς ὅρκον προκαλουμένου τὴν Καλυψὼ τοῦ 'Οδυσσέως „μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο," φησὶν ἐκείνη ἀλιτρὸν ὄντα, τουτέστι διαμαρτάνοντα τῆς ἀληθείας καὶ σφαλλόμενον, καίπερ οὐκ ἀπαίδευτα εἰδότα. τὸν γὰρ ἀπαίδευτον οὐκ ἀπεικὸς ὄντα σφάλλεσθαι, τὸν δὲ πεπαιδευμένον θαυμαστὸν ὄντα σφαλῆναι. θαυμάζουσα οὖν λέγει „ἦ δὴ ἀλιτρός ἐσσι," ἀντὶ τοῦ, εἰ ἄρα σφαλερός, καίπερ οὐκ ἀπαίδευτος ὤν. τὸ δὲ ἀμφίβολον ἐποίησεν ὁ πλεονασμὸς τοῦ τε καὶ ἔλλειψις τοῦ περ. ῥηθεὶς γὰρ οὕτω „ἦ δὴ ἀλιτρός ἐσσι, καίπερ οὐκ ἀποφώλια εἰδώς," οὕτως ἂν εἴη ὁ αὐτός. Disputatio, quae maiore iure ad ν 331 adscriberetur, (quod vel clarius apparebit, ubi alteram eius partem, quae est de vi ac potestate vocabuli ἐπητής, mox addidero), nec tamen hic aliena, multis vitiis, ut dixi, deformata legitur praesertim ex quorundam verborum omissione ortis, ita ut in plerisque mendi indicium quam evidens remedium factu facilius sit. Ac primum suspicionem movet in fronte positum φιλεῖσθαι αὐτόν. Neque enim qui φιλεῖσθαι dixerit pro φιλεῖν unquam in Graecia fuit, nec si fuit, haec infantia in Porphyrium cadit. At sit passivum. Non potest, nam Minerva non adseverat Ulixem diligi, sed *a se* diligi: τῷ σε καὶ οὐ δύναμαι προλιπεῖν δύστηνον ἐόντα. Suspicor dedisse auctorem: τῷ 'Οδυσσεῖ 'Αθηνᾶ μὲν ἐμαρτύρησε φιλοφρονεῖσθαι αὐτόν. In iis, quae continuo sequuntur, aut τὸ inducendum est aut ἐόντα, ut scribatur: Καλυψὼ δὲ ἰδοῦσα τὸ δύστηνον αὐτοῦ, neque, sive versus Homerici hic adlati recipiantur sive damnentur, servanda forma nihili

ἀπέφθιθον pro ἀπέφθιθεν, quod complures codices et edito: recentissimi iure unice probaverunt [1]), neque διὰ τοῦτο r nendum pro διὰ τούτων. Sed levia haec sunt. In iis qu statim subiunguntur: πάλιν „ἦ δὴ ἀλιτρόν" ὄντα plane non i sequor unde accusativi pendeant. Nam eos neque a praecede ἰδοῦσα regi neque ab ἐξηγήσατο perspicuum est et multo eti minus a verbo λέγει pendebunt, cuius subiectum non esse Καλυψὼ sed ὁ ποιητὴς qui Porphyrium bene noverunt stat concedunt. Nihil itaque relinquitur, nisi ut verbum excidi statuamus: πάλιν „ἦ δὴ ἀλιτρὸν" ὄντα (προσεῖπε). Vel certi est in proxime sequentibus plura excidisse. Nihil enim sig ficat: πῶς οὖν ἀλιτρός τε ὁ αὐτὸς καὶ ἀποφώλια εἰδότος καὶ : ἀγχίνου καὶ ἐχέφρονος; quibus in verbis, ne caeteras gravissin molestias recenseam, genetivi repente orti nullam explicatione admittunt. Ipsa verba praestare velle quae perierunt, si codicum ope insaniam existimo, sententia facile restitui poter ubi animadverterimus excidisse id quod rei caput est, signi cationem dico, quam Porphyrius verbis οὐκ ἀποφώλια subes iudicet. Nempe in hunc modum sententia concinnanda mi videtur: πῶς οὖν ἀλιτρός τε ὁ αὐτὸς καὶ (οὐκ) ἀποφώλια (εἰδώς τὸ γὰρ „οὐκ ἀποφώλια" σαφῶς τίθεται ἐπὶ τοῦ οὐ ἀπαίδευτα) εἰδότος καὶ τοῦ ἀγχίνου καὶ ἐχέφρονος, et si omnia aperta erunt, ut in Porphyrio scilicet. Recte me Por phyrii mentem cepisse, demonstrabunt et quae post pauca (l. 1(in ipsa disputatione adferuntur, et excerpta quae in caeteri codicibus aetatem tulerunt. Quorum HPQ: πῶς οὖν, ἁμαρτωλ τε εἶ καὶ οὐκ ἀπαίδευτος, φησίν; οὐκ ἔστιν οὕτως, ἀλλὰ λέγει πάνυ ἥμαρτες, καίπερ οὐκ ὢν ἀπαίδευτος. καίτοι οὐκ ἀποφώλι εἰδὼς οὐδὲ ἀπαίδευτος ὢν ἀλιτρὸς γέγονας καὶ ἥμαρτες τοῦτ εἰπών. Ultima (καίτοι οὐκ -- τοῦτο εἰπών) sunt etiam in B unde οὐδ' ἀπαίδ. grati accipimus observamusque Porphyriu quoque et sequiores talia elidere solere, quas elisiones scribae ut res et lubido ferebat, aut servabant aut explebant. Accurc tius E: τὸ ἑξῆς δὲ οὕτως, ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσί, καίτοι οὐ ἀποφώλια εἰδώς. ἤτοι ὄντως ἁμαρτάνεις τῆς ἀληθεία

---

1) Attamen ἀπέφθιθον vetustum sine dubio vitium esse, patet i. a. ex notula HPQ ad ε 110: ἀπέφθιθεν ὡς κόσμηθεν.

καίτοι οὐκ εἰδὼς ἀπαίδευτα. εἰ μὴ γὰρ συννοοῖτο τὸ καίτοι, ἄλλως οὐκ ἂν ἀκολουθήσαι. ἢ ἀλιτρὸς ἀντὶ τοῦ πολύπειρος, πολλὰ προσκρούσας. [καίτοι μὴ εἰδὼς ἀποφώλια, ἀλλ' ὅμως ἀπαίδευτα ἥμαρτες.] Φωλεὸν δὲ λέγεται τὸ σχολεῖον. ὁ γοῦν μὴ φοιτῶν εἰς τὸ ᾠδεῖον λέγεται ἀποφώλιος, quo in scholio ea quae uncinis inclusi delenda mihi videntur, et quoniam ne loquacissimus quidem epitomatorum in brevi spatio *ter* idem dicendum esse sibi sumet et quoniam cum ea significatione, quae nunc Homerico *ἀλιτρός* subditur, aperte pugnant. Sed ad ipsum Porphyrium revertamur. Mendose scriptum est: *τὸν γὰρ ἀπαίδευτον οὐκ ἀπεικὸς ὄντα σφάλλεσθαι, τὸν δὲ πεπαιδευμένον θαυμαστὸν ὄντα σφαλῆναι.* Res enim ipsa tantum non clamat *ἀπεικὸς ὄν* et *θαυμαστὸν ὄν* scribi oportere. Deinde articulum requiro in his: *τὸ ἀμφίβολον ἐποίησεν ὁ πλεονασμὸς τοῦ τε καὶ (ἡ) ἔλλειψις τοῦ περ.* Tandem non *ῥηθεὶς γὰρ οὕτω „ἢ δὴ ἀλιτρός κτλ.", οὕτως ἂν εἴη ὁ αὐτός* recte habet, sed *προσρηθείς*, et sic ad alteram partem disputationis Porphyrianae transeo, quae est de voce *ἐπητής*, neque ipsam mendis carentem. Ac primum, quod iam olim notavi, alterutrum superest in his: *τὸ ἐπητὴς δ' ἐστὶν παρὰ τὸ ἔπος γέγονεν, ὥσπερ παρὰ τὸν λόγον λόγιος.* In Observatt. (p. 54) *γέγονεν* seclusi, nunc praefero: *τὸ ἐπ. δὲ παρὰ τὸ ἔπος γέγονεν, ὥσπερ κτλ.*, confusis vel potius in unum coniunctis siglis *τοῦ δέ* et *τοῦ ἐστίν* simillimis. (cfr. Bast. p. 803 et 809). Sequitur post pauca: *καὶ γὰρ ἀγχίνοια καὶ φρόνησις συνήρτηται λογιότητος· καὶ ἐξηγεῖται συλλαβὼν λογιότητα καὶ ἀγχίνοιαν καὶ φρόνησιν ἐν οἷς φησι πρὸς τὸν αὐτόν „ἐπεὶ σὺ μὲν ἐσσι βροτῶν ὄχ' ἄριστος ἁπάντων βουλῇ καὶ μύθοισιν"* (ν 296). *ὁ γὰρ ἄριστος ἐν βουλῇ [ὁ] φρόνιμος καὶ ἀγχίνους, ὁ δὲ ἄριστος ἐν μύθοις [ὁ] ἐπητὴς καὶ λόγιος. τοιοῦτος δ' ἂν εἴη ὁ οὐκ ἀποφώλια εἰδὼς μόνος.* In his primum scriptum oportet: *ἀγχίνοια κ. φρόνησις συνήρτηται λογιότητι*, tum deëst aliquid in iis, quae haec excipiunt. Homerus enim est, qui *συλλαβὼν ἐξηγεῖται*, — quis enim nescit *δόγμα* Porphyrianum *ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν τὰ πολλὰ Ὅμηρος ἐξηγεῖται*? — non hic autem est, qui ista *„ἐπεὶ σὺ μὲν ἐσσι κτλ."* ad Ulixem dicit, verum Minerva, quapropter scribendum suspicor: *καὶ ἐξηγεῖται συλλαβὼν λογιότητα -- ἐν οἷς φησι πρὸς τὸν αὐτὸν* (*Ἀθηνᾶ*) *„ἐπεὶ σὺ μὲν ἐσσι κτλ."* Tandem in ultima disputationis periodo bis de-

lendus articulus. Hoc tantum superest ut addam, eo loco quo nostra disputatio verius pertinet (ν 332), nihil inde legi nisi exile hoc excerptum ex BH: ἐπητής -- ἀγχίνοος: ταχὺς περὶ τὸ νοῆσαι. ἐπήτης (nunc hoc accentu), λόγιος. καὶ ὥσπερ ὁ λόγιος παρὰ τὸν λόγον, οὕτως καὶ ἐπήτης παρὰ τὸ ἔπος, quae unde fluxerint nunc sponte intellegitur.

ε, 204. Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ, || οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν || αὐτίκα νῦν ἐθέλεις ἰέναι; Monemur in Nicanoris fragmento: προσῆκται δὲ ὁ λόγος ἐν ἐπερωτήσει. (BE) Verum est ΠΡΟῆκται ὁ λόγος. Usitatius est quidem προενήνεκται, ut v. c. δ 665: ταῦτα ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς προενεκτέον μετὰ ἤθους καὶ ἐρωτήσεως, ut ε 23: τοῦτο ἐν ἐρωτήσει προενεκτέον, ut η 224: βέλτιον -- ἀφ' ἑτέρας δὲ ἀρχῆς προφέρεσθαι τὸ „ἰδόντα με," atque ita saepissime, nec tamen quod reponendum dixi exemplo suo caret. Sic enim locutum deprehendimus Porphyrium ad κ 389: ἐπεὶ γὰρ ὡς ἐν εὐχῇ προήγαγε τὸν λόγον Ἀντίνους (p. 66, 10) et δ 373: θαυμαστικὸς ὁ λόγος, ἐὰν καθ' αὑτὸ τὸ ἡμιστίχιον προάγωμεν, et aliis quibusdam locis. Aliquoties in nostris scholiis sic erratum vidi, ut aut πρό scriberetur ubi πρός requiritur aut contra, plerumque non tam scribarum vitio quam editorum, cum tamen pervulgatum sit scribas sic (πρ̊) et πρό et πρός ubi volunt exarare solere; nusquam autem festivius simul et apertius quam ρ 190, ubi ad verba: μέμβλωκε μάλιστα ἦμαρ in BQ: μεμόληκε, ἀντὶ τοῦ προσήκει καὶ μεσημβρία λοιπόν (quod sequiorum est pro ἤδη) ἐστιν, καὶ παρελήλυθε τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας. Reliqua rectissime, verum quid hic sibi vult προσήκει, sensui οὐδὲν προσῆκον? Buttmannum quoque adverterat, adeo ut exclamativum *sic* appingeret; verum restituere nescio quomodo neglexit. Nullo autem negotio inde eliciemus: μέμβλωκε -- ἦμαρ: μεμόληκε, ἀντὶ τοῦ προήκει --- καὶ παρελήλυθε τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας. Verbum ubique locorum obvium: unum testimonium adscribam, non eiusdem sententiae sed tamen simillimae, ex Plutarchi Alcib. c. XIII: (Ἀλκιβιάδης) ἀγῶνα δ' εἶχε πρὸς -- Νικίαν τοῦ Νικηράτου -- ἤδη καθ' ἡλικίαν προήκοντα καὶ στρατηγὸν ἄριστον εἶναι δοκοῦντα.

ε, 247, 248. Ulixes in construenda rate occupatus

τέτρηνεν δ' ἄρα πάντα καὶ ἥρμοσεν ἀλλήλοισιν,
γόμφοισιν δ' ἄρα τήνγε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρασσεν.

Fuerunt inter veteres criticos, qui alterutrum versum abundare censerent. Ἀριστοφάνης τὸ αὐτὸ ᾤετο περιέχειν ἄμφω. διὸ τῷ μὲν σίγμα, τῷ δὲ ἀντίσιγμα ἐπιτίθησιν (hucusque Vindobb.). ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι διὰ τοῦ πρώτου τὸ μὲν τέλειον τῆς ἁρμογῆς μὴ εἶναι, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι -- πρὸς ἄλληλα συγκαταγαγὼν ἐσκέψατο εἰ ἁρμόζει ἀλλήλοις, τῷ δὲ ἑξῆς συνέκλεισε καὶ κατεγόμφωσε. διὰ γὰρ τοῦ ἄρασσε τὸ τέλος τῆς ἁρμογῆς παρέστησε. (BHMPQT). In MT scholion ut videtur incipit a verbis ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι. Hoc demum est Horatiano praecepto obsequi, auditoremque vel potius lectorem rapere in medias res! Quoniam autem forte fortuna alii codices priora verba servaverunt, sine quibus tota disputatio atra premeretur caligine, unum vocabulum emendemus, quod totius loci perspicuitatem non pessumdat quidem sed tamen obscurat. Non est recte dictum: Ἀρίσταρχός φησι διὰ τοῦ πρώτου (sc. τέτρηνεν) τὸ μὲν τέλειον τῆς ἁρμογῆς μὴ εἶναι. Scripserat auctor, credo, — Schmidtio animadversio nostra Aristonicum sapere videtur, equidem eam Didymo adiudicaverim, — sed scripserat certe: διὰ τ. πρώτου τὸ μ. τέλειον τῆς ἁρμογῆς. μὴ (ἐμφ)ῆναι, Homerus nempe, sicut statim sequitur: διὰ γὰρ τοῦ ἄρασσε τὸ τέλος τῆς ἁρμογῆς παρέστησε.

ε, 254. Ἴκριον, τὸ περὶ τὴν πρύμναν κατάστρωμα, ὡς αὐτὸ ἑτέρωθι (μ 410 seqq.) ἐξηγήσατο. (PT) Legendum: ὡς αὐτὸς ἑτέρωθι ἐξηγήσατο, noto Porphyrii aliorumque grammaticorum (cfr. v. c. Herod. ad Ξ 249) usu, quod per se verissimum stabilitur iis quae ex BEQ ad vs. 236 edita sunt, cum ad nostrum referri deberent: ἰκρίον (hoc accentu) δὲ τὸ περὶ τὴν πρύμναν κατάστρωμα, ὡς αὐτὸς ἑτέρωθι ἐξηγεῖται αὐτά. Patet eandem observationem bis esse servatam, ut saepius fieri adsolet et integriorem et contractam, contractam in BEQ, integriorem paulo in PT.

ε, 272. Ὀψὲ δύοντα Βοώτην exponitur: μετὰ πολὺν χρόνον τῶν συνανατειλάντων δύνοντα. Mirum in nullo codice ex multis, qui haec memoriae prodiderunt (EHPQV), legi quod tamen requiritur: μετὰ πλέονα χρόνον τῶν συνανατειλάντων δύνοντα.

Ad eundem versum B habet: ὀψὲ δὲ δύοντα τὸν Ὠρίωνα εἶπεν ὡς πρὸς τὰς Πλειάδας. μετὰ γὰρ τὸ δῦσαι ταύτας καιροῦ παραρρυέντος ἐπιδύεται καὶ οὗτος. Credam fuisse in notula alioquin bene atque ordine enunciata: μετὰ γ. τὸ δῦναι ταύτας.

ε, 281. Ad εἴσατο δ' ὡς ὅτε ῥινόν sat longum scholion habent EPQT, quod in Crameri Anecdotis Parisinis (t. III p. 17) totidem verbis exhibetur ex cod. numero 2079 insignito, cum inscriptione: Πορφυρίου. Incipit autem in hunc modum: Πολλάκις ἀπὸ διαφόρων πτώσεων συνέμπτωσις γινομένη πλανᾷ τοὺς πολλούς, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ σημαινομένου, ὥσπερ ἔχει τὸ εἴσατο· σημαίνει γὰρ καὶ τὸ ὑπέλαβε καὶ τὸ ἐπορεύθη καὶ τὸ ἴσος καὶ ὅμοιος ἐγίνετο. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ εἴδω, τὸ δὲ ἐπορεύθη ἀπὸ τοῦ ἴω τὸ πορεύομαι. τὸ δὲ ὡμοιώθη ἀπὸ τοῦ εἴσκω. τὸ μὲν οὖν [ὑπέλαβεν] „εἴσατο δ' ὡς ὅτε ῥινόν," ἀντὶ τοῦ, ὡς δέρμα ὑπέλαβε τὰ ὄρη τῶν Φαιάκων. καὶ „εἴσομαι αἴ κε τύχωμι" (Χ 7) ἀντὶ τοῦ νοήσω, ὑπολάβω, ἀπὸ τοῦ εἴδω. In hac parte primum pro πτώσεων ex Hamburgensi adsciscendum κλίσεων: — qui enim ex διαφόρων πτώσεων fiat συνέμπτωσις? Post pauca omnino corrigendum: ὅπερ ἔχει τὸ εἴσατο. Nam si periodi forma inverteretur, non dicendum foret: οὕτως ἔχει τὸ εἴσατο ὥστε ἐν αὐτῷ συνέμπτωσιν γίνεσθαι, sed: τοῦτο ἔχει τὸ εἴσατο, ὅτι ἐν αὐτῷ συνέμπτωσις γινομένη πλανᾷ τοὺς πολλούς. Mox verbum ὑπέλαβεν, post τὸ μὲν οὖν inutiliter abundans, retrahendum est ad superiora haec: ἀλλὰ τὸ μὲν (ὑπέλαβεν) ἀπὸ τοῦ εἴδω, quemadmodum statim sequitur: τὸ δὲ ἐπορεύθη ἀπὸ τοῦ ἴω et τὸ δὲ ὡμοιώθη ἀπὸ τοῦ εἴσκω. Tandem post Φαιάκων pro maxima distinctione minimam esse substituendam, cum formae εἴσομαι ἀπὸ τοῦ εἴδω duo exempla proponantur, εἴσατο δ' ὡς ὅτε κτλ. et εἴσομαι αἴ κε τύχωμι, ne id quidem quemquam hoc agentem latere potest. De ultimis huc male adglutinatis supra egi. Hoc quoque observatu non indignum, nostra sine dubio Porphyriana esse, etsi contracta et e maioris molis disputatione desumta, aliquatenus concinere autem cum Aristoniceis hisce ad M 118: (ἡ διπλῆ) ὅτι πολλὰ σημαίνει τὸ εἴσατο, νῦν μὲν τὸ ὥρμησε καὶ ἐπορεύθη ἀπὸ τοῦ εἶμι, ἐν ἑτέροις δὲ ἐφάνη, „εἴσατο δ' ὡς ὅτε ῥινόν," καὶ τὸ γνῶναι „εἴσομαι αἴ κέ μ' ὁ Τυδείδης" (Θ 532, ubi similia traduntur. Cfr. et N 45, 191, Φ 335.)

ε, 290. Neptunus Ulixem rate vectum conspiciens: ἀλλ' ἔτι μέν φημι ἄδην ἐλάαν κακότητος. Interpretationem habent Q: ὁ δὲ νοῦς, οἶμαι αὐτὸν ἐμφορηθήσεσθαι δυστυχίας ἑτέρας ortet, credo, δυστυχίΑΙC ἑτέρΑΙC.

ε, 295. De ventis Porphyrius haec, coniungenda cum iis le eiusdem auctoris leguntur ad γ 296: Τὴν τάξιν αὐτῶν ὁ ητὴς ὡς ἔχει διέθηκε. τούτων γὰρ ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς ὁρμᾶται, ὲ ἀπὸ μεσημβρίας, ὁ δὲ [ζέφυρος] ἀπὸ δύσεως, ὁ δὲ ἀπὸ ἄρκτου. ὁ μὲν ἀπηλιώτης ὑγρὸς ὢν μεταβάλλει εἰς νότον [ὑγρὸς θερμὸν ὄντα, ὁ δὲ νότος λεπτυνόμενος εἰς ζέφυρον, ὁ δὲ υρος ἔτι μᾶλλον λεπτυνόμενος εἰς βορέαν ἀποκαθαίρεται. (E) em ζέφυρος iam in Observatt. (p. 40) eiiciendam dixi, rum ὑγρὸς. ὢν inclusit Dindorfius. (App. p. 763). Num autem eiectis sententia ab omni parte integra facta sit, id vero llatim addubitare coepi. Verene ex veterum sententia ὁ ηλιώτης, — subsolanum Romani vocant,[1]) — ὑγρὸς audit, ὁ ος contra θερμός? Immo vero qui „Latine *auster*, Graece νότος ninatur, *quoniam est nebulosus atque umectus*; νοτὶς enim Graece or nominatur." (Gell. l.l.) Itaque haud scio an adiectiva intenda sint: καὶ ὁ μὲν ἀπηλιώτης θερμὸς ὢν μεταβάλλει εἰς ον ὑγρὸν ὄντα, et sic non solum rerum veritati satisfactum it, sed melius etiam causa inanis eorundem verborum repetionis perspicietur. Disputatiuncula his verbis concluditur: εν ἐπὶ μὲν τοῦ βορείου φησί -- „μέγα πῆμα (l. κῦμα) κυλίνων," τὴν ἄνωθεν ἐμπίπτουσαν φορὰν τοῦ ἀνέμου σημαίνων, τὸ ὲ ὠθεῖ τὴν ἀπὸ τοῦ κοιλοτέρου πρὸς τὸ ἄναντες βίαν. Num τοῦ κοιλοτέρου mutandum sit in τοῦ κατωτέρω dubitare licet, scribendum esse: τῷ δὲ ὠθεῖ qui neget, fore puto neminem.

ε, 304. Ἐπισπέρχουσι: ἐπισπεύδουσιν, ἐπείγονται. (B) Praestabit, ni fallor, ἐπείγουσιν.

ε, 317. Ad δεινὴ μισγομένων ἀνέμων ἐλθοῦσα θύελλα variam

1) Gellius N. A. II, c. 22. „Qui ventus ab oriente -- venit, nominatur Eurus, cto vocabulo, ut isti ἐτυμολογικοὶ aiunt, ‚ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων'. Is alio quoque Graecis nomine ἀφηλιώτης, Romanis nauticis, subsolanus" cognominatur.

lectionem praebent BPQT: τινὲς οὕτως, σὺν τῇ δίνῃ τῶν ὑδάτων (ῥευμάτων T, quod praetulerim) ἐλθοῦσα ἡ τῆς συμμίξεως τῶν ἀνέμων θύελλα. Apertum est, illud ipsum excidisse vocabulum de quo agitur: τινὲς οὕτως, (δίνῃ), σὺν τῇ δίνῃ τῶν κτλ. Ne quis dubitet, inspiciat haec brevissima ex BH: δεινή· γράφεται δίνη. (l. δίνῃ). Praeterea malim: ἡ ἐκ συμμίξεως τῶν ἀνέμων θύελλα. Scripturae diversitas ipsa absurdissime est excogitata, ac multum vereor ut ex antiquorum grammaticorum commentariis fluxerit.

ε, 333. Τὸν δὲ ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνώ. Quaeritur: διὰ τί αὕτη μόνη οἰκτείρει τὸν Ὀδυσσέα; λύεται δὲ ἐκ τῆς λέξεως. Φησὶ γὰρ αὐτὴν ἄνθρωπον εἶναι πρότερον. ὡς ὁμοιοπαθὴς οὖν [ἄνθρωπος] εἰκότως οἰκτείρει τὸν Ὀδυσσέα. οὐκ ἐναντιοῦται οὖν Ποσειδῶνι. κἀκεῖνος γὰρ οἶδεν ὅτι δεῖ σωθῆναι αὐτόν. (Q) Ultima inde ab ὁμοιοπαθὴς sunt etiam in T. (App. p. 764) qui sua quidem de more vitia habet, sed facit ad unum Ambrosiani mendum tollendum, quod sine eius ope editorum aciem effugisset. Habet: οὐκ ἐναντιοῦται δὲ ὁ Ποσειδῶν, unde in Q quoque nominativus adsciscendus, qui unus sententiae convenit. Sed priora etiam suum vitium habent, cui tollendo codices opem nullam ferunt. Potestne Graece dici τὴν Ἰνὼ πρότερον ἄνθρωπον εἶναι, ut Ino olim mortalis *fuisse* significetur? Quanto melius Scholia Vulgata hinc excerpta: ἐλεεῖ αὐτὸν ὡς ἄνθρωπος γενομένη Ἰνώ. Hinc etiam in Q corrigendum: Φησὶ γὰρ αὐτὴν ἄνθρωπον (γεγον)έναι πρότερον. Simul ἄνθρωπος abesse malim, sed hoc in tam exili excerpto non urgeam.

ε, 334. Quantopere in interpretandis verbis θεὸς et βροτὸς αὐδήεσσα veteres titubaverint, ex Lehrsio (Arist. p. 41 sec. ed.) notum est. In nostris scholiis primum breve excerptum est Vulgatorum (ex amplioribus illis, quae p. 278 l. 15 — p. 279 l. 9 proponuntur), deinde notae paulo uberiores, in quibus Porphyrianae quoque disputationis membra disiecta. Ex primo et ultimo Scholio nunc minuta quaedam menda tollam, de caeteris huc pertinentibus in altera parte disputaturus. Scholion ex V ita editur. βροτὸς αὐδήεσσα: ἤτοι διαβόητος διὰ τὰ συμβάντα. ἢ ἐπεὶ οἱ ἄνθρωποι φωνήεντες πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα. αὐδήεσσα ἡ

·ἰγειδές ποτε. Luce clarius est, ante οὐδήεσσα inserendum esse [. Tres enim commemorantur interpretationes, tertia cum coniectura coniuncta: ἤτοι διαβόητος -- ἢ ἐπεὶ οἱ ἄνθρωποι φωνεντες --- ἢ οὐδήεσσα. Sequitur fragmentum Porphyrianum, quo primum commemorantur infelicia Aristotelis mutandi nomina, quibus inprobatis: μήποτε δὲ — pergit — τὸ αὐδήεσσα τὸ φωνῇ μόνῃ χρῆσθαι δηλοῖ, ὡς τὸ „αὐδήεντα δ' ἔθηκε" (T 407), σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἔνδοξον καὶ ἐπίφημον. καὶ ἑκάστη δὲ ὄντων ἔνδοξος, ὥσπερ ἡ Ἰνώ. κτλ. (EPQT). Primum quaero, io iure ex PQ sive receptum sit sive retentum τὸ φωνῇ μόνῃ manifesto absonum, cum in T sit: τῇ φωνῇ μόναι (App. p. 354), — id quidem absurde, sed tamen vero proximum, — in E: ἀνθρωπίνῃ φωνῇ μόνον χρῆσθαι, quae mihi quidem lectio unice vera videtur, comparanti quae statim ante item ex E leguntur, item quae ad ζ 125 et κ 136, quae omnia, quod nunc breviter tantum pono, eiusdem disputationis fragmina sunt. Simul pro τὸν ἔνδοξον ex EQ (App. l.l.) adsciscendum esse τὸ ἔνδ. vel me indicente perspicitur.

ε, 341. Μενεαίνων: προθυμούμενος· σημαίνει γὰρ ἑκάτερον ἡ λέξις. (H) At nusquam conspicio alteram illam significationem. Laboranti sententiae subveniunt et Aristonicus ad Π 491: ἡ διπλῆ ὅτι τὸ μενέαινεν ἐνθάδε μὲν ἐλιποθύμει, ἐν ἄλλοις δὲ προεθυμεῖτο, ὡς τό „μενέαινε κῦδος ἀρέσθαι" (Φ 543). ἢ ἐθυμοῦτο, et idem ad T 68: μενεαινέμεν· ὅτι νῦν ἀντὶ τοῦ θυμοῦσθαι, et Apollonius Sophista s. v. Μενεαίνειν: ἐπὶ μὲν τοῦ χολοῦσθαι· --- ἐπὶ δὲ τοῦ προθυμεῖσθαι· --- ἐπὶ δὲ τοῦ λειποψυχεῖν (l. λιποψ). His ducibus amissa iam nullo negotio recuperabuntur. Μενεαίνων: προθυμούμενος (ἢ θυμούμενος)· σημαίνει γὰρ ἑκάτερον ἡ λέξις. Et revera nostro versu: οὐ μὲν δή σε καταφθίσει (Neptunus), μάλα περ μενεαίνων, utraque significatio usu venire potest. Simul si haec quoque, quae nunc in integrum restituta sunt, Aristonico adiudicemus, non multum a veritate aberrabimus.

ε, 368. Ad: ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἠΐων θημῶνα τινάξῃ docemur quid sit ἠΐα. Nempe πάντα κοινῶς τὰ σιτία τινῶν ἠΐα Ὅμηρος

καλεῖ. οὕτως γοῦν καὶ τὰς ἐλάφους εἴρηκεν „αἵ τε καθ' ὕλη θώων πορδαλίων τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται" (N 103), καὶ ἄχυρα δὲ σιτία ζῴων τινῶν εἴη. (PQ) Maxima in cernitur confusio, adeo ut interpretatio quae esse dicitur in sum brevitate tam obscura sit, ut ipsa summopere interpretati indigere videatur. Neque enim cur τὰ ἤϊα *quorundam* cib esse dicantur satis intellegitur, neque cur prae caeteris co memoretur cervos quoque ferarum ἤϊα vocari, cum vocabulu hic alia omnia significet, neque quid sibi velit quod τὰ ἄχυ quoque, quorum nunc in Homero mentio nulla fit, feraru pabulum audiant, quod certe verum non est, nec quid optati εἴη faciamus. Immo vero ἤϊα ipsa nunc ἄχυρα valere mone dum erat. Quod si tenemus, nullo negotio omnes molesti tollere licebit sic: πάντα κοινῶς τὰ σιτία (ζῴων) τινῶν ἢ Ὅμηρος καλεῖ· οὕτως γοῦν καὶ τὰς ἐλάφους εἴρηκεν „αἵ τε - λύκων τ' ἤϊα πέλονται"· καὶ τὰ ἄχυρα δέ. Quod ζῴων inser post σιτία id ipsis codicibus auctoribus mihi fecisse video Unde enim ridiculum illud κ. τ. ἄχυρα δὲ [σιτία ζῴων τινῶ εἴη] irrepsisse putemus? Me quidem iudice ea de causa, qua saepius iam in his grammaticorum excerptis observavimu Omiserat scriba archetypi casu quodam ζῴων, omissum aut ip aut corrector postliminio reduxit, id sequentes descriptores i alienum locum inferserunt. Ἤϊα hic expositum fuisse p ἄχυρα, nisi et sententia ipsa minime dubia et brevia schol ex BPT et V satis declararent, poterat peti et comprobari v ex Apollonii Sophistae interpretatione sic se habente: Ἤϊα· ὁ μὲν τὰ τῶν ἀλόγων ζῴων καθ' ὁδὸν βρώματα· „θώων πορδαλί τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται." ὅτὲ δὲ τὰ ἄχυρα· „ὡς δ' ἄνεμ ζαὴς ἠΐων θημῶνα τινάξῃ." ὅτὲ δὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφόδια· „ δὲ καὶ ἤϊα κωρύκῳ" (ι 212) καὶ „δεῦτε, φίλοι, ἤϊα φερώμεθα (β 410), cuius excerpta sunt et in Hesychio s. v. et brevissi in Vulgatis (V) ad nostrum locum: ἠΐων· ἀχύρων παρὰ ἰέναι ταχέως τὸ ἄχυρον. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ βρώματα καὶ (τ ἐφόδια.

ε, 379. Neptunus minatur Ulixi: ἀλλ' οὐδ' ὧς σε ἔολπα ὀνο σεσθαι κακότητος. His verbis poëta πάλιν ἄλλων δεινῶν προσ κίαν ὑποβάλλει ἀνακινῶν ἀγῶνα τῷ ἀκροατῇ (BPQ) Xenophonte

eres grammatici [1]) ἀγωνίαν dixisse ubi ἀγῶνα expectaremus tores sunt, in his Cyropaediae verbis (II III, § 15): νῦν ἄνδρες εἰλημμένοι εἰσὶν ἐν δημοτικῇ ἀγωνίᾳ. Et plures auces, Herodotum, Dionem Chrysostomum. Democratem (ap. b. in App. Flor.) idem dixisse, et quantum ἀγωνία hac nificatione ab ἀγών differat, in adnotatione ad Xenophontis um accurate declaravit L. Dindorfius. Sed ἀγωνία apud hos iquiores etiamsi plane valeat ἀγών, ideone recentiori grammatico vocem ἀγῶνα usurpare licebit ubi ἀγωνίαν oportet? nim quae Ulixi rate diffracta in mari procelloso natanti ferenda erant, ipsi ἀγών sunt, auditori movent ἀγωνίαν, id angorem et sollicitudinem ob herois, cuius sortem commiatur, errores et pericula. Semper in nostris ita dicitur, v. c. llo supra ε 25: ἀπαλλάττει ἀγωνίας τὸν ἀκροατὴν ἐπὶ τῷ λεμάχῳ, et ε 410: αὐτός ἐστιν ἑαυτοῦ συναισθανόμενος Ὅμηρος ὅσον ἀγωνίας προήγαγε τὸν λόγον, et δ 675: πάθος κινεῖ Πηνελόπης (nam sic scribendum esse supra dixi) τὸ ἐπεισό- ὅταν τὸν Ὀδυσσέα θρηνοῦσα τὴν ἐπὶ τῷ παιδὶ ἀγωνίαν σλάβῃ, et ita saepissime. Quamobrem nostro quoque loco dubito quin ἀνακινῶν ἀγωνίαν τῷ ἀκροατῇ ab auctore, squis est, profectum sit.

ε 402. Ῥόχθει exponitur: --- οὐ γὰρ ἐκχεῖται (fluctus) ἐπ' αλόν, ἀλλ' ἔστιν ἀγχιβαθὴς ἡ ἐκβολή, ὥστε προσπελάζον τὸ α τοιοῦτόν τινα ἀποτελεῖν ἦχον διὰ τῶν πετρῶν. (PQT) ima tria verba absunt a T, in caeteris cum praepositione ersa leguntur. Nam fluctus sonitus edere διὰ τὰς πέτρας sunt, διὰ τῶν πετρῶν omnino non possunt. Spectat explicatio πρὸς τὰς πέτρας ἀντίκρουσιν τοῦ κύματος, itaque reserim: -- ὥστε προσπελάζον τὸ κῦμα τοιοῦτόν τινα ἀποτελεῖν κατὰ τῶν πετρῶν.

---

1) Photius (Suidas) et grammaticus in Bekkeri An. p. 333, 19 breviter iisdemque is: Ἀγωνίᾳ· Ξενοφῶν ἀντὶ τοῦ ἀγῶνι. Paulo explicatius est Lexici fragmentum Photii editionem Porsonianam p. 663, qui locus Dindorfii diligentiam fugit: ωνία· φόβος πτώσεως ἢ ἥττης· --καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἁπλοῦ ου. Ξενοφῶν δὲ τὸ ἀγωνία (l. ἀγωνίᾳ) ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος, ὡς ἐν τῷ ἀγῶνι ὁ ος. (i. e. ut sit usus consequente pro antecedente.) Discrimen breviter statuit Hehius: Ἀγωνίης· τῆς ἐν ἀγῶνι ἁμίλλης.

ε, 415. Λίθακι ποτὶ πέτρῃ: ἐφερμηνευτικὸν πρὸς τῇ τραχείᾳ πέτρᾳ. (HP) In P est ἐφερμηνεύεται. Sed neutrum verum videtur et corrigendum: ἐφερμηνευτΕΟΝ. Non multum aliter B: πέτρᾳ λιθώδει, ὅ ἐστι τὸ αὐτό. Non absurde autem quis suspicari possit, nos hic specimen tenere interpretationis Aristarchi verbum verbo, ut notum est, reddentis.

ε, 431. Παλιρρόθιον δέ μιν αὖτις || πλῆξεν ἐπεσσύμενον. Criticam ad haec notam, — Didymo tribuit Schmidtius — ita videlicet fideli concordia exhibent HP: ὁ Ἰξίων „ἀπεσσύμενον," καὶ μᾶλλον τὸ παλιρρόθιον. Ultima melius intellegentur sic leniter expleta: ὁ Ἰξίων „ἀπεσσύμενον," (ᾧ) καὶ μᾶλλον τὸ παλιρρόθιον, omisso verbo ἁρμόζει sive συμφωνεῖ, ut v. c. apud Herodianum (ad Α 532): Ἄλτο· ψιλωτέον. -- τάχα δ', ὅπερ καὶ μᾶλλον, ἐπεὶ τὸ α καταλῆγον κτλ. Caussa redditur, cur ἀπεσσύμενον Demetrio Ixioni vulgatae lectioni praeferendum visum sit.

ε, 433. Ad comparationem ita institutam: ὡς δ' ὅτε πουλύποδος -- πρὸς κοτυληδονόφιν πυκιναὶ λάϊγγες ἔχονται Scholion Vulgata habent: -- κοτυληδόνες δέ εἰσιν αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι. ἐναντίως δὲ παραβέβληνται. Edebatur προβέβληνται, mutavit Buttmannus „collato scholio proximo." Et recte mutavit, retento tamen minutulo vitio. Quaenam ἐναντίως παραβέβληνται? Certe non αἱ κοτυληδόνες. Et si ad πολύποδες refertur, de quibus tamen in hoc scholio nulla omnino fit mentio, adiectum oportet quocum comparentur. Legendum itaque: ἐναντίως δὲ παραβέβληΤΑΙ, i. e. ἡ παραβολὴ γεγένηται, quemadmodum in explicatiore Aristonici scholio est, quod Q servavit, unde exile nostrum excerptum in V pervenisse bene perspexit Buttmannus: σημειοῦνταί τινες, ὅτι οὐ κατὰ πᾶν ὡμοίωται τὰ τῆς παραβολῆς. ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ σῶμα λίθακας ἀποσπᾷ, ὧδε δὲ πρὸς ταῖς πέτραις ἐναπομένει μέρος τοῦ δέρματος, quae tam acute observata sunt quam propriis verbis enunciata.

ε, 444. Ulixes ad Phaeacum flumen εὔξατο ὃν κατὰ θυμόν. Observatur: οἰκεῖον γὰρ τῷ νηχομένῳ μὴ φθέγγεσθαι, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τὴν εὐχὴν ἐκφέρειν. εἶτά φησιν ὁ ποιητὴς ηὔξατο.

tum est in P, priora usque ad τ. εὐχὴν ἐκφέρειν etiam in } leguntur, verbis in initio paulum diversis: οὐκ ἔστι γὰρ τῶν χομένων τὸ φθέγγεσθαι (App. p. 766), sed eodem prorsus isu. Verum quid volunt extrema illa: εἶτά φησιν ὁ ποιητὴς ξατο, quae in solo P sunt? Quo enim alio verbo utendum et? Et si in uno verbo grammaticus quisquis fuit eam vim esse putavit, ut significaret mente tantum et tacite preces ere, vehementer fallitur, nam apud Homerum recte additum ὃν κατὰ θυμόν. Itaque suspicio mihi subnata est, de *forma* bi hic agi, non de significatione, legendumque esse: οὕτω σὶν ὁ ποιητής „ηὔξατο." Quod si cui alienum videtur, — gmentum verbi εὔχομαι in Homero a nulla parte commen-tur, — tum, mutatione particulae εἶτα in οὕτω vel sic ser-sa, verba ita erunt redintegranda: οὕτω φησὶν ὁ ποιητὴς ξατο (ὃν κατὰ θυμόν.), extrema sententia otiose quidem, non amplius inepte, adiuncta, ut v. c. supra ad vs. 275, etquam pluribus disputatum est quid in Homero sit οἵη δ' χορός ἐστι λοετρῶν 'Ωκεανοῖο, tota disputatio ita concluditur: ὅτην οὖν μοι λέγειν δοκεῖ ἔννοιαν λουτροῦ.

, 467. Στίβη κακή hanc interpretationem repperit: ἡ ἑωθινὴ χρα, ἡ πάχνη. τῶν ἅπαξ δὲ εἰρημένων ἡ λέξις. (PQ) Similiter ἡ ἑωθινὴ ψύχρα. ἡ πάχνη, ἀπὸ τοῦ στιβάζεσθαι, quorum prior s usque ad ψύχρα est etiam in T. Putabimusne τὴν ἑωθινὴν χραν, — de qua Hesiodus noto loco: ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς εται Βορέαο πεσόντος — idem valere ac τὴν πάχνην? At non it id praeter utriusque vocabuli naturam Ambrosianus E, orem tantum significationem ita illustrans: τὸ ἐξ αἰθρίας ος γενόμενον μάλιστα παρὰ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας ἅμα ἔρᾳ, ὅπερ ἔνιοι λέγουσι μάλκην, (μάλκην in paucis ingeniosa niectura est J. G. Schneideri pro codicis lectione μάλην, sed aeterea corrige sodes: τὸ ἐξ αἰθρ. κρύος γινόμενον περὶ τ. όδας καὶ τ. χεῖρας), neque magis Hesychius: Στίβη: ψύχος (ψῦχ.), πάχνη. „μή με δαμάσσῃ ‖ στίβη ὑπηοίη" (ρ 24). δηλοῖ δὲ τὴν πρωϊνὴν δρόσον καὶ τὸ ψύχος. (ψῦχ.), quique cum eo fere consentit Suidas, neque Vulgatorum excerptum, de quo statim agemus. Itaque, inserta particula disiunctiva, in nostris (et PQ et B) scribendum: ἡ ἑωθινὴ ψύχρα, (Ἢ) ἡ πάχνη. Et sic,

ut dixi, est in V: ἡ πάχνη κατὰ ἀντίφρασιν, ἡ τὸ ἐναντίον ψῦχος. Qui tamen locus alio laborat vitio, nam quae vocabulo στίβη, ut πάχνην valeat, inest ἀντίφρασις? Immo στίβη καὶ τὴν πάχνην designat κατὰ περίφρασιν, ut v. c. β 355 μέτρα μυληφάτου ἀλφίτου ἀκτῆς in H dictum esse perhibetur κατὰ περίφρασιν τοῦ ἀλφίτου ἐπικατασσομένου τῆς κριθῆς, et ζ 197, Φαιήκων κάρτος τε βίη τε in P: οἱ Φαίακες κατὰ περίφρασιν, et sic saepissime aliis locis.

ζ, 8. Ad εἷσεν δὲ Σχερίῃ EQ in „scholio male concepto," ut Buttmanno quoque visum est: αὕτη δὲ ἡ Σχερίη ἐστὶν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Ἀρίσταρχος, εἷσεν δ' ἐν σχεδίῃ. Ultimum mirificum sane Buttmannus certa emendatione procuravit: εἷσεν δὲ Σχερίῃ, quod et aliunde constat Aristarchum legisse. Sed praeterea infantissime dictum αὕτη δὲ ἡ Σχερίη, ut corruptum videatur ex solenni initio notarum Aristonici, aut omitti aut depravari solito, ὅτι ἡ Σχερίη ἐστὶν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Statim enim sequitur ex iisdem codicibus ac praeterea ex P: ὅτι Σχερία ὠνομάσθη ἡ τῶν Φαιάκων γῆ καὶ οὐ Κέρκυρα, καὶ ὅτι ἔξω (ἔστιν ἔξω Q) τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Sunt prorsus τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν, repetiturque haec Aristonicea nota i. a. infra (ζ 204), quos locos omnes collegit Lehrsius.

ζ, 52. Festinat Nausicaa, ut somnium narret parentibus. κιχήσατο δ' ἔνδον ἐόντας. ἡ μὲν ἐπ' ἐσχάρῃ ἧστο κτλ. Notatur mos poëtae: πάλιν σύνηθες αὐτῷ προδιατυποῦν τὴν συναγωγὴν τῶν προσώπων. (PQ) Cur πάλιν? Si ei σύνηθες est, iterum σύνηθες ei esse nequit. Procul dubio scholiasta dedit: πάλιν (ὡς) σύνηθες αὐτῷ προδιατυποῖ τὴν συναγωγὴν τῶν προσώπων. Similiter i. a. ad B 599 ὡς a Lehrsio probantibus omnibus reductum est, ad ν 332 a Dindorfio.

ζ, 60. Ἡ μὲν Ἀθηνᾶ ἔλεγε περὶ τοὺς γάμους ἀπαρακαλύπτως -- (vs. 28), αὐτὴ δὲ (Nausicaa) τὴν χρείαν ἐνήλλαξε τῶν φορησάντων ἐπ' αὐτὸν (Alcinoum) καὶ τοὺς ἀδελφούς. ἀλλ' ἔχει ὑπόνοιαν τῆς ἀληθείας ὁ λόγος διὰ τὴν ἀκμὴν τῆς γαμούσης. (PQT) Res est perspicua ab ipsoque poëta suavissime notata: αἴδετο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι || πατρὶ φίλῳ· ὁ δὲ πάντα

ĵει. Sed non minus perspicuum est, verba Scholiastae ita esse mendanda: Ἀθηνᾶ ἔλεγε περὶ τῶν γάμων ἀπερικαλύπτως, et post paulo: αὐτὴ δὲ τὴν χρείαν ἐνήλλαξε τῶν Φορησόντων illas vestes, quas nitidas redditum iret. Similiter de vario colloquendi modo, quo Nausicaa ad varias personas utitur, agitur ad ζ 187, ubi ad Ulixem supplicantem conversa: ξεῖν', ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας et quae sequuntur. Observatur iterum in PQ: ἄλλος τρόπος διαλέξεως. πρὸς μὲν γὰρ τὸν πατέρα ἠπλόϊζεν, ἐνθάδε δὲ ἐπιστρέφει ἑαυτήν. In libris ἀπλοΐζειν est, unde Buttmannus ἠπλόϊζεν effecit, equidem lenius ἀπλοΐζει efficerem, ut praesens praesenti ἐπιστρέφει respondeat.

ζ, 76. Exponitur quid sit κίστη, quod nomen a Graecis ad Romanos, a Romanis ad nos quoque pervenit. παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ κεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι τὰ βαλλόμενα. οὕτω γὰρ οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσι τὸ σκεῦος, εἰς ὃ βάλλουσι τὰ ἐδέσματα. (E) Homero et Hesiodo relinquendum est Βορέαο πεσόντος pro ἐμπεσόντος. Quamobrem in scholio nostro bis praepositionem necessariam restituerem: παρὰ τὸ -- φυλάττεσθαι τὰ ἐμβαλλόμενα, et τὸ σκεῦος ἐς ὃ ἐμβάλλουσι τὰ ἐδέσματα. Praeterea corrigendum παρὰ ὸ ἐν αὐτῇ κεῖσθαι, ut recte scriptum est in eiusdem sententiae ota ex PQV, quam statim apponam. Sed prius obiter monendum, paulo infra iterum eandem desiderari praepositionem, l ζ 172, ubi Ulixes miserabiliter ad Nausicaäm: νῦν δ' ἐνθάδε ἔβαλε δαίμων. Docemur cur poëta verbo acerrimo κάββαλε us sit pro usitatiore ἤγαγε: τὸ μὲν ἤγαγεν ἀκίνδυνον σημαίνει ταγωγήν, τὸ δὲ κάββαλε τὴν ἀπὸ πνευμάτων δεινῶν ἐξερριμμένην δείκνυσι. (HPQ.) Cur Dindorfius spreverit quod Q ultro rrigit: τὴν -- ἐξερριμμένην κίνησιν δείκνυσι, non exputo, m ad ἐξερριμμένην praecedens καταγωγὴν cogitatione repete contortum est. Sed hac voce adscita vel manifestius fit, timum verbum in ἐνδείκνυσι esse refingendum, nisi quis τὸ ἔββαλε κίνησιν δείκνυσι Graece dici posse putet pro σημαίνει. adem opera τὴν ὑπὸ πνευμάτων reponendum est. Sed ut ad ίστην eiusque etymon revertar, eadem derivatio παρὰ τὸ κεῖσθαι xhibetur quoque in PQV: ἅπαξ ἐνταῦθα ἡ κίστη. λέγεται δὲ ἡ ἐδεσματοθήκη οὐκ ἄποθεν τοῦ ἐγκεῖσθαί τι ἐν αὐτῇ. Similiter apud Apollonium: κίστη· ἀγγεῖον ἐν ᾧ βρώματα κεῖται, παρ'

ὃ καὶ εἴρηται κίστη· -- τῶν δ' ἅπαξ εἰρημένων. Simili etiam Photius: κίστη· καὶ κοίτης, ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται ἢ ἱμάτιά τινα, ἤγουν κιβώτια. Optime Naberus V. (κοιτίς correxit, cur autem antecedens quoque καί circumscri serit, non optime perspicio. Κοίτη enim et κοιτίς, rara Att corum vocabula et ab Hesychio et ab Etymologis et a Polluc de industria illustrata, cum non bene ad interpretationem voc κίστη adhiberi posse mihi videantur, in Photii glossa κοιτ. quoque ad lemma pertinere crediderim [1]). Praeterea mirum ac cidit, quod τὰ βρώματα ἢ ἱμάτιά τινα sic coniunguntur, ne quid pluralis κιβώτια sibi velit satis expedio. Quamobrem i Photio scribam: κίστη καὶ κοιτίς· ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ βρώματ κεῖται ἢ ἱμάτιά τινος, ἤγουν κιβώτιον, quemadmodum invers ordine vocem κιβωτός exposuit: λάρναξ, κίστη. Hesychii glossa sunt, κίστη· ἀγγεῖον πλεκτόν, εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο καὶ ἱμάτια κιβωτός. ἢ ἁπαλός (?), deinde: κοίτη· κίστη, ἐν ᾗ τὰ βρώματ ἔφερον. αἱ δὲ μικραί, κοιτίδες, et κοιτίς· ἡ μικροτέρα κίστη, · ᾗ ὁ γυναικεῖος κόσμος ἀπετίθετο.

ζ, 101. Μεταβαλὼν τό „σφαίρῃ ταὶ δ' ἄρ' ἔπαιζον" (ν 100) εἶπε „τῇσι δὲ Ναυσικάα λευκώλενος ἤρχετο μολπῆς," πᾶσα παιδιὰν μολπὴν λέγων. οἱ δὲ νεώτεροι τὴν ᾠδήν. ὅτι δὲ οὐκ ᾖδ. ἡ Ναυσικάα ἀλλ' ἐσφαίριζε, δηλοῖ τό „σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε με ἀμφίπολον βασίλεια." (BEHPQ) Doctrina est Aristarchea a Aristonico exposita, qua de re constat inter omnes [2]), simil terque cum nostris in unum coniungenda esse, quae ex solo statim sequuntur, item quae ad δ 19 ex MQ enotata sunt eode pertinere, certum est. Sed suspectum mihi quoque est in nostr μεταβαλών, et multum vereor ut iam tum significaverit, quo hic ἐκ τῶν συμφραζομένων significare videtur. Quin non dub correctione mutandum est in μεταλαβών, quod idem p

---

1) Similiter: Καλλυντήρια καὶ πλυντήρια· ἑορτῶν ὀνόματα. — Κῆπος καὶ παρ δεισος διαφόρως παρ' αὐτοῖς λέγεται. — Κραυγασμὸς καὶ κραυγάζειν κτλ. — Κυσ χωλος καὶ ἐγκυσίχωλος κτλ. Et sic v. c. Ἱστὸς καὶ κεραία· ὁ μὲν ἱστὸς τὸ ἐπίμη ξύλον ἄνω τεταμένον, κεραία δὲ τὰ πλάγια. — Ἰχθυουλκὸς καὶ ἰχθυοβολεύς ἁλιεύς. Satis haec ostendunt, Photium consimiles glossas copulare nonnunqua solere.

2) Cfr. Lehrs. Arist. p. 138 ed. 2ae.

eodem Lehrsius et nostro loco commendare videtur, et correxit ad ζ 244 (p. 314, 24 Dind.) in his: ἐπεὶ καὶ Ἀλκμὰν αὐτὸν (versum 244) μετέβαλε παρθένους λεγούσας εἰσάγων „Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ ἐμὸς πόσις εἴη." Correxit vir summus μετέλαβε (Arist. p. 340 sec. ed.), eodem remedio usus in Herodiano π. μον. λέξ. p. 26, 11 (p. 125 Lehrs). Nec illud eum fugit, recentissimos quidem usurpasse μεταβάλλειν et μεταβολή pro μεταφράζειν vel παραφράζειν et παράφρασις, ut Eusebius fecit et Eustathius, at iure suo addidit: „sed hoc, ni fallor, recentius est quam Herodianus vel illa scholia." Quod si de Herodiano valet, eo magis de Aristonico valere consentaneum est, saeculo amplius hunc superante. Ad significationem verbi μεταλαμβάνειν quod attinet, in illo de Alcmane loco cum Lehrsio reddi potest per „transtulit ad sua, mutuatus est;" ubi de Ibyco usurpatur in libro π. μον. λέξ. eo loco quo diximus (s. v. Φᾶρος): -- „ἡ δ' ἄνεω δὴν ἧστο, τάφος δέ οἱ ἦτορ ἵκανε." (ψ 93) --- ὁ μέντοι Ἴβυκος διέστειλε τὸ γένος ἐν τῷ πρώτῳ, σχεδὸν τὸν Ὁμηρικὸν μεταλαβών· φησὶ γάρ „δαρὸν χρόνον ἧστο τάφει πεπηγώς," — ibi igitur perspicue παραφράζειν valet. Eadem significatio nostro etiam loco obtinet, eadem quoque paulo infra ζ 327: -- τὸ γὰρ δός ἐν ταῖς εὐχαῖς κεῖται· „δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι" (ι 530)· καὶ μεταλαβὼν εἰς τὸ ὀπάζειν „Νέστορι μὲν πρώτιστα καὶ υἱάσι κῦδος ὄπαζε· -- δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ πρήξαντα νέεσθαι." (γ 57 seqq.) [1]), ubi in codice (T) μεταλαβών totidem literis scriptum reperitur, quo minus dubitemus idem caeteris quoque locis, de quibus nunc sermo fuit, recte esse repositum. Cum sequioribus eo sensu μεταβάλλειν et μεταβολή placuerit, hinc illud sese in antiquiorum grammaticorum scripta insinuasse in tam sollenni confusione non est quod miremur. (Cfr. etiam Lehrs. Arist. p. 19, 20.)

ζ, 104. Ἐρύμανθον: ὄρος Ἀρκαδίας καὶ ποταμός, ἔνθα ὁ Ἐρυμάνθιος κάπρος. ἐν τούτοις δὲ λέων οὐ γίνεται, ἀλλὰ πολλοὶ σύες

---

1) Quae post νέεσθαι sequuntur, ita sunt digerenda: (καί)· »ἀλλὰ ἄνασσ' ἵληθι, δίδωθι δέ μοι κλέος ἐσθλόν." (γ 380). [ἀντὶ τοῦ φιληθῆναι καὶ ἐλεηθῆναι] Quae uncinis inclusi aut errore hic repetita sunt aut in brevius contracta ex scholii initio. (p. 320, 10.)

καὶ ἔλαφοι. (EV.) Vulgata desinunt in γίνεται. Scribendum utique ἐν τούτῳ, — nisi quis et in flumine apros et cervos gigni velit —, quemadmodum BPQ ad praecedentem versum habent: Ἐρύμανθος δὲ ὄρος Ἀρκαδίας, οὗ πολλοὶ σύες καὶ ἔλαφοι γενέσθαι παραδέδονται. Potest tamen quis nostra neglegenter admodum excerpta statuere ex iis, quae iidem codices (PQ) ad praecedentem versum adscripserunt, ubi cum de utroque monte, et Taygeto et Erymantho, agatur recte habet: οἱ γὰρ τόποι οὗτοι πλεονάζουσι κάπροις καὶ ἐλάφοις κτλ.

ζ, 117. Nausicaa pila ludens ἀμφιπόλου μὲν ἅμαρτε, βαθείῃ δ'ἔμβαλε δίνῃ, || αἱ δ'ἐπὶ μακρὸν ἄϋσαν. — ὁ δ'ἔγρετο δῖος Ὀδυσσεύς. Praedicatur in his virtus Homeri poëtica, etiam in tempore cuique rei idoneo observando explendescens. Ἐπιτηδείως — inquit nescio quis — ἀνίστησιν Ὀδυσσέα, ὁπότε οὔτε λυπήσειν ἔμελλεν ἐπιτηδείως ἐχούσαις ἐπιφορᾷ, οὔτε ἐνοχλήσειν διακόψας τὴν παιδιάν. λέλυται γὰρ ἡ παιδιὰ τυχηρῶς. (PQ.) Sine controversia ἐπιτηδείως ἐχούσαις corruptum est. Ut taceam verbum λυπεῖν prave cum dativo iunctum, cuius exemplum desidero, quid, quaeso, αἱ παρθένοι ἐπιτηδείως εἶχον ἐπιφορᾷ significare hic debebit? Ἐπιτηδείως ἔχω est ἐπιτήδειός εἰμι, neque aliud est aut esse potest. Itaque non dubium videtur, quin aut praepostera eiusdem vocabuli repetitione aut scribae oscitantia parvam nonnullarum literarum lacunam perperam explentis vox ἐπιτηδείως, quae in periodi initio bene habet, in locum alius vocabuli aut sono aut figura consimilis cum sententiae damno irrepserit. Nam scribendum esse opinor: ὁπότε οὔτε λυπήσειν ἔμελλεν ἐπιτ(εταμέ)νως ἐχούσΑς (τῇ add.) ἐπιφορᾷ, οὔτε ἐνοχλήσειν διακόψας τὴν παιδιὰν κτλ. Perquam opportuno tempore, enarrator inquit, poëta Ulixem de somno expergiscentem facit, cum virginibus neque gravis esse posset omni animo intentis in impetum pilae in aquam ruentis, neque molestus lusu eius culpa intermisso; lusus enim fortuito finitus est. Adverbium ἐπιτεταμένως et alibi legitur et apud Athenaeum in excerptis libri secundi c. 24, p. 45 d: ὅτι τοῖς προπίνουσιν (sc. ὕδωρ) ἐπιτεταμένως οὐκ οἰκείως διατίθεται ὁ στόμαχος, ἀλλὰ μᾶλλον κακοῦται. et in Villois. An. Gr. II p. 105: καὶ τὰ πνεύματα δέ, τὸ μὲν ἐκ τοῦ θώρακος πρόεισιν ἐπιτεταμένως κτλ. Quod necessarium

addidi defensione non egere putem. Ut plurimum Din-.us talia minutiora inemendata praeteriit, nonnunquam ; deficientia restituenda indicavit, cuius rei unum proferam nplum, de quo simul et aliud animadvertendum videtur. ıs est quem dico ad ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ (ε 294), ubi os-itur cur caelum nubibus obscuratum a poëta metaphorice dicatur. τοῦτό ἐστιν ἐπιφώνημα, ἴδιον δὲ τοῦ ἐπιφωνήματος χεσθαι μὲν τῶν ἀνωτέρω προσεχῶς ῥηθέντων κατά τι, ἀφί-θαι δὲ τούτων τῷ κατά τι καὶ δοκεῖν ἀλλότριον εἶναι, ὡς καὶ ϑθα. σκότος μὲν γὰρ ἐγένετο ἀπὸ τῆς συναγωγῆς νεφελῶν καὶ ταραγμοῦ τοῦ πόντου καὶ τῶν ἀελλῶν, οὐ μὴν καθόλου· ἡ δὲ σκότος ἐστὶ καθόλου. καὶ ἔχεται μὲν ἡ νὺξ τοῦ μερικοῦ σκό-ἐπεὶ καὶ αὐτὴ σκότος· ἀφίσταται δὲ τούτου, εἰ οὖν οὐ συγ-ται πρὸς τοῦτο οὐ σκότος οὖσα καθόλου. (B) „Immo τῶν λῶν," pronunciavit Dindorfius in App. p. 763, neque hercle e quis contradicet. Simul de ultimis videamus, de quibus ι Buttmannum adducit sic disputantem: „nescio quomodo medendum sit, in quibus tres voculae οὖν οὐ — οὐ sensum ant, qui esse videtur hic: ἀφίσταται δὲ τούτου (ἡ νὺξ τοῦ ους vel potius τοῦ μερικοῦ σκότ.), εἰ συγκρίνεται πρὸς τοῦτο, ος οὖσα καθόλου." Non tamen Dindorfio persuasit, qui inter-ɔtione tantum correcta, — apud Buttmannum post ἀφίστ. ούτου pro commate punctum erat, — caetera in textu prout :odice sensu cassa leguntur repraesentavit. Mihi Buttmanni entia verissima videtur, nisi quod paulo pressius ad codicis ıturam sic locus constitui potest: καὶ ἔχεται μὲν ἡ νὺξ τοῦ κοῦ σκότους, - - - ἀφίσταται δὲ τούτου, εἰ γοῦν [οὐ] συγ-εται πρὸς τοῦτο, ὡς σκότος οὖσα καθόλου. Primum οὐ per ɔgraphiam ex συ natum est, secundum in ὡς mutavi.

, 164. Ulixes pulcherrima metaphora cum palmae ramo, n Deli viderat Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ, Nausicaae proceram ıram comparans addit: ἦλθον γὰρ καὶ κεῖσε, πολὺς δέ μοι ·το λαός. Haec illustrantur ita: λέγοι δ' ἂν πολὺν λαὸν οὐ ἴδιον στόλον, ἀλλὰ τὸν Ἑλληνικόν, ὅτ' ἀφηγούμενος εἰς Δῆλον Μενέλαος σὺν Ὀδυσσεῖ ἐπὶ τὰς Ἀνίου θυγατέρας, αἳ καὶ ἴτροποι ἐκαλοῦντο. (EPQ) Quem vel quid ἀφηγούμενος? Quod frustra quaeramus, emendemus: οὐ τὸν ἴδιον στόλον, ἀλλὰ

τὸν Ἑλληνικόν, ὃΝ ἀφηγούμενος εἰς Δῆλον ἦλθε Μενέλαος σὺν Ὀδυσσεῖ ἐπὶ τὰς Ἀνίου θυγατέρας.

ζ, 178. Pergit Ulixes orare Nausicaam.

ἀλλά, ἄνασσ', ἐλέαιρε· - - -
ἄστυ δέ μοι δεῖξον, δὸς δὲ ῥάκος ἀμφιβαλέσθαι.

Ad ultimum versum adscriptum in PQ: ὅλον τὸν λόγον τοῦ Ὀδυσσέως ἀκόλουθον τῇ ὑποσχέσει πεποίηκεν Ὅμηρος, μειλίχιον, ὅτι θεραπεύσας εἰς οἶκτον ἐκίνησε, κερδαλέον δέ, ὅτι μικρὰ μὲν ᾔτει, μεγάλα δὲ ἐδήλου. καλῶς δὲ καὶ περὶ τῶν τροφῶν ἀπεσιώπησεν. Subobscurum mihi est, quo tandem sensu Ulixes dicatur Nausicaae μεγάλα δηλοῦν. Non enim, quod omnia bona faustaque ei apprecatur, ea maxime quae inprimis ei cordi esse ex virginis aetate intellegit, ἄνδρα τε καὶ οἶκον, id sana mente praeditus quispiam μεγάλα δηλοῦν appellaverit. Una litera immutata meliora suppeditabit: - - - κερδαλέον δέ, ὅτι μικρὰ μὲν ᾔτει, μεγάλα δὲ ἐζήλου, quod cum praecedentia illa respicere potest, quibus et parentes eius et fratres et prae caeteris qui ei sponsus futurus est beatissimi praedicantur, ut idem sit ac ἐμακάριζε, tum in universum totam Ulixis orationem spectat laudatoriam sane, cuius significationis facere non possum quin unum exemplum adscribam e nobilissimo Thucydidis loco (V 105 i. f.), e colloquio legatorum Atheniensium et Meliorum, ubi Athenienses: μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον, quod in Scholiis sic redditur: τὸ μὲν ὑμῶν μακαρίζομεν ἀπειρόκακον, τὸ δὲ ἄφρον οὐκ ἐπαινοῦμεν. Totus autem scholii quod emendavimus tenor quo tendat ita melius intellegetur ubi ad eum versum (vs. 148) regressi erimus, quo poëta orationem ab Ulixe ad Nausicaam habendam his verbis designat: αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον. Ad hunc igitur versum enarrator: Ἐπισφαλεῖς αἱ τοιαῦται προρρήσεις [1]), ἀλλ' ὅμως Ὁμήρῳ τετόλμηται. προστίθησι δὲ τῷ ἀκροατῇ κανόνα τῶν εἰρησομένων λόγων. εἰσόμεθα δὲ εἰ κεκράτηκε τῆς ἐπαγγελίας, ac tum incipit ad singulos versus (vss. 149, 152, 153, 159, 160, 164, 170, 173, 178) ea observare, quibus ostendat

---

1) Ita codex. Buttmannus male correxerat προρρήσ., quem perperam secutus est Dindorfius. (Cfr. Cobetum in Mnem. N. S. III p. 115).

[omerum solvisse quae promiserit. Quae postquam singillatim
ıtendit, totam argumentationem iis concludit quae supra de-
:ripsimus: ὅλον τὸν λόγον τοῦ Ὀδυσσέως ἀκόλουθον τῇ ὑποσχέσει
ἐποίηκεν Ὅμηρος, μειλίχιον --- κερδαλέον δέ κτλ. Notulas
ıim illas omnes, quas modo memorabam, in unum esse con-
ıngendas et Porphyrio deberi, mihi ipse firmiter persuasi, ut-
ıe aliis persuadeam, in altera huius opusculi parte operam dabo.

Quod in alia adnotatiuncula ex HQ ad hunc eundem versum
; 178), δὸς δὲ ῥάκος: αὔξει διὰ τοῦτο τὸν ἔλεον tralaticio
itio scriptum est διὰ τοῦτο pro διὰ τούτου minutum, neque
ıaioris momenti sunt quae corrigenda videntur ad vs. 180,
bi διὰ recte cum genetivo structum habemus. Sunt autem
aec: διὰ μὲν τοῦ „(σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν) ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοι-
ῇς" αὐτῇ καταλείπει τὴν αἵρεσιν, διὰ δὲ τῶν ἑξῆς, ἃ αὐτὸς
ἱρεῖται γενέσθαι αὐτῇ παρὰ θεῶν. (EP.) Primum oportet,
:edo, παρὰ (τῶν) θεῶν, deinde rectumne hic esse potest αἱρεῖ-
θαι? Quid? Ulixes squalidus et supplex regiae virgini bona
igit quae ei a diis eveniant? Quantocius revocanda vera
ctio: ἃ αὐτὸς αἰτεῖται γενέσθαι αὐτῇ παρὰ (τῶν) θεῶν, quae
Palatino oblata inconsulto spreta est. Αἰτεῖσθαι enim bene Attice
iam idem valere atque εὔχεσθαι, quod hic unice requiritur,
ıis nescit? Adscribam unum e Xenophonte locum, ut sit instar
nnium: Κῦρος ἔθυε πρῶτον μὲν Διῒ βασιλεῖ, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς
λλοις θεοῖς, οὓς ᾐτεῖτο ἵλεως καὶ εὐμενεῖς ὄντας ἡγεμόνας γενέ-
'σθαι τῇ στρατιᾷ. (Cyrop. III, III § 21).

At gravius vulnus subesse videtur in scholio ad ζ 185 ad-
ripto, ad celebratissimam illam Ulixis sententiam, non esse
lam domum feliciorem, quam ubi vir et uxor concordem
entem gerant.

ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνή· πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν,
χάρματα δ' εὐμενέτῃσι· μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί.

raeposito lemmate χάρματα δ' εὐμενέτῃσι haec leguntur in EQ:
ὑγγενέσι, φίλοις, εὐμενῶς διακειμένοις καὶ εὐνοοῦσιν ἀνὴρ
αὶ ἡ γυνή. τὸ δὲ „ἔκλυον αὐτοί" ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς. Caetera
perta sunt et perspicua, sed unde repente exortam dicamus

brevem illam sententiam: καὶ εὐνοοῦσιν ἀνὴρ καὶ ἡ γυνή, in medios dativos tanquam de caelo delapsam? Difficultas tam[en], quae inextricabilis videtur, solutionem admittit simplicissim[am]. Nempe duo ad eundem versum scholia cum duobus lemm[a]tis, quod saepe factum iam admonuimus, inepte in unum con[fl]ata sunt sic digerenda ac dispescenda:

χάρματα δ' εὐμενέτῃσι] συγγενέσι, φίλοις, εὐμενῶς διακειμένοις καὶ εὐνοοῦσιν.

μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί] ἀνὴρ καὶ ἡ γυνή. τὸ δὲ „ἔκλυον αὐτοί" ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς. Prius enim scholion, usque ad εὐνοοῦσιν — nam et hoc participium est in dativo positum — interpretationem praebet Homericae vocis εὐμενέτῃσι, alterius forma duplex est. Nam verba ἀνὴρ (sic scribendum) καὶ ἡ γυνή itidem glossa sunt ad αὐτοί, caetera Nicanoris notae misella fragmina, cum iis quae HP servaverunt ad ὁμοφρονέοντε (vs. 183) et solus P ad πόλλ' ἄλγεα (vs. 184) in unum coniungenda etsi ne sic quidem integra et incorrupta. Sed ab his nun[c] abstineo manus, illud satis habeo in praesentia admonere, eode[m] remedio esse utendum in iis, quae ad ζ 264 ex T in editio[ne] Dindorfiana nescio cur infra textum sunt enotata. Specta[nt] autem haec Homerica:

καλὸς δὲ λιμὴν ἑκάτερθε πόληος (Phaeacum),
λεπτὴ δ' εἰσίθμη· νῆες δ' ὁδὸν ἀμφιέλισσαι || εἰρύαται.

„In T est: καλὸς δὲ λιμήν: ὥστε δύο λιμένας ἔχειν. τὸ δὲ „νῆ[ες] δ' ὁδόν" τὴν δίοδον φησὶ τοῦ λιμένος εἰρύαται, φυλάττουσι τὴν ὁδὸ[ν] καὶ ἑλκυσμέναι εἰσὶν ἢ φράττουσι τὴν εἴσοδον. (Hoc ex scholio a[d] v. 265)." Sic Dindorfius. Ipse haec aliter disposita constituerem

264. καλὸς δὲ λιμήν] ὥστε δύο λιμένας ἔχειν. τὸ δὲ „νῆες δ' ὁδὸν" τὴν δίοδόν φησι (spectat, designat) τοῦ λιμένος.

265. εἰρύαται] φυλάττουσι τὴν ὁδὸν ἢ εἱλκυσμέναι εἰσὶ κα[ὶ] φράττουσι τὴν εἴσοδον. Qui haec, ut nunc scripta exhibui, co[n]ferre velit cum iis quae ad vs. 264 ex BEQT edita sunt (p. 31[5] l. 17 et 18), item cum editis ad sequentem versum ex E, cum de dispositione, tum de singulis correctionibus levissim[is] abunde satisfactum erit. Eadem quoque confusio notanda [et] castiganda θ 413 in iis, quae observata sunt de Ulixis [ad] Euryalum verbis:

καὶ σύ, φίλος, μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν,

μηδέ τί τοι ξίφεός γε ποθὴ μετόπισθε γένοιτο κτλ.

His adscripta in Q: καὶ σὺ φίλος· καὶ σύ, φησὶν ὁ Ὀδυσσεὺς Ἀττικῶς. μὴ ἔτι γένοιτο τοῦ ξίφους ὃ μοι δέδωκας ποθὴ ἐπὶ τὸ ἔμπροσθεν ἤτοι ἐπιθυμία: Lepida omnia, sed nihil lepidius quam Ulixes Attice cum Euryalo confabulans. Hoc unum nescio quomodo addere homo neglexit, utrum vetere Atthide heros an nova usus fuerit. Sed ne pergamus antiquo grammatico crimini dare ineptias quarum plane insons est, cum scribae dormitantes hic nobis exagitandi sint. Distrahamus, quae illi male coniunxerunt ac nihil supererit ineptiarum:

φίλος] ἀντὶ τοῦ (φίλε) [1]).

καὶ σὺ φίλος] καὶ σοί, φησὶν ὁ Ὀδυσσεύς, μὴ ἔτι γένοιτο τοῦ ξίφους ὃ μοι δέδωκας ποθὴ ἐπὶ (malim εἰς) τὸ ἔμπροσθεν ἤτοι ἐπιθυμία. Prior nota Aristonici est, — locos ex Scholiis Iliacis composuit Friedländerus p. 18, e quibus unum excitabo iis quae redintegravi persimilem: φίλος ὦ Μενέλαε· ἡ ὀρθὴ ἀντὶ τῆς κλητικῆς, φίλος ἀντὶ τοῦ φίλε. (Δ 189), — altera totius enunciationis paraphrasin continet. Neque aliter sanandum scholion ex Harleiano ad μ 438. Agitur de fragmentis diffractae a Charybdi navis, quae illa absorpta sub vesperum quasi evomuit.

438. ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθον

439. ὄψ'· ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη – –,

441. τῆμος δὴ τά γε δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

Ad hos igitur versus cum lemmate ἐελδομένῳ legitur in H: ἐπιθυμοῦντι σωτηρίας ἦλθεν ἀνὴρ βραδέως εἰς δεῖπνον, ἤτοι τὸ δειλινόν, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς. Correxit Cramerus ἀνήρ pro codicis lectione ἀνήν, correxit Dindorfius (App. p. 789) δεῖπνον pro δεῖπνα, — vere illa quidem, — monemur praeterea „adde (post ἀνήρ) ἐξ ἀγορᾶς ex H" (Praef. p. LXI), sed quid haec ad totam sententiam intellegendam prosunt? Quae brevissima est, at in tanta brevitate quot habet aenigmata. Quis expediat dativum ἐπιθυμοῦντι? Pendetne ex ἦλθεν ἀνήρ? Si non pendet, unde tandem explicandus erit? Nec difficile est pro imperio statuere, addenda esse ex codice verba ἐξ ἀγορᾶς. Illud difficilius dicetur, si quod imperatum est facimus, quomodo accipienda sint insipida haecce: ἐπιθυμοῦντι σωτηρίας ἦλθεν ἀνὴρ

1) De confusis Ἀττικῶς et ἀντὶ τοῦ confer. Bast. p. 793.

ἐξ ἀγορᾶς βραδέως εἰς δεῖπνον --- καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς. Quid autem est, quod tantum dedit turbarum? Nempe *tria* nunc scholia in unum conflata sunt, duae glossae, — interlineares in archetypo, putem, fuerant, — et paraphrasis, in hunc modum reconcinnanda:

438. ἱελδομένῳ] ἐπιθυμοῦντι σωτηρίας.

439. ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον] (ὡς ὅτε add.) ἦλθεν ἀνὴρ βραδέως ἐπὶ δεῖπνον, ἤτοι τὸ δειλινόν, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.

ἀγορῆθεν] ἐξ ἀγορᾶς.

Quod in paraphrasis fronte addidi ὡς ὅτε, feci cum sententia duce, tum auctoritate codicis B, eadem fere praebentis ἐν τῷ ἐφάνησαν τὰ δοῦρα ἀπὸ τῆς Χαρύβδεως, ὡς ὅτε ἐστράφη τις ἀνὴρ ἐπὶ δόρπον κρίνων κατὰ τὴν ἀγορὰν κτλ., et fusius sed accuratius Q: ὡς δὲ δικασπόλος ἀνὴρ --- ὀψὲ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀνέστη ἐπὶ δεῖπνον ἐλθών, τῆμος — ἐν τοσούτῳ δή — τὰ ξύλα τῆς νηὸς --- ἐφάνησαν ἐξεμηθέντα τῆς Χαρύβδεως, quae omnia Aristarcheae paraphrasis memoriam servare mihi videntur. Unum adhuc eiusdem vitii exemplum ponam, ad sextum librum redire festinans. Telemachus a Minerva per somnium admonitus domum redire properat. Quare ocius vestimentis indutis, Menelaum de consilio suo facit certiorem (ο 62 seqq.).

62. βῆ δὲ θύραζε, παριστάμενος δὲ προσηύδα· ---

65. ἤδη νῦν μ' ἀπόπεμπε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν·
ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐέλδεται οἴκαδ' ἱκέσθαι.

Ad versum 65 Cramerus et Dindorfius ex solo H retulerunt haec, quibus nullum lemma adiectum videtur: εἰπὲ αὐτῷ ἀπελθεῖν εἴσω τῆς πατρίδος. Sunt et haec in summa perspicuitate obscurissima. Nam in toto versu 65 nihil reperitur, quod cum paraphrasi, quae huc pertinere dicitur, aliquid commune habeat. Itaque haec in duas particulas discerpta melius intelligetur.

62. προσηύδα] εἶπεν (non εἰπὲ) αὐτῷ.

66. οἴκαδ' ἱκέσθαι] ἀπελθεῖν εἴσω τῆς πατρίδος.

At, dices, quid causae est cur pervulgatissimum illud προσηύδα paraphrasi explicetur? Equidem hanc causam fuisse crediderim, quod verbis παριστάμενος δὲ προσηύδα in eodem H suprascriptum est: ἔπος ηὔδα, ut primaria scholii forma haec fuisse videatur: παριστάμενος δὲ προσηύδα· εἶπεν αὐτῷ. (γράφεται δὲ καὶ) „ἔπος ηὔδα." Nunc ad propositum redeo.

, 187. Turpe est brevissima ea, quae Palatinus observat ad erfectam Nausicaae orationem: ξεῖν', ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ' ονι φωτὶ ἔοικας —, etiamnunc sic edi: ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἦθι," τοῦ γὰρ Ζεύς, quae hercle et ipsa imperfecta sunt, a ratione habita verissimae Buttmanni restitutionis, sic ad .06, — ubi totum dictionis ἀπὸ κοινοῦ apud grammaticos n late patentem luculenter illustrat, — de nostro quoque disputantis: „(haec) verba etiam mutilatione laborant; re tamen satis patet, scholiasten docere intelligendum esse: ῆι, τού(των) γὰρ Ζεὺς (αἴτιος)," quae emendatio mihi quidem a omnem dubitationem posita videtur. Frequens esse in oliorum nostrorum codicibus hoc vitium, ut aut aliquot lite- aut paucae syllabae aut integra quoque verba in lacuna derentur, plerumque in periodorum fine sed haut raro vel media oratione, notissima res est, nec quae huius vitii causae in obscuro est positum. Alii alia restituerunt, ipse et olim Observationibus compluscula lacunis hiantia non improbabi- r, — ut tunc mihi videbar et nunc videor, — supplevi, et superioribus plura huc pertinentia attigi, nunc caetera huius eris insigniora ordine proponam, praeterquam ubi scholion m et alterum et aliis insuper corruptelis gravissimis premi- , de quibus singulis suo quoque loco aptius dicetur.

ic paulo post (ζ 303) scribendum: Κεκύθωσι· ἔστι τὸ ὑγιὲς κευθωσι) ἀπὸ τοῦ κεύθω, εἶτα συστολὴ παρηκολούθησεν (Q), Herodianum referunt.

, 144. Ubi Ulixes aëre obvolutus a nullo visus in Alcinoi s penetravit, poëta de Phaeacum principibus dicit: οἱ δ' ἄνεῳ οντο δόμον κάτα φῶτα ἰδόντες. Adnotatio ex PQT ad hunc um ita editur: εἰκότως ἐθαύμαζον ὅτι προσιόντα οὐκ εἶδον. in T est εἶδον τὸν, cum lacuna in fine lineae. (App. p. 772). d facilius est quam lacunulam illam sarcire: εἰκότως ἐθαύ- ον ὅτι προσιόντα οὐκ εἶδον τὸν (ξένον).

. 197. (p. 342, 6). Μοῖραι ἐπεισάγουσι τῷ ἀνθρώπῳ, ἡ χεσις, ἡ Κλωθώ, ἡ Ἀταρπώ. (P) Adnotat Dindorfius ad Ἀταρπώ: imo Ἄτροπος." Utilius doceremur, quid tandem Parcae homini

ἐπεισάγειν dicantur. Sed nihil huiusmodi quaerere opus erit, ubi locum sic restituerimus: Μοῖραι ἐπεισάγονται γ' (τρεῖς) τῷ ἀνθρώπῳ, ἡ Λάχεσις, ἡ Κλωθώ, ἡ Ἀταρπώ (Ἄτροπος). Si quis rei indubitatae auctorem requirit, inspiciat Eudociae violetum frequenter aut nostra Scholia aut nostris simillima describentis, ut ostendimus supra, (s. v. Μοῖραι), quae i. a. et haec habet: κατ' ἄλλον δὲ τρόπον τρεῖς Μοῖραι παρεισάγονται κατὰ τὸ τρισσὸν τῷ χρόνῳ· καὶ Κλωθὼ μὲν ὠνόμασται μία, -- — ἄλλην δὲ Λάχεσιν, --- Ἄτροπος δὲ ἡ τρίτη κτλ.

η, 201. Alcinous ad Phaeaces: αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς || ἡμῖν, cuius rei haec redditur causa in E: διὰ τὸ ὁμοιοῦσθαι τοῖς θεοῖς ἢ κατὰ ἀρετὴν ἢ κατὰ γένος. Legendum: διὰ τὸ (ἡμᾶς) ὁμοιοῦσθαι τοῖς θεοῖς, nam spectant Homerica „ἐπεί σφισιν ἐγγύθεν εἰμέν" (vs. 205), quae verba BEQT sic interpretantur: ἀγχιστεύομεν γὰρ αὐτοῖς κατὰ γένος, quibus similia alii codices praebent.

auctore repudiatam, nisi Dindorfius bis (App. p. 769 et Praef. p. LIV) eam laudando auctoritate sua stabiliisse visus esset. Nunc paucis ostendam, cur quieta hic non movenda existimem. Iam primum, unde scimus Zenodotum lectionem *ἐμοῦ ἐπιτιμῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον μετατεθεικέναι*? Omnes, quod sciam, qui inter recentiores his de rebus scripserunt in eo consentiunt, Aristarcheos ubi de lectionibus ab Zenodoto aut reiectis aut novatis disputant nulla usurpasse — si unquam fuerunt — critica Zenodoti scripta, in quibus de his rebus disseruerit. Itaque Aristonico vivo ex eius editione et glossis sciri *fortasse* adhuc poterat, quid legerit aut quomodo explicuerit, an et quibus argumentis lectionem a se improbatam impugnaverit et immutaverit, Aristarchei iam *non scire* poterant, sed illud „Zenodotum lectionem receptam *in peius mutasse*" aut Aristarchi coniectura est aut Aristonici [1]). Deinde, si *Zenodoti* hic exemplar *ἐμεῦ* praebebat, qui dici poterat in *omnibus* legi *ἐμοῦ*? At verba quemadmodum in codicibus nostris leguntur, simplicissimam admittunt interpretationem. In locutionibus, qualis est *πατρὸς ἐμοῦ*, Aristarchus *semper* pronomen possessivum requirebat, Zenodotus *fere* personale, sed, qua erat inconstantia, nonnunquam consentientibus libris possessivum immutatum reliquit. Hanc eius in talibus rebus inconstantiam plurimae exagitant Aristonici notae, ipsius Aristarchi fortasse verbis. Rectene an secus nunc non definio, sed exagitant. Cuius rei ex permultis unum et alterum exemplum ponam. Aristonicus ad Η 9: *ὅτι Ζηνόδοτος ἐν μὲν τῷ καταλόγῳ* (B 507) *πεποίηκεν „οἵ τε πολυστάφυλον Ἄσκρην ἔχον," ἐνθάδε δὲ εἴασε τὴν Ἄρνην*. Idem ad Γ 423: *ὅτι Ζηνόδοτος μετετίθει τὴν συνέπειαν οὕτως — — · ἀπρεπὲς γὰρ αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τῇ Ἑλένῃ τὴν Ἀφροδίτην δίφρον βαστάζειν*.

---

1) Exposuit hoc Pluygersius v. cl., cuius obitum discipuli et amici nunc lugemus, in disputatione iam saepius laudata (de Zenod. L. B. 1843), atque ita, ut me quidem iudice contra dici omnino nequat. Amplexi sunt eius sententiam et alii et Sengebuschius (in Dissert. Hom. priore p. 23), cuius verba quaedam describam disertissima et luculentissima: „Incerta fere omnis Zenodoteae *κρίσεως* est ratio atque natura; cujus rei causam eam recte dicunt primariam, quod curae a Zenodoto impensae in Homerum notitia ad nos per Aristarcheos solos pervenerit, *quos ipsam Zenodoti editionem non vidisse*, sed ex inferiorum illius aetate grammaticorum scriptis omnia quae de ea narrarent hausisse *maxime ex Aristarchi libris* probabile sit."

πιλέληστα δὲ ὅτι γραῒ εἴκασται καὶ ταύτῃ τῇ μορφῇ τὰ προσή-
κοντα πράσσει. Idem denique ad E 734—736: οἱ ἀστερίσκοι ὅτι ἐνταῦθα μὲν καλῶς κεῖνται, ἐν δὲ τῇ κόλῳ μάχῃ (Θ 385) μηδεμιᾶς φαινομένης ἀριστείας οὐ δεόντως. ὁ δὲ Ζηνόδοτος τούτους μὲν ἀθε-
τεῖ, ἐκείνους δὲ καταλείπει. Eiusdemmodi igitur aliquid etiam nostro loco adnotatum habemus. Nunc quidem — Aristonicus loquit — in *omnibus* scribitur ἐμοῦ, *etiam in Zenodoti editione*, qui tamen *quibusdam locis* in peius id mutavit. Hanc esse vim verborum ἐπί τινων haec ex pluribus demonstrabunt: η 16 i. :.
ὁ δὲ -- προοικονομεῖ τι ὁ ποιητὴς -- εἰσόμεθα ἐπὶ τοῦ οἰκείου τόπου γενόμενοι, θ 1: Ἠὼς σημαίνει πολλά. -- ὁτὲ δὲ ἡ σωματικὴ θεός, ὡς ἔχει ἐπὶ τοῦ „Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων" κτλ., ι 540: ἐπὶ τοῦ προτέρου (vs. 483) ἀθετεῖται.

ζ, 268. Δηλοῖ γὰρ τὸ α τὸ ὁμοῦ, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀκόλουθος, ὅ ἐστιν ὁμοκέλευθος, καὶ ἄβρομοι ἄβρομοι καὶ ἀνίαχοι ἀμαΐαχοι. (E) Scriptum erat, opinor, καὶ ἄβρομοι ἀμάβρομοι.

ζ, 305. Ad ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ adnotatur in H: ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἐσχάρῃ. Hoc demum est interpretari! Legendum: ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ, quae Aristarchi est interpretatio, ut multi viderunt, omnium primus Lehrsius in Quaestt. Epicis p. 87, adlata Aristonici nota ad Z 92: (θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν.) ἐπί. ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τῆς παρά, ἵν' ᾖ παρὰ γούνασιν· ὀρθὰ γὰρ τὰ Παλλάδια κατεσκεύασται. καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ „ἡ μὲν ἐπ' ἐσχάρῃ," ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ, unde quod reposuimus satis confirmatur, ut non opus sit supra ad ζ 52 referre, ubi lectionem emendatam habemus.

V.

η, 16. In septimi libri scholiis corrigendis primum nos advertit Porphyrianae doctrinae excerptum. Narrat poëta Ulixem Minervae cura nube amictum, ne a Phaeacibus laederetur praetereuntibus. Adscribitur in HPQ: ὑπερόπτας εἰσήγαγε τοὺς Φαίακας οἰκονομικῶς. -- πῶς οὖν πέμπουσι τοὺς ξένους; ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων φιλανθρώπους πεποίηκε τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν. οὐδὲν οὖν εἰς τὰ τοιαῦτα ἔμελλε βλάψειν τὸν Ὀδυσσέα ἡ τῶν ὑποτεταγ-

μένων αὐθάδεια. Quivis haereat in *εἰς τὰ τοιαῦτα*, ac iure quaesiverimus: *εἰς τὸ τί?* Pertinetne ad praecedentia ut sit: plebis insolentia *οὐδὲν ἔμελλε βλάψειν τὸν Ὀδυσσέα εἰς τὸ πέμπειν αὐτόν?* Etiamsi auctor inepte Homericum *βλάπτειν τινὰ κελεύθου* referre cogitavit, quam contorte dicta sunt *βλάπτειν εἰς τὰ τοιαῦτα* pro: nocere *in impetrando reditu!* Respicitne Homerica nostri loci: *μήτις - - κερτομέοι τ' ἐπέεσσι?* At quis sanus haec reddat per *εἰς τὰ τοιαῦτα βλάπτειν?* Mitto dicere, sententiam latius patere neque de solo reditu impetrando esse accipiendam. Itaque nihil horum probari potest ac statuendum, quod statuo, locum labem esse passum. Nisi me omnia fallunt, requiritur Porphyriano more oppositio ad *ἡ τῶν ὑποτεταγμένων αὐθάδεια*, eritque scribendum: *οὐδὲν οὖν, εἰ τὰ* (*τέλη*) *τοιαῦτα, ἔμελλε βλάψειν τὸν Ὀδυσσέα ἡ τῶν ὑποτεταγμένων αὐθάδεια.* Eandem sententiam ad vs. 32 expressam habemus in EV: *ζητοῦσί τινες πῶς ἐν τοῖς ἑξῆς Φιλοξενωτάτους λέγει τοὺς ἀνθρώπους. καί φαμεν ἢ τὸν μὲν ναυτικὸν ὄχλον εἶναι τῷ ὄντι ἀηδῆ, τοὺς δὲ βασιλεῖς Φιλοξένους κτλ.* *Τέλος* quam usitatum sit inprimis apud Xenophontem de magistratibus dictum, non est quod moneam. Dabo ex maxima copia utriusque formae, et singularis et pluralis, unum exemplum, utrumque ex Cyropaedia petitum. Legitur I, v § 7: *ὧν δ' ἕνεκα αὐτός τε οὐκ ἄκων εἰς τόδε τὸ τέλος κατέστην καὶ ὑμᾶς παρεκάλεσα δηλῶσαι ὑμῖν βούλομαι*, legitur VIII, v § 27: *ταῦτα εἰπόντος Καμβύσου συνέδοξε Κύρῳ τε καὶ τοῖς Περσῶν τέλεσι.*

η, 29. Occurrit Ulixi Minerva virginis formam induta, a qua petit ut sibi ad Alcinoi regiam viam monstret. Respondet illa, se facile monstraturam,

ἐπεί μοι πατρὸς ἀμύμονος ἐγγύθι ναίει.

Philosophatur nescio quis: *προσαγωγὸν πάνυ· οὐ γὰρ τὴν ἰδίαν χρείαν καταλιποῦσα ὑπουργήσειν φησίν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ δείξειν τὸ ζητούμενον.* (PQT) Quam sit haec urbanitas exquisita melius apparebit, si expuncto *γάρ* omnia continuentur in hunc modum correcta: *προσαγωγῶς πάνυ* (in Q est *προσαγωγὸς*, omisso *πάνυ*. App. 770.) *οὐ τὴν ἰδίαν χρείαν καταλιποῦσα ὑπουργήσειν φησίν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ δείξειν τὸ ζητούμενον.*

η, 32. Dicit virgo de Phaeacibus: οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ' νθρώπους ἀνέχονται. Observatur: ἀντὶ τοῦ, ἀνθρώπους ἀνέχοντας τοδέχονται. (PQ) Non novi ἀνθρώπους ἀνέχοντας, sed intelleerem: ἀντὶ τοῦ, (οὐ μάλα) ἀνθρώπους ἀναδέχονται ἢ ὑπcχονται, quemadmodum consimilia Telemachi verba (ρ 12, 13): ιὲ δ' οὔπως ἔστιν ἅπαντας ἀνθρώπους ἀνέχεσθαι interpretatur pollonii Lexicon: ἀνέχεσθαι· ἡ μὲν λέξις ἐν τῇ ρ τῆς Ὀδυσιίας, --- δηλοῖ δὲ τὸ ἀναδέχεσθαι καὶ διαβόσκειν.

η, 36. Ad τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα BET: ἐντεῦν τὸ παροιμιῶδες „διέπτατο δ' ὥστε νόημα." Tum sequitur illo lemmate praescripto, quasi novum esset scholion, ex solo : τὸ γὰρ ἐνθύμημα καὶ τὰ πόρρω φαντάζεται. Satin certum, aec in unum esse coniungenda de celeritate mentis dicta vel motissima quaeque cogitatione amplectentis? Namque vocem θύμημα hic non grammatica sua significatione esse adhibitam, ihil opus est monere.

η, 51. Animos addit Minerva Ulixi his verbis: σὺ δ' ἔσω ſε μηδέ τι θυμῷ τάρβει· θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων. imuerunt interpretes, ne poeta audaciam ac procacitatem lauasse videretur. Certatim igitur de voce θαρσαλέος adnotaverunt, ;ilicet ne quis forte simplicior in errorem induceretur, ὁ πεπαρισιασμένος καὶ εὔτολμος, οὐχ ὁ θρασύς· ἐκεῖνος γὰρ ἀναιδής. καὶ ττιν οἰκεῖον τῇ Ἀθηνᾷ τὸ τῆς γνώμης. καὶ ἐξ ἀνδρείας καὶ λογιμοῦ ὀρθοῦ τὸ θαρρεῖν περιγίνεται. τοῦτο γὰρ δοκεῖ παραιτεῖσθαι ἡν παρρησίαν Ὀδυσσέως, ὅτι ξένος ἐτύγχανεν. ὑποβάλλει οὖν τι καὶ τὸν τοιοῦτον θαρρεῖν δεῖ, εἰ μέλλει σωτηρίας τεύξεσθαι. ?QT.) Desinit T in περιγίν., praeterea omittit καὶ ante ἐξ νδρείας. Non est his indiciis opus ut locum obscurissimum labem assum esse credamus, in quo neque dispicitur, quid sibi velint ita: καὶ ἔστιν οἰκεῖον τ. Ἀθ. τὸ τῆς γνώμης, media inserta inter xpositionem discriminis τοῦ θρασέος et τοῦ θαρροῦντος, neque quid αὶ ante ἐξ ἀνδρείας, cum adversativa particula requiratur, neue γὰρ post τοῦτο, quod et ipsum perversum, tandem cur enetivus Ὀδυσσέως caeteris vitiis tanquam cumulus accedat. ιocus, si quid iudico, ex impedito et obscuro perspicuus t facilis intellectu evadet adhibitis transpositione et lenibus

correctionibus hisce: ὁ πεπαρρησιασμένος καὶ εὔτολμος, οὐχ ὁ θρασύς· ἐκεῖνος γὰρ ἀναιδής. ἐξ ἀνδρείας (δὲ) καὶ λογισμοῦ ὀρθοῦ τὸ θαρρεῖν περιγίνεται. καὶ ἔστιν οἰκεῖον τῇ Ἀθηνᾷ τὸ τῆς γνώμης. τούτῳ γὰρ δοκεῖ παραιτεῖσθαι τὴν παρρησίαν Ὀδυσσεύς, ὅτι ξένος ἐτύγχανεν. ὑποβάλλει οὖν ὅτι καὶ τὸν τοιοῦτον θαρρεῖν δεῖ, εἰ μέλλει σωτηρίας τεύξεσθαι.

η, 79. Σχερίην: τὴν Φαιακίαν. τὰ λεγόμενα νῦν Κέρκυρα αὕτη ἐστὶν ἡ Φαιακία. (B.) Dindorfius ad τὰ λεγόμενα: „ἡ λεγομένη dicere debebat." Immo, mutata interpunctione, τὴν Φαιακίαν, τὴν λεγομένην νῦν Κέρκυραν. αὕτη ἐστὶν ἡ Φαιακία.

η, 104. In verbis αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης (alii μύλῃς) ἔπι μήλοπα καρπόν interpretandis, de quibus multum olim addubitatum est, versatur etiam breve Scholion ex V: μήλοπα καρπόν· τοὺς πυρούς· -- οἱ δὲ ὅτι τὸ ἔριον ἐπὶ τοῦ μηροῦ ἔτρεφον. μύλη γὰρ τὸ ἄκρον τοῦ μηροῦ. In his nescio cur editores, veteres editiones secuti, ἔτρεφον ediderint, cum ἔστρεφον oporteat, quod et per se satis commendatur et explicatiore scholio ex E, quae sunt omnia disiecta membra disputationis Porphyrianae, de hoc loco aut seorsim aut cum aliis coniunctim fuse ratiocinantis.

Eodem pertinent quae sequuntur ex HPQT edita, quorum initium leviter immutandum et interpunctione adiuvandum videtur. Editur autem sic: μύλας τινὲς τὰ γόνατα ἀκούουσι, μήλοπα δὲ καρπὸν τὸ ἔριον. καρπὸς δέ ἐστι τῶν προβάτων, ἵνα ὁ λόγος ἦ ἐπὶ τῶν τὰς κρόκας τριβουσῶν ἐπὶ τῆς ἐπιγουνίδος. Melius ita distribuentur, et stilo Porphyriano accommodatius: μύλας τινὲς τὰ γόνατα ἀκούουσι, μήλοπα δὲ καρπὸν τὸ ἔριον· καρπὸς γάρ ἐστι τῶν προβάτων· ἵνα ὁ λόγος ἦ κτλ.

η, 113. Τετράγυος: τετράπλευρος --. γύη γὰρ μέτρον γῆς. ἡ δὲ γύης δύο στάδια ἔχει. (BEM.) Oportet, credo, γύης γὰρ μέτρον γῆς, quae sola legitima vocis forma est quaeque statim post recte scripta sequitur. Idem restituendum in breviore nota ex V. Est autem γύης calamitosum verbum, aliter depravatum ad σ 374, ubi eadem fere: τέσσαρας ἔχον γύας.

νύον δὲ μέτρον γῆς. Scribas esse culpandos, non grammaticos, satis ostendit et hic illaesum γύας.

η, 132. Maiores molestias exhibet brevis observatio in solo I adscripta versui: τοῖ' ἄρ' (sive τοῖά ῥ') ἐν 'Αλκινόοιο θεῶν ἔσαν ἀγλαὰ δῶρα, quo poëta hortorum et regiae Alcinoi eximiam descriptionem concludit. Cum lemmate τοῖ' ἄρ' haec nobis conoquenda praebet codex: τόσα ἔσαν, ὡς „σπάρτα λέλυνται" κοινῶς, τὸ δὲ 'Αττικὸν τοῖα. Iure Dindorfius: „haec non intelligo. Videtur tale quid dici debuisse: τὸ δὲ ἐν 'Αλκινόου 'Αττικῶς ὡς καὶ τὸ ἐν "Αιδου καὶ τὸ ἐν Κίρκης καὶ ὅσα τοιαῦτα, ut legitur apud Eustathium p. 1574, 37." Sine ullo dubio tale quid legendum videtur, etsi non prorsus his verbis, neque tamen haec restitutio satis erit ad tenebras quibus brevissimus locus premitur omnes dispellendas. Quippe observandum simul hic notari non solum verbum plurali numero positum ad substantivum neutrum pluralis numeri contra Atticorum usum, sed etiam variam lectionem verborum τοῖ' ἄρ' sive τοῖά ῥ'. Itaque locum ita scripserim: τόσσα ἔσαν, ὡς „σπάρτα λέλυνται," κοινῶς. τὸ δ' ἐ(ν 'Αλκινόοιο) 'Αττικόν. (γράφεται καὶ) τοῖα. Priorem observatiunculae partem iam Larochius Aristonico vindicavit — prudenter tamen omissis τόσα et κοινῶς —, equidem et alteram, certe usque ad 'Αττικόν, eidem adscripserim, sed ita ut neutra pars ipsius grammatici verbis concepta ad nos pervenerit. Immo nostra quoque notula cum compluribus aliis documento est, — utar Buttmanni verbis argute quod rei est declarantibus, — quantopere recentior epitomator antiquioris grammatici sententiam perverterit. Quod sic apparebit. Saepissime Aristonicus, ubi hanc Homeri consuetudinem tangit —et frequenter tangit in plenioribus Σημείοις 'Ιλιάδος [1]) — talibus utitur verbis, qualia sunt v. c. A 290: ὅτι συνήθως ἑαυτῷ προθέουσιν τὰ ὀνείδη. B 135, (qui versus ei exempli instar est) ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν στίχον καὶ ἑαυτῷ καὶ ἡμῖν συνήθως ἐξενήνοχε τὸ λέλυνται

1) Friedländerus si recte computavit (Schematol. Aristarch. p. 15), *undeviginti* loci sunt, quibus σχῆμα illud diple notatur: A 290; B 36; 135; 397; E 657; Θ 180; H 6; 102; K 351; Λ 574; M 159; N 28; 85; Π 128; 507; Σ 130; X 266; Ψ 431; 504.

καὶ σέσηπε. N 28: σύνηθες γὰρ Ὁμήρῳ οὕτως λέγειν, ἠγνοίησαν τὰ κήτη καὶ οὐκ ἠγνοίησεν. Ex his similibusque satis apparet, quid Aristonico significet συνήθως ἑαυτῷ. Sed vide nunc, quid epitomatori nostro acciderit. Credidit συνήθως αὐτῷ vel simile quid valere ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ et per κοινῶς expressit. Quod cum per se parum probabile est, iam Aristonici temporibus, id est adhuc vivo Augusto, usum substantivis neutri pluralis pluralia verba *in scribendo* addendi invaluisse, tum arguitur disertissimo ipsius Aristonici testimonio ad B 36: διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα ὅτι „ἔμελλον"· ἡμεῖς δὲ ἐροῦμεν ἔμελλεν ἑνικῶς. Hactenus de priore parte. Cur alteram quoque ex Aristonico fluxisse existimem, postea uberius disputabo.

η, 153. Ulixes ubi in Phaeacum regiam penetravit Areten precatus

ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσιν
πὰρ πυρί· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

His versibus sine lemmate haec sunt adscripta in T: τὸ δὲ „πὰρ πυρί" οὐ μόνον τὸν λόγον ἐντέχνως ὡμίλησεν. ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ σχήματος τῆς καθέδρας οἶκτον ἐκίνησεν. ἅμα δὲ καὶ τὴν ἀναστασιν ᾤετο προσηγορίας ἀρχὴν καὶ φιλίας ὑποθήκην αὐτῷ γενήσεσθαι — πρὸς δὲ τοὺς ζητοῦντας πῶς φησιν ὡς χειμῶνος ὄντος Ἀρήτην ἀλεαίνεσθαι παρὰ τῷ πυρί. εὔκρατος γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ οἱ καρποὶ διαμένουσι καὶ γειτνιῶσιν Ἠλυσίῳ πεδίῳ μὲν ὄντι, ὅθεν καὶ τὸν Ῥαδάμανθυν διεκόσμησαν, τὸ δὲ ἀεὶ καθιερωμένον τῇ Ἑστίᾳ πῦρ. Ne prioribus omnis sensus desit, scribendum: τῷ δὲ „πὰρ πυρί" κτλ., quod nisi facimus nanciscemur bellissimam sententiam hanc: τὸ „πὰρ πυρί" — διὰ τοῦ σχήματος τῆς καθέδρας οἶκτον ἐκίνησεν! Sequioribus ὁμιλεῖν valere λέγειν, διαλέγεσθαι, non est quod moneam, inestque sine dubio nostris adnotatio rhetorica, qualem v. c. habemus paulo ante ad vs. 115: ἐκόσμησε τὴν ἐπαγγελίαν καὶ ἡ ὁμοιοκαταληξία τῶν λέξεων. (BEPT). Nam ἐπαγγελία quoque, ut ἑρμηνεία, apud grammaticos de *dictione*, de *elocutione*, usurpatur. [1]). Vel sic tamen, si sine ulla reprehensione dicitur

---

2) Quoniam vel in Thesauro Stephaniano huius significationis exempla desunt, hic aliud praeterea ex Scholiis nostris luculentum adscribam. ε 367: ὅρα δὴ πῶς ἑαυτὸν ἐπαγωνίζεται ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ ὁ ποιητής (i. e. ut se ipse quasi in hac re

ν λέγειν, ideo ὁμιλεῖν τὸν λόγον non potest non insolenter ım videri, ut Dindorfius in Graecitatis Indice non habuerit l exemplum quod nostro adderet, ac fuit cum ὠφέλη- coniicerem. Nunc malo ἐπέχειν, praesertim cum ne sequen- quidem bene habere mihi videantur, et ex meliore codicis dosissimi collatione lucem expectare [1]). Facilior est restitutio ius excerpti ex Porphyriana quaestione, quod per δέ cum cedentibus connexum est, etsi nec caput nec pes ei constare tur. Priori enim sententiae (πρὸς δὲ τοὺς ζητοῦντας) apo- ; omnis deëst, altera inanes habet verborum tinnitus, in nec γὰρ intellegitur, nec Ἠλυσίῳ πεδίῳ μὲν ὄντι, — quid, so, aliud sit quam πεδίον, et quid sibi vult μέν, quod certe hisce: τὸ δὲ ἀεὶ καθ. τ. Ἑστίᾳ πῦρ respondere potest? — ὅθεν τ. Ῥαδάμ. διεκόσμησαν nec τὸ δέ. Exciderunt quaedam, us adiectis et quaestio et solutio clare apparebunt. Legen- : πρὸς δὲ τοὺς ζητοῦντας πῶς φησιν ὡς χειμῶνος ὄντος την ἀλεαίνεσθαι παρὰ τῷ πυρί· — εὔκρατος γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ οἱ ·οὶ διαμένουσι καὶ γειτνιῶσιν Ἠλυσίῳ πεδίῳ (εὐδίῳ) μένοντι, καὶ τὸν Ῥαδάμανθυν διεκόμισαν· — (λεκτέον ὅτι πῦρ νοεῖν οὐ τὸ διακονικόν), τὸ δὲ ἀεὶ καθιερωμένον τῇ Ἑστίᾳ

Cur διεκόσμησαν refinxerim in διεκόμισαν, dicet Alcinous 323, 324): ὅτε τε ξανθὸν Ῥαδάμανθυν ἦγον (Phaeaces) ·όμενον Τιτυόν. Cur διακονικόν inseruerim, ostendet brevis ȝa bis in P scripta πὰρ πυρί: ἐπὶ τὸ διακονικὸν πῦρ Caetera ɔsa satis defendent.

ıda et verbis describenda exsuperet poëta). ἄνω γὰρ εἰπὼν "ἔλασεν μέγα κῦμα ἄκρης," -- νῦν κατηρεφὲς τὸ κῦμα εἶπεν, οἱονεὶ τὸ καταστεγάζον αὐτοῦ τὴν ·ὴν. (PQ) Vocis ἑρμηνεία in eadem significatione usus pervulgatissimus est. Unum ıtris exemplum excitabo ut emendem, α 518: τρόπον ἑρμηνείας ἀντίστροφον ὁ : φησιν εἶναι, ὅταν ἀναστρέφωσι τὸν σχηματισμὸν αἱ λέξεις, ὡς τὸ "χασσά- πελεμίχθη" (Δ 535) ἀντὶ τοῦ ἐχάσσατο. (MQ), quo loco sine dubio cum rfio addendum (πελεμιχθείς), verum non *post* ἐχάσσατο, sed ante, ἀντὶ τοῦ εμιχθεὶς) ἐχάσσατο, cum in M sit χασσάμενος πολεμιχθεὶς ἐχάσσατο, in Q us depravatum in χωσάμενος πολσμιχθεὶς ἀντὶ τοῦ ἐχώσσατο, et in sequenti ·lo quoque: ἀντὶ τοῦ κονισάλου (ἀέλλα add.), nam et hic apparet cur vox ·rit.

[1]) An corrigendum: ἅμα δ. κ. τῇ ἀνάσσῃ ᾤετο προσηγ. ἀρχὴν κ. φιλ. ὑπο- αὐτὸ γενήσεσθαι?

η, 169. Admonitus ab Echeneo sene, ut Ulixem supplicem comiter exciperet, tum demum hunc rex Alcinous ὦρσεν ἀπ' ἐσχαρόφιν καὶ ἐπὶ θρόνου εἷσε φαεινοῦ. Hinc αἰτιῶνταί τινες τὸν Ἀλκίνοον ὡς φιλόξενον ὄντα ἐπὶ τοσαύτης ὥρας ἐρρῖφθαι ἐπὶ κόνει τὸν Ὀδυσσέα. πρὸς οὓς λεκτέον ὅτι οὐκ ἐκ τυραννίδης εἶχε τὴν ἀρχήν, ἀλλ' εἰς οὓς ἐπέλασεν. ὁπότε οὖν ἐβούλευσε τὸ κοινόν, εἰκότως αὐτὸν...... ἀνίστησιν. (T.) In his τυραννίδης merus typothetarum error esse videtur pro τυραννίδος, sed quid sub verbis pessime corruptis εἰς οὓς ἐπέλασεν lateret, diu multumque quaesivi. In codice esse perhibetur ἀπέλασεν. Multum dubito, sed si ita scriptum revera est, non dispicio, cur monstro ἀπέλασεν monstrum ἐπέλασεν locum cedere iussum sit. Fieri potest, ut editores verbum Ionicum πελάζειν cogitaverint, cui hic una certe virtus est, ut sit „verbum bene Graecum." Sententia apertissima est, adeo ut de ea nulla possit moveri controversia. Monemur identidem eandem rem de regno Phaeacum in nostris, in Scholiis Iliacis de Agamemnonis in Achaeos imperio. In nostris legitur i. a. θ 259, ubi de Aesymnetis mentio fit: οἱ ἐκ τοῦ δήμου παντὸς ἐπίλεκτοι, οὐχὶ οἱ βασιλεῖς, et explicatissime ad θ 390: δῆλον δὲ ἐκ τούτων ὅτι ἀριστοκρατία τίς ἐστιν, ἐξέχει δὲ ἐν αὐτοῖς ὁ Ἀλκίνους δώδεκα ὄντων (praestat οὖσιν), ὡς ὁ ἑξῆς στίχος δηλοῖ. Ita EQ, nec multum aliter noster T: ἐκ τούτου δῆλον ὅτι ἀριστοκρατία ἦν, ὁποία καὶ ἡ εἰς Ἴλιον ἐγένετο στρατεία (puto: ὁποία κἀν τῇ ἐπ' Ἴλιον ἐγένετο στρατιᾷ.). ἕκαστος μὲν γὰρ τῶν ἰδίων ἦρχεν, εἷς δὲ ὁ τὴν πάντων ἀρχὴν κεκτημένος. Similiter de Graecis Troiam obsidentibus ad A 54 (ex BL), ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς: αὐτοκράτωρ γάρ, οὐ μισθωτὸς ἦν. τὴν δὲ στρατιὰν ὁ θέλων συνῆγε. — ἄλλως τε καὶ αὐτὸς ἡγεῖται τῆς ὑπαίθρου στρατιᾶς. ὅτι γὰρ οὐ τυραννὶς τοῦτο ἦν ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν δῆλον καὶ μάλιστα τῶν ἐν ταῖς λιταῖς, quo loco manifestum est requiri ἐκ τῶν λόγων ΑΥΤΟΥ, i. e. Achillis. Itaque de sententia nostri scholii constat, quam sic e verbis misere depravatis elicuerim: πρὸς οὓς λεκτέον ὅτι οὐκ ἐκ τυραννίδος εἶχε τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἐν ἴσοις ἐπρώτευσεν. De verbo πρωτεύειν testimonia adscribere velle, inanis diligentia est. Ne quis de constructione dubitet, unum producam, Isocratis (in Orat. de Pace § 24 p. 164b) καὶ δὲ τοὺς πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀξιοῦντας τοιούτων ἔργων:

ἡγεμόνας γίγνεσθαι πολὺ μᾶλλον ἢ πολέμου. Palaeographica quoque ratio apertissima est. Confundi α et ευ nemo nescit, confundi λ et τ vel unum illud ioculare vitium ex T (ad ι 116): ὑπευλήσατο δὲ τοιαύτην νῆσον abunde ostendit, pro quo cum Dindorfius ὑπεπλάσατο coniecisset (App. p. 777), ipse ante multos annos scribendum vidissem ὑπεστήσατο, codex a Ludwichio excussus hoc verum esse mihi probavit. Similiter in specimine scripturae Veneti B (ad H 409), quod Dindorfius tertio volumini editionis suae praemitti iussit, primo obtutu Ἀττικὴ σύνλεξις scriptum videtur, cum Ἀττικὴ σύνταξις revera a scriba sit exaratum. Confundi quoque ε et ω, etsi est hoc non adeo ac caetera pervulgatum, minime tamen rarum esse patet v. c. ex vitio in Xenophontis Cyropaed. I, IV § 7 commisso, ubi cum de Cyro venatum eunte in plerisque libris sit: (Astyages) φύλακας συμπέμπει --- ὅπως ἀπὸ τῶν δυσχερειῶν (vel δυσχεριῶν) φυλάττοιεν αὐτόν, Stephanus verum δυσχωριῶν reperit. Lacuna in fine scholii: ὁπότε οὖν ἐβούλευσε τὸ κοινόν, εἰκότως αὐτὸν ...... ἀνίστησιν, si modo lacuna est, commode poterit suppleri nomine proprio addito: εἰκότως αὐτὸν (ὁ Ἀλκίνους) ἀνίστησιν.

η, 197. Πείσεται, ἅσσα οἱ Αἶσα κατὰ Κλῶθές τε βαρεῖαι γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

De his in BPQT: γενικόν ἐστι τὸ αἶσα, εἶτα εἰδικὸν τὸ κλῶθες, ὡς „ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον" (A 62). τὸ μὲν γὰρ γενικόν, τὰ δὲ εἰδικά. Pergunt iidem codices, aliis alia omittentibus ad sensum necessaria, (suntque haec in H quoque): τὸ δὲ κατά πρὸς τὸ νήσαντο· τὸ δὲ Κλῶθες μετατακλασμός ἐστι τοῦ Κλωθοί, ἀπ' εὐθείας τῆς Κλωθώ ὡς Σαπφώ, Κλωθοί ὡς Σαπφοί. Eadem habet E sed corrupta, cum lemmate ὅσσα -- κατακλῶθές τε βαρεῖαι: ὡς γενικόν τι Ὅμηρος λαμβάνει τὸ „αἶσα," ὡς εἰδικὸν δὲ τὸ „κατακλῶθές τε βαρεῖαι," ὡς ἐν Ἰλιάδι τὸ „ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον," ὡς ἰδιωτικόν. ἡ μέντοι τοῦ κατακλῶθες πρόθεσις ἀποδίδοται πρὸς τὸ νήσαντο. Verba ὡς ἰδιωτικόν et corrupta et defecta sunt, superiorum ope et Aristonicea nota ad A 62 sic restituenda: -- ὡς ἐν Ἰλιάδι τὸ „ἄγε δή -- ὀνειροπόλον." (τὸ μὲν γὰρ μάντιν ὡς γενικόν, τὸ δὲ

ἱερῆα καὶ ὀνειροπόλον) ὡς εἰδικόν. Cum iisdem fere verbis utatur Aristonicus ad Iliadis locum in omnibus nostris adlatum: ἡ διπλῆ, ὅτι μάντις γενικῶς, ἱερεὺς δὲ καὶ ὀνειροπόλος εἰδικῶς, εἴδη μάντεων, nostra quoque Aristonico adscribere auctori non nimium audax facinus videbitur. Cur exciderint quae coniectura reduxi, causa in aprico posita est. Restat ut moneam, de voce κατακλῶθες duplicem ferri sententiam. Erant qui coniunctim scriberent atque interpretarentur αἱ ἐπικλώσεις τῶν Μοιρῶν, quod exhibent Apollonii Lexicon et MS. Barnesianum, erant qui dividerent ac praepositionem traherent ad sequens νήσαντο. In hac parte fuisse credo et Aristonicum et Aristarchum, nam nullam video causam, cur scholiorum nostrorum ultima non item ac priora Aristonico continuemus. Quod si est, bis in E divisim scribendum κατὰ κλῶθες.

η, 206. Dicit Nausicaa

ἐπεί σφισιν (diis) ἐγγύθεν εἰμέν,
ὥσπερ Κύκλωπές τε καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων.

Extitit horum versuum antiquitus interpretatio falsa, duplici forma concepta. Altera est in BT: συγγενεῖς γάρ ἐσμεν θεῶν, ὡς οἱ Κύκλωπες τῶν Γιγάντων. ὅμοροι γὰρ οὗτοι, ἢ ἄμφω ἄδικοι, et in BEQT: ἀγχιστεύομεν γὰρ αὐτοῖς κατὰ γένος, ὥσπερ οἱ Κύκλωπες καὶ οἱ Γίγαντες ἀλλήλοις ἀγχιστεύουσιν. Alteram vero habent BEPQV: ἢ ὥσπερ Κύκλωπες καὶ Γίγαντες ἐγγὺς κατὰ γένος, ἢ κατὰ τόπον, ἢ κατὰ ἀδικίαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς πλησίον θεοῖς κατὰ δικαιοσύνην, et brevius iidem BEQ: ἢ κατὰ γένος, ἢ κατὰ ἀδικίαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς κατὰ δικαιοσύνην. Praeterea unus Q ad lemma Γιγάντων: ὅμοροι (codex ὅμοιοι, quod Buttmannus optime correxit) γὰρ οὗτοι. ἢ ὅτι ἄμφω ἄδικοι ὑπάρχουσιν ὅμοιοι, οὕτω καὶ ἡμεῖς θεοῖς πλησίον κατὰ δικαιολογίαν. Manifestum est vel ex οὕτω, quod nihil habet cui respondeat, haec quoque lacuna laborare propter ὁμοιοτέλευτον orta, nec dubium esse potest, quomodo deficientia supplenda sint. Legendum, mutata simul interpunctione: ὅμοροι γὰρ οὗτοι, ἢ ὅτι ἄμφω ἄδικοι. (ἢ ὥσπερ Κύκλωπες καὶ Γίγαντες ἢ κατὰ γένος ἢ κατ' ἀδικίαν) ὑπάρχουσιν ὅμοιοι, οὕτω καὶ ἡμεῖς θεοῖς πλησίον κατὰ δικαιολογίαν. Partem veri vidit Buttmanni sagacitas. ἄδικοι in ἀδικίᾳ mutandum esse censentis.

η, 217. Ad (γαστέρι), ἥ τ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκῃ || καὶ μάλα τειρόμενον, T habet hanc adnotationem nihili: διὰ τούτου ἐνδείκνυται ὅτι ἀνάγκη, ὡς ἐπὶ ἀπαραιτήτου δεσπότου. Et sententia et Homerus dativum ἀ ν ά γ κ ῃ flagitant.

η, 225. Dixerat Ulixes

ἰδόντα με καὶ λίποι αἰών
κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

Displicuit hoc quibusdam: κομιδῇ γὰρ σμικρολόγος φαίνεται Ulixes, προτάσσων τῶν φιλτάτων τὴν κτῆσιν. At, Pio defendente (ut patet ex PQ), ἐκ τούτου ἐνδείκνυται ὅτι καὶ αὐτός ἐστι τῶν ἐχόντων κτήματα, οὐχ οἷος δὲ ὁρᾶται. -- ἔνδειξιν οὖν ἐ π ο ί ε ι ὅτι οὐ παρημελημένος ἦν κτλ. (T) At quoniam pro ἐνδείκνυσθαι noto usu ἔνδειξιν ποιεῖσθαι dicitur, non ποιεῖν, scriba exaravit, certe exarare debuit, ἔνδειξιν οὖν π ο ι ε ῖ τ α ι.

η, 232. Ad ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτός in P adnotatur: τὰ ὅπλα νῦν τραπέζας λέγει. Non opinor, etsi Vulgata idem habent (τὰ ὅπλα τῆς εὐωχίας, οἷον τραπέζας καὶ τὰ τοιαῦτα), sed: τὰ ὅπλα νῦν τ ρ α π έ ζ η ς λέγει. Fideiussores mihi sint et scholion in BPT: τὰ σκεύη τὰ ἔχοντά τι ἔσωθεν τῶν εἰς εὐωχίαν, οἷον κρατῆρες, πίνακες, κύπελλα, et Apollonius i. v. ἔ ν τ ε α: τὰ ὅπλα, κυρίως τὰ ἐντὸς περιέχοντα τὸν ἄνδρα. -- λέγει δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας καὶ τ ὰ ἀ γ γ ε ῖ α ἔντεα, ἀπὸ τοῦ ἐντὸς αὐτῶν τινα περιέχειν, οἷον „ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτός." Sed optimus fideiussor codex ipse erit, qui quod reponebam sine labe servavit a Dindorfio iniuria mutatum.

η, 241. Ulixes ab Arete de vestibus quas gerat interrogatus, longa et alte petita oratione respondet. Monemur ad haec in EQ: τὸ μὲν ἐρώτημα βραχύ, πόθεν ἔλαβε τὴν ἐσθῆτα· ὁ δὲ οὐκ εὐθὺς δηλοῖ ὅτι παρὰ τῆς Ναυσικάας. Magis placeret: πόθεν ἔλαβ ε ς τ. ἐσθῆτα. Mox correcta interpunctione scribendum: ἀλλὰ κεφαλαιωδῶς ἀποδύρεται τὰς ἑαυτοῦ συμφορὰς -- καὶ τὸν ἔρωτα τῆς θεοῦ, δι' ὧν συστήσειν ἑαυτὸν ἔμελλεν, ὡς ὁ καταφρονήσας τ ῶ ν θ ε ῶ ν οὐκ ἂν εἰς τὰ ἀνθρώπινα παρανομεῖν ὑπέμεινε. Hoc impium, sed fortasse rectius erit: ὡς ὁ καταφρονήσας (τ ο υ) τῶν θεῶν.

η, 244. Eadem cum lemmate Ὠγυγίη τις νῆσος ad hunc versum habet T, sed uberiora et procul dubio ipsius Porphyrii verba formamque disputandi magis referentia. Quorum initium, Ludwichio indicante, tali modo constituendum: ἐπαινεῖται Ὀδυσσεὺς ὅτι πυθομένης τῆς Ἀρήτης πῶς καὶ πόθεν ἔχοι τὰ ἱμάτια, προενόησεν ὅπως ἀποκρινόμενος δεξιῶς (Dindorfius Prellero praeëunte ediderat: πρὶν περὶ τοῦ ὅπως ἀποκρίνεσθαι, δεξιῶς!) τὴν μὲν παῖδα πονηρίας ἀπαλλάξειεν, αὐτὸν δὲ (non ἑαυτὸν, cum codex αὐτὸν habeat, App. p. 773.) συστήσειε τοῖς Φαίαξιν κτλ. Post paulo articulum addendum: (τὴν) ἱκετείαν, ᾗ χρησάμενος κτλ. (l. 13) supra monui. (p. 337.)

η, 249. Ἀργῆτι κεραυνῷ redditur paraphrasi in E: ταχέως διακονουμένῳ διὰ λεπτότητα. ἔστι δὲ κατ' ἀντίφρασιν. Fulmen, nisi me omnia fallunt, neque διακονεῖ neque διακονεῖται, quapropter rescribendum: ταχέως διϊκνουμένῳ διὰ λεπτότητα, quod his ipsis verbis emendate scriptum in eodem codice legitur ad ε 128 et in Apollonii Lexico i. v. ἀργέτι δημῷ [1]).

η, 257. Ulixes de Calypsone:

ἠδὲ ἔφασκεν
θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήρων ἤματα πάντα·
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Rogatur in PQT — ex quo scholio iam in Observatt. p. 55, 56 quaedam correxi, — καὶ διὰ τί μὴ βεβούληται; ac respondetur: ἔοικε διὰ τό „οὔποτ' ἔπειθε." Sequitur: ᾔδει γὰρ ὡς σοφὸς ὅτι ἀθανασίαν οὐχ αἱ τοιαῦται δαίμονες χαρίσαιντ' ἄν, ἀλλὰ τοῦ Διὸς ἂν εἴη καὶ τῶν ἔργων ἃ πέφυκεν ἀπαθανατίζειν. Incommode accidit illud πέφυκεν, quod sive cum ἔργων coniungas sive cum ἀπαθανατίζειν, aeque molestum erit ad expediendum. Fuitne: ἀλλὰ τοῦ Διὸς ἂν εἴη καὶ τῶν ἔργων ἃ πέφαγκεν ἀπαθανατίζειν? Hesiodus certe de diis Titanibusque certantibus consimili modo dixit (Theog. vs. 677): χειρῶν τε βίης θ' ἅμα ἔργον ἔφαι-

1) Villoisoni editio alio modo idem verbum non obscurissimum depravavit: τῶν ταχέως Διΐ κινούμενον. Bekkerus verum habet, ex ipso codice, puto, cum nihil sub textum monuerit. Idem tamen in lemmate reliquit ἀργέτη δημῷ, cum iam Villoisonus scribendum indicaverit ἀργέτι δημῷ. (Semel, ni fallor, legitur, Λ 818).

|| ἀμφότεροι. Post pauca: Ἀντισθένης δέ φησιν ὅτι τοὺς ιντας ἤδη ψευδομένους τὰς ὑποσχέσεις. Dindorfius duce T ἤδη epit sed quoniam requiritur tertia persona non prima, vel ito codice ἤδει audacter rescribendum, quod duce Cobeto ac in Homero quoque ubique reponi coeptum est. Cum PQ ὡς praebeant, in omnium nostrorum codicum archetypo ternationem compendiose exaratam fuisse verosimile est.

Ad eosdem versus in uno T adscribitur: ιὰ γὰρ οὕτως είκνυται ὅτι πάντων τῶν πραγμάτων προτέθεικε τὸν νόστον, ἵνα λλον ὑπακούσῃ Ἀλκίνους. Primum tralaticium mendum exindum scribendo ἐπακούσῃ. Ulixes enim haec commemorasse hibetur, ut Alcinous libentius *eius preces exaudiret*. At quid iemus iis quae initio leguntur? Dindorfius ad τὰ γάρ: „scriιdum καὶ γὰρ, nisi aliquid excidit." Me quidem iudice sine bio nonnulla exciderunt in hunc modum revocanda: τὰ γὰρ ως (ἐπαγωγὰ ὑπεριδεῖν αὐτὸν) ἐνδείκνυται ὅτι κτλ. Dempsi quae supplenda existimavi verba ex nota ad ε 81: ρα ἐπίτασις τῆς Ὀδυσσέως ἐγκρατείας, εἴ γε τὰ οὕτως ἐπαγὰ περιορᾷ, quo loco item ὑπερορᾷ esse corrigendum supra ι significavi. Contrarium habemus paulo post (ad η 311, 351, 7): οὐ γὰρ εἰκὸς εἶναι τὴν μὲν ἀθανασίαν ὑπεριδεῖν, θνηδὲ γυναικὸς ὑπομεῖναι γάμον. Merae scribae dormitantis itantiae lacuna originem debere videtur.

, 263. Ulixem Calypso missum fecit Ζηνὸς ὑπ' ἀγγελίης, καὶ νόος ἐτράπετ' αὐτῆς. Hinc non illepide deducitur: ὑπο- Ὀδυσσεὺς φαίνεται τὴν ὑποστολὴν τοῦ Ἑρμοῦ· ὡς ἐξαίφνης καὶ οὐ προσδοκήσαντος ἐγένετο ἡ ἐκπομπὴ εἰς αὐτόν. (T). Duo ima verba omnem sanam interpretationem respuunt. Quis m intellegendus per illa εἰς αὐτόν? Alcinousne? At hoc fam nec verum. Sed satis certum est verbum requiri unde deat ὡς, quod e praepositione ita elicuerim: ὡς ἐξαίφνης γὰρ οὐ προσδοκήσαντος ἐγένετο ἡ ἐκπομπὴ εἰσ(ήειν) αὐτόν.

, 303. Ἥρως, μή μοι τοὔνεκ' ἀμύμονα νείκεε κούρην. Huius sus duorumque sequentium hanc paraphrasin praebent HPQ: τὴν ἄψογον σὴν θυγατέρα τὴν Ναυσικάαν, [ὦ Ἀρήτη,] φιλο-

νεικήσῃς ἐμοῦ ἕνεκεν. αὕτη μὲν γὰρ ἐκέλευσε συνακολουθῆσαί μοι δουλίδα, ἐγὼ δὲ αὐτὴν οὐκ ἠθέλησα. Si τὴν Ναυσικάαν abesset, non hercle desideraremus, sed ne in talibus scriptoribus iusto morosiores simus. Ista autem ὦ 'Αρήτη, quae Q insuper omittit, quin quantocius sint expellenda quis dubitet? Nisi forte Ulixes reginae gratum facere voluit, ut eam epitheto ἥρως in adloquendo ornaret. Quod qui parum Homericae simplicitati congruere recte existimabunt, simul animadvertant velim praecedentia, quibus nunc Ulixes respondet, non ab Arete esse profecta sed ab Alcinoo. Praeterea ἐγὼ δὲ αὐτὴν οὐκ ἠθέλησα et obscurum est et ambiguum. Praestat: ἐγὼ δὲ αὐτὸς οὐκ ἠθέλησα.

Ad eundem versum T fere ea persequitur, quae ad vs. 244 exhibuerat, quocum haec coniungenda. In fine legitur: ἀλλ' ὁ μὲν τὴν μὲν παρθένον ἀκαταιτίατον ἐφύλαξεν, ἑαυτὸν δὲ ὠφέλησε ψευσάμενος. παραδεκτέον (οὖν) ψεῦδος ὅτε ἑαυτόν τις σώζει μὴ βλάπτων τὸν φίλον. Inserui οὖν quod cur necessarium sit et cur excidisse censendum vel me indicente intellegitur. Rem ipsam grammatici philosophantes saepius in nostris scholiis tetigerunt, i. a. ad γ 20, γ 328, nostrisque simillima legenda proponunt EPQ ad vs. 305.

η, 307. Dixerat Ulixes: δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων. Adnotat T: κακοῦργον γὰρ ὁ ζῆλος καὶ ἐπίψογον τίθεται. Ultima non optime adsequor. Intellegerem: καὶ ἐπὶ ψόγου τίθεται: vox δύσζηλος in malam partem ponitur.

η, 311. Αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ 'Αθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι τά τε φρονέων ἅ τ' ἐγώ περ,
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι κτέ.

De his versibus, quod non ita saepe accidit, Porphyrius rectius quam Aristarchus iudicium tulit. Aristarchus ita: τοὺς ἓξ 'Αρίσταρχος διστάζει 'Ομήρου εἶναι. εἰ δὲ καὶ 'Ομηρικοί, εἰκότως αὐτοὺς περιαιρεθῆναί φησι, qua de sententia post Lehrsium multi dixerunt. Porphyrius autem (in T): ἄτοπος, φασίν, ἡ εὐχή· μὴ (restituit Prellerus, cod. ἢ. App. p. 773.) γὰρ ἐπιστάμενος ὅστις ἐστὶ μηδὲ πειραθεὶς εὔχεται σύμβιον αὐτὸν λαβεῖν καὶ γαμβρὸν ποιήσασθαι. (ἀλλ') ἦν μὲν παλαιὸν ἔθος τὸ προκρί-

τοὺς ἀρίστους τῶν ξένων καὶ δι' ἀρετὴν (αὐτοῖς) ἐκδιδόναι θυγατέρας, ὡς καὶ ἐπὶ Βελλεροφόντου, Τυδέως, Πολυνείκους. ·ὰρ εἰς τὸν πλοῦτον ἀφεώρων οἱ παλαιοί (ita scribendum dixi Observatt. p. 95), ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως· σιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας" (ω 253.). ὁρᾷ δὲ δὴ καὶ ἐκ τῆς ὄψεως ν 'Οδυσσέα] καὶ ἐκ τῶν λόγων τεκμαίρεται τὸ ἀξίωμα τοῦ ός. Ita prior loci pars, prout ex Hamburgensi prodiit, nunc i refingenda videtur, duabus voculis extrinsecus adscitis, ɔus eiectis. Singularum mutationum nunc causas reddam. Duas ›hyrius loci controversi solutiones proponit, verissimam alm (ἦν μὲν παλαιὸν ἔθος κτλ.), alteram vanam ac futilem, [ua deinceps agam. Hae solutiones in PQ, in quibus versui adscriptae sunt, locum ita mutarunt, ut quae in T praet in iis secundo loco ponatur verbis paulo aliter conformatis .exisque. In nostro autem codice ἀλλ' abesse non posse in əndae quaestionis initio poni solitum, neminem negaturum .or. Interposui et αὐτοῖς post δι' ἀρετὴν et sententiam et ɔum PQ auctoritatem secutus. Ad athetesin quod attinet, atis verbis τὸν 'Οδυσσέα sententia ex apertissima impedita :et et inepta. Consideremus, quaeso, hoc: ὁρᾷ (Alcinous) ῆς ὄψεως τὸν 'Οδυσσέα. Unde igitur aliter nisi ex facie iceret? Sed nec verum est, nam hominis nomen adhuc rat. Lenius fortasse fuisset τοῦ 'Οδυσσέως corrigere, sed › nomen proprium interpolatum habere ab eo additum, qui um ὁρᾷ obiecto scilicet destitutum nollet. Quae diligentia, fit, hominem fefellit; etenim τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός tam i ὁρᾷ quam verbi τεκμαίρεται obiectum est. Perspicit Alus ex vultu colligitque ex sermonibus hominis dignitatem. .aec de priore parte sufficiant. Neque altera in T integra ıos pervenit. ἴσως δὲ — pergit enarrator — καὶ πεῖραν αὐτοῦ βάνων (Alcinous) τοῦτο εἴρηκεν, ὡς εἰ μὲν θέλοι παραμένειν αὐτοῖς - - ἐλέγχοιτο ἂν ἀλαζονευσάμενος περὶ τῆς Καλυ· - - εἰ δὲ μηδὲν προσέχοι τῷ γάμῳ (cum Nausicaa), τεıον εἶναι τῆς ἐπιεικείας αὐτοῦ καὶ τῆς πίστεως ὧν ἔφη περὶ Καλυψοῦς, ὥστε (addidit Prellerus) προθυμότερον περιέσθαι τὴν παρασκευὴν πρὸς τὸν νόστον, ὡς ἀνδρὸς (sic ǝ Prellerus, cod. ἀνδρεῖον!) τιμῆς καὶ πολλῆς χάριτος ἀξίου. vitia perite sustulit Prellerus, gravissimum in exitu incu-

ratum dimisit. Quis capiat ἡ παρασκευὴ περιγίγνεται, nedum προθυμότερον περιγίγνεται? Ne dicam prave τὴν παρασκευὴν subiectum fieri, cum aut Ulixem aut Alcinoum oporteret, simpliciter indicabo scribendum mihi videri lenissima transpositione: -- ὥστε προθυμότερον γενέσθαι (Alcinoum) περὶ τὴν παρασκευὴν (τὴν) πρὸς τὸν νόστον, quae scriptura nihil relinquet offensionis.

η, 313. Ad hunc versum, ut iam monui, in PQ eadem fere Porphyriana adscripta sunt inverso tantum ordine. Ταῦτά φησι (Alcinous) πειρώμενος εἰ ταῖς ἀληθείαις ἀπείπατο τὸν τῆς Καλυψοῦς γάμον. ἢ τοῦτο μὲν κακόηθες καὶ οὐ βασιλικὸν οὐδὲ κατὰ τὸ Ἀλκινόου ἦθος. ἁπλοϊκὸς γὰρ μάλιστα εἰσάγεται, ὅπερ συμβαίνει περὶ τοὺς ἐκ γενετῆς εὐτυχοῦντας. ἐκεῖνο δὲ ῥητέον ὅτι παλαιὸν ἔθος τὸ προκρίνειν τοὺς ἀρίστους τῶν ξένων καὶ δι' ἀρετὴν αὐτοῖς ἐκδιδόναι τὰς θυγατέρας, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Βελλεροφόντου, Τυδέως, Πολυνείκους. οὐ γὰρ εἰς τὸν πλοῦτον ἀφεώρων οἱ παλαιοί, ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως. „βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας." κτλ. Satis descripsi, quo appareret, nos hic eadem omnia tenere, quae in T proponuntur. At quam inconcinne, vel potius quam stolide, quaedam in media ratiocinatione enunciata videntur. Ubi posuit philosophus, Ulixis experiendi gratia haec ab Alcinoo dicta esse posse, pergit: ἢ τοῦτο μὲν κακόηθες καὶ οὐ βασιλικὸν οὐδὲ κατὰ τὸ Ἀλκινόου ἦθος. Quod si est, satin sanus fuit, si tamen posuit? Non amplius ineptiet sententiis ita constitutis: -- γάμον. ἢ (εἰ) τοῦτο μὲν κακόηθες καὶ οὐ βασιλικὸν οὐδὲ κατὰ τὸ Ἀλκινόου ἦθος· ἁπλοϊκὸς γὰρ μάλιστα εἰσάγεται, ὅπερ συμβαίνει περὶ τοὺς ἐκ γενετῆς εὐτυχοῦντας· ἐκεῖνο δὲ ῥητέον ὅτι παλαιὸν ἔθος τὸ προκρίνειν τοὺς ἀρίστους τῶν ξένων κτλ. Causa, inquit, virginis regiae ignoto viro in matrimonium offerendae ea fuit, ut sic Ulixem experiretur an vera super Calypsone dixerit. Quod *si* cui malignum nec regium *videtur* et ab Alcinoi moribus abhorrens, aliud dicendum est, — quod auctor pluribus persequitur.

Ne breve quidem huius disputationis compendium in V ab erroribus scribarum immune mansit. Ταῦτα λέγει πειρώμενον τοῦ Ὀδυσσέως εἰ ταῖς ἀληθείαις παραιτεῖται θεοῦ γάμον. εἰ γὰρ

ϲπετῶς ὑπόσχηται γαμήσειν, πάντως ἐλεγχθήσεται κἀκεῖνο υδόμενος. Etsi εἰ cum coniunctivo in scriptoribus decrepitae aecitatis non infrequenter comparet, tamen et praesens παρ-ρεῖται absonum et accusativus πειρώμενον soloecus est. Quapter scribam: ταῦτα λέγει πειρώμενος τ. Ὀδυσσέως εἰ -- ρήτηται θεοῦ γάμον. εἰ γὰρ προπετῶς ὑπόσχηται γαμήσειν, ντως ἐλεγχθήσεται κτλ. [1]).

η, 316. Ἀέκοντα δέ σ' οὔτις ἐρύξει
φαιήκων· μὴ τοῦτο φίλον Διῒ πατρὶ γένοιτο.

in lemmata μὴ τοῦτο P: τὸ ἑκόντα σὲ ἐρύξαι. Immo: τὸ κοντά σε ἐρύξαι.

η, 319. De remigibus suis praedicat Alcinous: οἱ δ' ἐλόωσι λήνην, ὄφρ' ἂν ἵκηαι || πατρίδα σὴν καὶ δῶμα. Dictio ἐλόωσι λήνην apud veteres, nec iniuria, discrepantes interpretationes erit, quarum unus T paulo uberior testis est haec exhis: ὡς ἐν γαλήνῃ πλέοντες ἢ γαλήνην ἔχοντες. δῆλον γὰρ τοιοῦτον παρέξουσι πλοῦν, ὡς δοκεῖ ἐν γαλήνῃ πλεῖν. παραιτέον γὰρ τοὺς γαλήνην τὴν θάλασσαν ἀκούοντας. Mihi haec stonicum referre vel certe ex eo fluxisse videntur, quamquam sime aut scripta aut descripta. Mendosum est δῆλον γάρ. de enim hoc δῆλον? Neque minus mendosum ὡς δοκεῖ. grammaticae enim leges nullum aliud hoc subiectum habere est quam praecedens πλοῦς. Unde bellissima existet sententia c: ὁ πλοῦς δοκεῖ ἐν γαλήνῃ πλεῖν. Certa emendatione has lestias evitabimus: δηλοῖ γὰρ ὅτι τοιοῦτον παρέξουσι πλοῦν, δοκεῖν ἐν γαλήνῃ πλεῖν [2]). Eandem interpretationem sed viorem legimus in Q: ἐλαύνωσιν ἡσύχως, eandem in P:

---

[1] Πειρώμενος et in vetere editione est et apud Buttmannum, παρῃτήσατο Eustas praebet p. 1581, 27.

[2] Ex infinitis locis hac confusione infectis nunc unum obiter tangam, Luciani, uius Timone (§ 21) Plutus ad Mercurium: οὐδὲ ὁ Ζεύς, ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ' αὐτοὺς ἅτε πλουτοδότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν· δηλοῖ καὶ τῷ ὀνόματι. Bene haberet δηλοῖ γ. κ. τὸ ὄνομα, sed quod editur absurdum est. Reponendum censeo: δῆλον γοῦν καὶ τῷ ὀνόματι. Argumentum ex tophanis Ταγηνισταῖς (Stob. Floril. T. 121 § 18) desumptum videri verosi: est.

ἐλάσουσι γαληναίως, συνεχῶς, utramque mendose scriptam, sed altero codice alteri opem ferente facile sanandam. Nempe corrigendum in Q: ἐλῶσιν ἡσύχως, futurum enim requiritur, non coniunctivus praesentis; in P: ἐλάσουσι γαληναίως, ἡσύχως. Fuisse videtur in archetypo συχως, priore litera aut evanida aut obscurius scripta; hinc praepostere συνεχῶς factum.

η, 325. Pergit Alcinous de eodem suorum in Euboeam itinere:

καὶ μὲν οἱ ἔνθ' ἦλθον καὶ ἄτερ καμάτοιο τέλεσσαν
ἤματι τῷ αὐτῷ καὶ ἀπήνυσαν οἴκαδ' ὀπίσσω.

Glossula in P ad ἔνθ' ἦλθον: ἐκεῖ εἰς Εὔβοιαν ἀπῆλθον. Immo vero ἀνῆλθον, siquidem Euboea a Phaeacum insula ad orientem sita censetur, qua eadem ratione etiam traiectio Graecorum Troiam versus ἀνάπλους dicitur.

Haec ad septimi libri Scholia satis dicta sunto.

θ, 11. Δεῦτ' ἄγε, Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
εἰς ἀγορὴν ἰέναι, ὄφρα ξείνοιο πύθησθε.

Ad δεῦτ' ἄγε E: ἰδίως ἐξενήνοχε. τὸ γὰρ δεῦτε πληθυντικῶς φήσας τὸ ἄγε ἑνικῶς εἶπε. καὶ τὸ ἰδίως „δεῦτ' ἄγετ' Ἀργείην Ἑλένην." (H 350.) Scribendum videtur -- εἶπεν. ὡς καὶ τοῦτ' ἰδίως κτλ. Sed ne sic quidem vim ex Iliade adlati exempli capio, -- nunc ita editur: δεῦτ' ἄγετ', Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ || δώομεν Ἀτρείδῃσιν ἄγειν — nisi statuamus, eum qui haec commentatus sit (Aristonicum?) legisse in suo Iliadis exemplari δεῦρ' ἄγετ' Ἀργείην Ἑλένην.

θ, 12. Ὄφρα ξείνοιο πύθησθε: ἐλλείπει ἡ περί, ἵνα (l. ἵν') ᾖ περὶ τοῦ ξένου. οὐ γὰρ αὐτοῖς διαλέγεται ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ [illegible] ἡγήσατο πομπήν, γινομένους αὐτῷ τὴν ἐκπομπήν. (T Quatuor ultima vocabula in Appendice tantum locum invenerunt p. 774, credo post codicem ab editore ipso denuo inspectum, fortasse etiam quod verba primo obtutu prorsus sensu cassa videntur. Nihil tamen facilius est quam sensum, qui fuit olim, revocare: οὐ γὰρ αὐτοῖς διαλέγεται ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ [illegible] ἡγήσατο πομπήν, γινομένης αὐτῷ τῆς ἐκπομπῆς.

θ, 22. 23. Minerva Ulixem forma viribusque ornat ὡς

ν -- ἐκτελέσειεν ἀέθλους || πολλούς, τοὺς Φαίηκες ἐπειρήσαντ' ᾽Οδυσῆος. Ad hos versus est adnotatio critica in QV: πληθυντικῶς εἶπε τὸν τοῦ δίσκου ἆθλον. Κράτης δὲ τοὺς κατὰ Ἰθάκην ...υσε πόνους. Ad eosdem legimus in Q: ἀθετεῖ Ζηνόδοτος. οὐ ρ πολλοὺς ἐτέλεσεν ἐν Φαιακίᾳ, ἀλλ' ἐδίσκευσε μόνον. Ad eosm denique in H: ὡς ἐλεγοῖο (?) ἐπειράθην αὐτοῦ τὴν ἐξήγησιν. ἄλλως. ἀθετεῖ Ζηνόδοτος κτλ. Prima observatio integra ad s pervenit, altera iam corrupta est, sed corruptissima tertia. secunda iam supra pag. 315 dixi suspectum mihi esse οὐ γὰρ ...λοὺς ἐτέλεσεν, non addito substantivo, quod sic retractum lebam: οὐ γὰρ πολλοὺς (ἄθλους) ἐτέλεσεν ἐν Φαιακίᾳ, ἀλλ' ...σκευσε μόνον. Sed nihil hoc est prae iis, quae tertio loco sita in uno H aetatem tulerunt, quibus editor ut in re de...rata dubitationis signum adpingendum curavit. At si paulum hariolari licet, rem non adeo desperatam habuerim. Videor hi in utraque observatione, et in ea quam ad vs. 22 QV ...vaverunt, — quod tamen dubitantius pono —, et in ea quae vs. 23 brevius in Q, uberius in H legitur, eiusdem Didymi ...trinam audire, etsi neutram M. Schmidtius dignam habuit ...am in Syllogen suam reciperet. Hariolemur aliquid, ut dixi, ...gamusque sic ab initio scriptum fuisse: Πολλούς, τοὺς -- ᾽Οδυσῆος: (Ἀρίσταρχος) ὡς εὐλόγου ἐπειράθη αὐτοῦ τὴν ἐξήγησιν· ἀθετεῖ (δὲ) Ζηνόδοτος. οὐ γὰρ πολλοὺς (ἄθλους) ἐτέλεσεν ἐν Φαιακίᾳ, ἀλλ' ἐδίσκευσε μόνον. Sexcenties hunc ordinem (Ἀρίσταρχος — Ζηνόδοτος) legendum nobis proponunt brevia ex Didymo excerpta. Exempla tantum sumam ab iis, quae ad ...adem adscripta continet Venetus A. Quem dico ordinem ha...mus i. a. (non enim omnia enumerare opus) A 97; 169; 434; 196; 258; 579; Γ 51; 126; 259; Δ 277; Ε 227; Η 198; 38; Θ 109; 304; 378; caet. Illud quoque, Didymum lec...iones rationesque Zenodoti aliquoties Aristarcheis praeponere, ...ec ignota res est, et cum plura exempla exscribere in promptu ...ret, uno rem illustrare contentus ero. Didymus igitur ad 668: οὕτως Ἀρίσταρχος „Σαρπηδόνι" κατὰ δοτικήν. Σαρπηδόνι ...θηρον τὸ αἷμα. μήποτε δὲ Ζηνόδοτος ὀρθῶς ἠθέτηκε τούτους. παράλογον γὰρ τὸν ἀπενθῆ (an Ἀπόλλωνα?) τοιαῦτα διακονεῖσθαι. ...ia tradit Aristonicus l.l., sed rem ipsam nunc omitto a proposito ...enam, cum quod volo satis appareat. Itaque de ultimis

adnotationibus quin Didymi sint me iudice dubitari nequit. Dubitantius locutus sum de nota ex QV ad vs. 22, quae etiam Aristonici esse potest in libro *περὶ σημείων Ἰλιάδος*, — ne de eius ad Odysseam reliquiis agam incertioribus, — quater (I 169, Ξ 31, Ψ 679, Ω 282) Cratetis sententiam afferentis et improbantis. Potest tamen eadem etiam Didymum habere auctorem, qui certe, ubi admonuit *ἀέθλους* Crateti esse *τοὺς κατὰ Ἰθάκην πόνους*, omittere non potuit ex eiusdem tum Cratetis sententia versum quoque 23 esse damnandum. Qui enim *ἀέθλους* interpretabatur *τοὺς κατὰ Ἰθάκην πόνους*, — certamina cum procis puto, qua non est alia interpretatio contortior et ab Homerica perspicuitate remotior, — idem nisi plane dormivit non potuit retinere sequentia: *πολλούς, τοὺς Φαίηκες ἐπειρήσαντ' Ὀδυσῆος*. At de hac Cratetis athetesi in nostris nec vola, ut aiunt, nec vestigium. Hoc quoque nos ad Didymum remittit, cuius observationes multo peius quam Aristonicea mulcavit epitomator, adeo ut earum componendarum ac diiudicandarum saepissime omnis labor sit irritus.

θ, 24. Ad *αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἤγερθεν ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο* (Phaeaces) E: *ἡ Φήμη ἐκ Φρονήσεως καὶ οἰκονομίας τοῦ Ὀδυσσέως. ἔστι δὲ καὶ τοῦ Ὁμήρου, ἵνα γνωρισθῇ καὶ τῷ κοινῷ λαῷ ὁ Ὀδυσσεύς, μήπως καθ' ὁδὸν κομιζόμενος παρ' αὐτῶν ἐμπαιχθῇ τι.* Obiter iam in Observatt. (p. 36, 37) verissimam Buttmanni sententiam commemoravi, verbum *οἰκονομίας* ad sequens *τοῦ Ὁμήρου* retrahendum esse censentis. Sed nunc mihi non satis hoc videtur. Nam adsumpta Buttmanni coniectura scribendum: *τῇ Φήμῃ ἐκ Φρονήσεως τοῦ Ὀδυσσέως. ἔστι δὲ καὶ τῆς Ὁμήρου οἰκονομίας, ἵνα γνωρισθῇ κ. τ. κοινῷ λαῷ ὁ Ὀδυσσεύς.*

θ, 31. Alcinous ad Phaeaces suos: *ἡμεῖς δ' ὡς τὸ πάρος περ ἐποτρυνώμεθα πομπήν.* Observatur: *δεξιὸν δὲ τὸ ἀνανεοῦσθαι τὴν τῶν Φαιάκων φιλοξενίαν, ἵνα μηδὲ τοιοῦτον πέμπειν ὀκνῶσι. τοῦτο γὰρ ἐν τῷ „πάρος περ" ἐδήλωσεν.* (HQ) Perversum est *τοιοῦτον*: ne *talem* quoque virum mittere graventur. Si hoc voluit enarrator, praecedentia non recte dicta sunt. Nihil enim sic opus esset, memoriam veteris Phaeacum hospitalitatis renovare. At scripsit sine dubio: *ἵνα μηδὲ τοῦτον πέμπειν ὀκνῶσι.*

Similiter V ad versum praecedentem: τὴν πρὸς πάντας ἐχομένην πομπήν, ταύτην καὶ ἐπὶ τούτου τηρεῖν βεβαίαν.

θ, 133. Laodamas ad Phaeaces

Δεῦτε, φίλοι, τὸν ξεῖνον ἐρώμεθα εἴ τιν' ἄεθλον
οἶδέ τε καὶ δεδάηκε.

Admiratur haec grammaticus in T: ἠθικῶς ἄρα· οἱ γὰρ ἔν τινι κατορθοῦντες καὶ πρὸς τοὺς ξένους ἐπιδεικτιῶντες κἀκείνους πειρᾶν προτρέπειν παρέχονται, οἰόμενοι προὔχειν αὐτῶν διὰ τοῦ παρὰ τοῖς ξένοις εὐδοκιμεῖν. Sic scholion Dindorfius constituit, Prellerum puto auctorem secutus, de eo praeterea ita disputans (App. p. 774): „particula ἄρα indicio est excidisse plura quae praecesserunt. Quod non animadvertit librarius, qui lemma his verbis praefixit δεῦτε φίλοι τὸν ξεῖνον ἐρώμεθα sine lacunae indicio. Omissa autem illa incidunt in lacunam scholiorum codicis T, quae incipit post ἀγαπήσασα." (ad θ, 63; p. 361, 6 Dind.) In codice lacunam esse nec per se improbabile est nec in ea re oculato testi fides deneganda. Sed hoc mihi videor tuto affirmare posse, lacunam illam nec probari isto ἄρα nec *in nostro scholio* ullum inesse defectus indicium. Corrupta sunt quaedam, unum ab ipso editore vitiatum, (πειρᾶν videlicet, pro quo codex πεῖραν), quae si sanabuntur nihil desiderabitur. Scribamus: ἠθικῶς ἄγαν· οἱ γὰρ ἔν τινι κατορθοῦντες καὶ πρὸς τοὺς ξένους ἐπιδεικτιῶντες κἀκείνους (εἰς) πεῖραν προτρέπειν ὀρέγονται, οἰόμενοι προὔχειν (τῶν) ἀστῶν διὰ τὸ παρὰ τοῖς ξένοις εὐδοκιμεῖν, et in scholio in summa brevitate loquacissimo superesse potius videbitur aliquid verborum quam deësse.

θ, 147. οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος ὄφρα κεν ᾖσιν,
ἤ ὅ τι ποσσίν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσιν.

Paraphrasis in Q: οὐκ ἔστι μεῖζον κλέος ἀνέρος ὅσος ἐστί. Ultima sic scripta adsequar: -- ἀνέρος ἕως ἔστιν. Plenius T: οὐκ ἔστι μεῖζον κλέος ἀνδρὸς ἕως ἂν ζῇ πλὴν ἡ διὰ τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν ἀρίστη πρᾶξις.

θ, 163. Euryalus Ulixi convicia ingerens, non bellatori, inquit, tu mihi similis videris,

ἀλλὰ τῷ ὅς θ' ἅμα νηῒ πολυκληῗδι θαμίζων,

ἀρχὸς ναυτάων οἵ τε πρηκτῆρες (*πρητῆρες* recte Cob.) *ἔασιν*,
φόρτου τε μνήμων καὶ ἐπίσκοπος εἶσιν ὁδαίων,
κερδέων θ' ἁρπαλέων· οὐδ' ἀθλητῆρι ἔοικας.

Ad *φόρτου τε μνήμων κτλ.* H: *ἔμπειρος τῶν φορτίων, ὡς λέγομεν νῦν ὁ ναύκληρος*. Fortasse: *ὃς λέγεται νῦν προναύκληρος*, ut est in E (p. 367, 9): *προναύκληρος ὑπάρχοι*. Ad *ὁδαίων* EQ: *φορτίων ἐφοδίων, ἢ τῶν πρὸς ὁδοιπόρον ἐπιτηδείων*, ubi praetulerim *τῶν πρὸς ὁδοιπορίαν ἐπιτηδείων*, ut est in glossa ex H: *τῶν πρὸς ὁδοιπορίαν*. Sed explicatissime de his agitur in T cum lemmate *φόρτου τε μνήμων*: *προεστὼς καὶ ἐπιμέλειαν φόρτου ποιούμενος καὶ τοῦτο ἐσπουδακώς, ὃν ἡμεῖς ἐπίπλουν καλοῦμεν. τὸ δὲ „θαμίζων" πυκνῶς πλέων· τὸ δὲ „πρηκτῆρες" πράττοντες· τὸ δὲ „κερδέων" τῶν ἐκ τῆς πράσεως· τὸ δὲ „ἁρπαλέων" πρὸς ἃ ἁρπακτικὸν ἄν τις ἀσμένως λάβοιτο δόλον. ἐμπορευτικῷ τινι καὶ καπήλῳ ἔοικας ἀνδρὶ μᾶλλον ἢ ἀγωνιστῇ.* Quod *μᾶλλον* in fine addidit Prellerus, laudandus est, quod scripsit *ἄν τις*, pro quo codex *ἄδει* (sic) *τις*, — videtur homo inter *ἂν* et *δή* dubius haerens utrumque posuisse, — perite fecit, caetera in pessimo codice haud dubie iam corrupta gravius insuper ipse corrupit, cum codicis lectionem *ἁρπακτικῶς* (App. p. 774), quam bene habere statim videbimus, in *ἁρπακτικὸν* mutaret. Nam ipse profecto non facile mihi dixerit, quomodo tandem capiendum vertendumque sit *ἁρπακτικὸν δόλον λαμβάνεσθαι πρὸς κέρδος*, et quomodo omnino intellegendus sit *δόλος ἁρπακτικός*, quasi dicas *dolum rapacem*. Minus molestiarum, opinor, haec exhibebunt: -- *τὸ δὲ „κερδέων" τῶν ἐκ τῆς πράσεως· τὸ δὲ „ἁρπαλέων" πρὸς ἃ ἁρπακτικῶς ἄν τις ἀσμένως διακέοιτο.* (*τὸ*) *δ' ὅλον· ἐμπορευτικῷ τινι καὶ καπήλῳ ἔοικας ἀνδρὶ μᾶλλον ἢ ἀγωνιστῇ.* Consimilem verborum *κερδέων θ' ἁρπαλέων* interpretationem exhibent et H: *τῶν ἡδέων ἤτοι ἀδίκων, ἃ ἄν τις ἁρπάζῃ δι' ἡδονήν*, quod bis corrigendum: *τῶν ἡδέων ἢ τῶν ἀδίκων*, et *ἃ ἄν τις ἁρπάζοι δι' ἡδονήν*. Utramque emendationem stabiliet quod in E legitur: *ὠφελειῶν ὧν ἄν τις ἁρπάσειε δι' ἡδονήν* (hucusque etiam PV), *ἢ τῶν ἀδίκων*. Tandem quomodo *τὸ ὅλον* accipiendum sit, etsi se ipsum satis interpretatur, hi loci ex pluribus clarum facient: ad ζ 318 (p. 319, 11): *τὸ δὲ „πλίσσοντο" βάδην διέτρεχον. ὥστε τὸ ὅλον εἶναι· εὖ μὲν ἐτρόχαζον, εὖ δὲ βάδην ᾔεσαν.* — ad θ 177 (p. 369, 2): *τὸ δ' ὅλον τοιοῦτον*

ὡρχῖος μὲν εἶ λίαν κτλ. — ad μ 443 (p. 555, 12):
, περὶ τὰ μακρὰ ξύλα πεσὼν ψόφον ἀπετέλεσα.

θ, 492. *Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον* || *δουρατέου.* Ad haec iterum ex Q: *πιθανὸν τὸ ἐπίταγμα, ἵνα παρ' ἄλλου μαθόντες τὰς ἐν Ἰλίῳ πράξεις ὑπομένοντες ἀκούωμεν, ἐπειδὴ πᾶς ἔπαινος φθόνον παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐπάγεται, ἡ δὲ ἐπαινουμένῳ προσώπῳ ἀκρόασις μείζω τὴν ἔκπληξιν.* (Q) Haec non minus quam statim praecedentia corruptelis omne genus scatent. Iam primum ineptum est *ἀκούωμεν*. Nihil Ulixis iussum ad lectores pertinet, qui certe non ab eo de rebus Troiae gestis docemur: neque hoc erat timendum, sed ne nimium de se praedicando Phaeacum animos offenderet. Itaque *ἀκούωσιν* rescriptum oportet. Tum quis verum existimet, *ὅτι πᾶς ἔπαινος φθόνον παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐπάγεται*? Contempto-

m et osorem generis humani esse oportet, si quis ita iudicet. ıod sentiens Buttmannus „propria laus", inquit. At vero si lia lectoıibus cogitando supplenda relinquere licebit, difficile tellectu erit, quid *non* omittere liceat. Si quid video, iectivum quod requirimus latet in ἐπειδή, unde ita elicienım: ἐπεὶ ἴδιος πᾶς ἔπαινος κτλ. Mox quomodo intellegamus ἐπαινουμένῳ προσώπῳ ἀκρόασις? Haec quoque summo iure ıttmannum optime cogitantem offenderunt: „in seqq. autem" · inquit — „haec ἐπαινουμένῳ προσώπῳ idem quod ἐναντίον ῦ ἐπ. προσ. valere debent quidem; an possint non dicam." eque ego dicam, tutoque contra negaverim, id ullo modo esse. Cogitavi autem, an forte fuerit ἡ δ' (ἐπ') ἐπαινουμένου οσώπου ἀκρόασις, quemadmodum κρίνεσθαι, δίκην λέγειν ἐπὶ ‿αστοῦ, ἐπ' ἄρχοντος similiaque dicuntur. Apprime convenit ad Lucianeum (pro Lapsu in Salut. § 1): εἰ πρεσβύτης ἀνὴρ -οῦτον ἀπεσφάλης τοῦ καλῶς ἔχοντος. ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων. in nostris (ad θ 267): ἐπὶ ἡδυπαθῶν ᾄδει ταῦτα ὁ κιθαρῳδός. ιdem in ultimis deësse verbum unde μείζω τὴν ἔκπληξιν ıdeat apertum est. Totam igitur sententiam corrigendam et plendam censeo in hunc modum: πιθανὸν τὸ ἐπίταγμα, ἵνα ρ' ἄλλου μαθόντες τὰς ἐν Ἰλίῳ πράξεις ὑπομένοντες ἀκούωσιν, εὶ ἴδιος πᾶς ἔπαινος φθόνον παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐπάγεται, δ' (ἐπ') ἐπαινουμένου προσώπου ἀκρόασις μείζω (ἔχει) τὴν ·πληξιν.

θ, 497. Pollicetur Ulixes Demodoco:

> αὐτίκ' ἐγὼ πᾶσιν μυθήσομαι ἀνθρώποισιν
> ὡς ἄρα τοι πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν.

holion in T: οὐχ ὑποθήσομαι, ἀλλ' εὐθέως μαρτυρῶ. καλὸν μισθὸν ἀποδώσειν ἐπαγγέλλεται πᾶσι φανερὰν αὐτοῦ τὴν δόξαν ιήσειν. Immo: ἀλλ' εὐθέως μαρτυρήσω et φανερὰν αὐτοῦ ιν δόξαν ποιήσων.

θ, 499. Cantor ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο. Duplex horum adfertur iterpretatio in T: ἐκ θεοῦ ἐμπνευσθείς· ὁ γὰρ δύναμιν καὶ ὁρὴν ἐκ θεοῦ λαβών, ἢ ἀπὸ θεοῦ τὴν ὁρμὴν ποιησάμενος· ἔθος ὰρ ἦν αὐτοῖς ἀπὸ θεοῦ προοιμιάζεσθαι. Quid intersit inter ὁ ν ὁρμὴν ἐκ θεοῦ λαβὼν et ὁ ἀπὸ θεοῦ τὴν ὁρμὴν ποιησάμενος

equidem prorsus non adsequor, adeo ut duplex interpretatio verbis tantum sit duplex. Praeterea quae statim sequuntur, ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς ἀπὸ θεοῦ προοιμιάζεσθαι, aliud quid scriptum fuisse ostendunt. Quid hoc sit apparet ex scholiis consimilibus sed brevioribus ex P et HQ. Quorum P: ἀπὸ τῆς μούσης ἐμπνευσθείς· ἢ ἀπὸ θεοῦ ἀρξάμενος. Et HQ: ἀπὸ θεοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς τραγῳδίας ποιούμενος· ἢ ἀπὸ τῆς μούσης ἐμπνευσθείς. Id ipsum est, quod requirimus, ἀπὸ θεοῦ ἀρξάμενος, itaque emendandum in scholion ex T, mutata paulo interpunctione et priore γάρ, quod stare nequit. in τὴν reficto: ἐκ θεοῦ ἐμπνευσθείς, ὁ τὴν δύναμιν καὶ ὁρμὴν ἐκ θεοῦ λαβών· ἢ ἀπὸ θεοῦ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος· ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς κτλ. Scholion autem ex T sic restitutum sua vice conferet ad notulam, quae ex HQ prodiit, paulo melius quam Buttmannus fecerat redintegrandam. Nempe quod post τραγῳδίας sequitur ποιούμενος· ἢ Buttmannus supplevit, in codice — an in utroque? — desunt. Tempus autem praeteritum et ibi repositum oportuisse, — ἀπὸ θεοῦ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος, non ποιούμενος, — et sequens ἐμπνευσθείς ostendit et quod in P legitur ἀρξάμενος et nunc lectione Hamburgensis planissime confirmatur. Quod praecedit τραγῳδίας cavendum ne tangamus, cum sequiores eo vocabulo pro ποιήσεως usi videantur quemadmodum et τραγῳδός et τραγῳδεῖν pro ποιητής et ᾄδειν. Eodem modo paulo post (ad θ 542) Homericum Δημόδοκος δ' ἤδη σχεθέτω φόρμιγγα λίγειαν (vs. 537) paraphrasi redditur in hunc modum: σχεθέτω, φησίν, ὁ τραγῳδεύς (bellissima certe vox), ἤτοι κωλυθήτω τῆς τραγῳδίας. et ad γ 267: οἱ μὲν ἀοιδοὺς λέγουσι τοὺς τραγῳδούς· διὰ τιμῆς γὰρ οἱ παλαιοὶ τούτους ἦγον. De quibus supra (p. 192) egi. Neque aliter aliorum auctorum interpretes loquuntur, v. c. — quem etiam Dindorfius in Thesauro Stephaniano testem adhibuit. — Scholiasta ad Theocritum VII, 82: οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ. Interpres: ἤγουν διότι ἔχεε κατὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἡ Μοῦσα γλυκὺ νέκταρ. — αἱ Μοῦσαι γὰρ αὐτὸν ᾄδειν ἐποίησαν, ἢ αἱ Μοῦσαι αὐτὸν γλυκύτατον τραγῳδὸν ἐποίησαν. Non magis tangere ausim ἀπὸ τῆς μούσης ἐμπνευσθείς, quod et in Palatino et in Harleiano et in Ambrosiano comparet, quamvis verum ὑπὸ θεοῦ ἐμπνεόμενος paulo supra legatur ex Q (ad vs. 491, de

quo et ipso egimus,) nec male in T, unde caetera manarunt, ἐκ θεοῦ ἐμπνευσθείς. Sed in scholio a sequioribus compendifacto et rescripto talia intacta relinquere satius erit.

θ, 515. Ἤειδεν δ' ὡς ἄστυ διέπραθον υἷες Ἀχαιῶν
ἱππόθεν ἐκχύμενοι, κοῖλον λόχον ἐκπρολιπόντες.
ἄλλον δ' ἄλλῃ ἄειδε πόλιν κεραϊζέμεν αἰπήν,
αὐτὰρ Ὀδυσσῆα προτὶ δώματα Δηϊφόβοιο
βήμεναι ἠΰτ' Ἄρηα σὺν ἀντιθέῳ Μενελάῳ. (514—518).

Sine lemmate ad vs. 515 haec relata sunt ex H: ἄλλον τρόπον ἐξετραγῴδει ὡς τὴν πόλιν πορθοῦντα καὶ διαφθείραντα. Non est magnae sagacitatis perspicere, quorum versuum paraphrasis in his lateat, etsi initio mutilis et praeterea tralaticio vitio infectis. Respicitur versus 516: ἄλλον δ' ἄλλῃ ἄειδε πόλιν κεραϊζέμεν αἰπήν. Itaque in hunc modum omnia corrigenda et supplenda videntur: (ἐκχυθέντα ἄλλον κατ') ἄλλον τόπον ἐξετραγῴδει ὡς τὴν πόλιν πορθοῦντα καὶ διαφθείροντα, et notandum hic quoque ἐξετραγῴδει respondere Homerico ἄειδε. Ultima verba sunt etiam in Q cum lemmate πόλιν κεραϊζέμεν: τὴν πόλιν πορθοῦντα καὶ διαφθείροντα, unde in H quoque praesens rescripsi pro aoristo. Factum est autem hic idem ac supra ad vs. 499: utroque codice uberior est Hamburgensis, ad lemma ἱππόθεν ἐκχύμενοι haec exhibens: ἐνάργειαν ἐποίησε διὰ ταύτην τὴν λέξιν· καταλείποντες γὰρ τὸν κοῖλον λόχον καὶ ἐκχυθέντες κατὰ τὴν πόλιν ἐπόρθουν αὐτήν. καὶ ἄλλος μὲν ἀλλαχοῦ τὴν ὁρμὴν ἐποιήσατο ὡς ἐπὶ νυκτός, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς σὺν τῷ Μενελάῳ ἐπὶ τὸν Δηΐφοβον· καὶ ἐνίκησαν γνώμῃ Ἀθηνᾶς δεινότατον πόλεμον πολεμήσαντες. Quod codex dat κοινὸν λόχον Prellerus bene correxit, ὡς ἐπὶ νυκτός, quod intellegi nequit, eiusdem παρόραμα esse docuit Ludwichius, cum codex ὡς ἔτυχον νυκτός praebeat egregio sensu, caetera minuta ipse corrigam. Scribendum itaque: ἐνάργειαν ἐποίησε διὰ ταύτης τῆς λέξεως, et καταλιπόντες γὰρ τὸν κοῖλον λόχον, ut in Homero est flagitatque sequens ἐκχυθέντες, et in fine: δεινότατον πόλεμον τολμήσαντες, nam hoc quoque sic apud Homerum est et in simili paraphrasi ex Q ad vs. 519: ἔφη δὲ αἰνότατον πόλεμον τολμήσαντα ἔπειτα νικῆσαι.

θ, 523. Ulixes auditis rebus suis flet, ὡς δὲ γυνὴ κλαίῃσι φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα et quae deinceps sequuntur. Ad comparationem longiorem sed tenerrimi affectus plenissimam observatio rhetorici generis legitur in T: αὐξήσει ἐπὶ τῆς παραβολῆς δι' ἑκάστου τῶν ἐπαγομένων, ὥστε μηδεμίαν ὑπερβολὴν τοῦ οἴκτου καταλείπεσθαι. πρῶτον μὲν οὖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ οἰκτρόν· καὶ γὰρ ἄλλως γυνὴ κλαίουσα πένθιμον ἔχει τὴν διάθεσιν. εἶτα ἐπήγαγε „φίλον πόσιν," ἐν ᾧ αὔξησίς ἐστι διὰ τοῦ ἐπιθέτου· καταθύμιον γάρ τινα καὶ ἀρεστὸν θρηνεῖ. εἶτα καὶ „ἀμφιπεσοῦσα." οὐ γὰρ ἀκούσασα τὴν ἀγγελίαν ἀλλὰ παρατυχοῦσα τὸν φόνον καὶ ὁρῶσα ἐν ὄψει τὸ πρᾶγμα. Observatio ut poëtae verba illustret, nonnulla corrigenda erunt. Iam prima verba corrupta, in quibus sive αὐξήσει pro futuro accipiamus sive pro dativo substantivi, et futurum et dativus non facile sanam interpretationem admittent. Facilius capietur: αὔξησίς ἐστι τῆς παραβολῆς δι' ἑκάστου τῶν ἐπαγομένων, ut statim post: ἐν ᾧ αὔξησίς ἐστι διὰ τοῦ ἐπιθέτου. Deinde non τὸ πρόσωπον αὐτοῦ οἰκτρόν, sed αὐτό, intellegit enim σχῆμα γυναικὸς κλαούσης. Tandem, ne grammaticus in grammatica ratione turpiter labatur, παρατυχοῦσα τῷ φόνῳ scriptum oportet. Errores, ut in hoc codice saepissime usu venit, ex scripturae compendiis sive a scriba sive ab editoribus male expletis repetendi sunt.

θ, 529. Vox εἴρερος semel apud Homerum occurrens grammaticis laetissimam occasionem praebuit etymologiis omne genus luxuriandi. Εἴρερον: αἰχμαλωσίαν, δουλείαν τὴν περὶ τὰ ἔργα. καὶ ἀναπέπλασται κατ' ἀρχὴν παρὰ τὸ ἐρᾶν μετὰ ἐλευθερίας εἴρειν καὶ λέγειν τοὺς δούλους. Hucusque uberrime Vulgata, Ambrosiano (Q) iam in παρὰ τὸ ἐρᾶν desinente, unde grammatici sententia, qui haec olim excogitavit, iam obscurior evadit et difficilior intellectu. Peius eadem mulcata est in Palatino, qui haec scilicet dat: αἰχμαλωσίαν, δουλείαν τὴν περὶ τὰ ἔργα. καὶ ἀναπέπλασται παρὰ τὸ ἐρᾶν μετὰ ἐπιθυμίας. Ain vero? Servitus ex captivitate orta hinc dicta dicitur, *quod quis eam effuse diligit!* Non possumus tantopere delirantes vel pessimos et recentissimos Grammaticos in animum inducere. Verum hoc quoque ioculare vitium ostendit, omnia in nostris codicibus de hoc vocabulo tradita ex uno fonte evanido et difficili lectu

rofluxisse, scribamque Palatini dormitantem male legisse ἐπιυμίας pro ἐλευθερίας. Sed vel sic plura restant scribendi itia, omnibus nostris communia. Quae ut certo remedio tolamus, hoc tenendum est. Proponit grammaticus nescio quis, ed certe ex antiquioribus, duplicem vocis εἴρερος originem, cutulam utramque ac si non veram, lepide tamen — ut isti olent — excogitatam. Prior esse videtur: servitus περὶ τὰ ἔργα. it et nulla est servitus, cui illud proprium non sit ut laborare ogatur, neque ἔργα et εἴρερος aliquam habent soni adfinitatem, b etymologis in derivando studiosissime quaesitam. Ne multa, cripsit homo: δουλείαν τὴν περὶ τὰ ἔρια, quod statim probabitur, ervulgatissimo errore ex unciali scriptura repetendo, quam de choliis quoque valere nostris saepius diximus, et praeter hoc lio exemplo erit probare non minus luculento. Quippe ad 290 (p. 500, 15) idem noster Q scribit: μετὰ θάνατον Σαλωνέως Τυρὼ κομιζομένη παρὰ Δηΐωνι τῷ θέρῳ χορεύεται ὑπὸ Ποσειδῶνος, bellissime pro παρὰ Δηΐονι τῷ θείῳ. Neque altera erivatio mendis libera ad nos pervenit: καὶ ἀναπέπλασται κατ' ρχὴν παρὰ τὸ κτλ. Pro καὶ reponendum esse ἢ per se patet; ptio enim datur inter duas etymologias, sed insuper haereo ı ultimis. Possumus quidem ἀναπλάττειν εἰκόνας, ψεύδη, όγους, etiam quid sit ἀναπλάττειν verborum origines quamvis bsurdas facile intellegimus, neque igitur offensioni erit τὸ ἴρερος ἀναπέπλασται παρὰ τὸ κτλ., sed quid sibi volet ἀναπέπλασται κατ' ἀρχήν? Quid reponendum sit confirmabitur hoc uoque ex Etymologicorum loco mox apponendo: καὶ ἀναπέπλασται κατ' ἀντίφρασιν παρὰ τὸ κτλ. Amant et cupiunt iseri quae sentiant libere proloqui, sed id facere conditione sua rohibentur. Utramque originem praebet etiam E: τὴν ἐξ αἰχμαλωσίας δουλείαν νῦν ἐκάλεσεν (haec etiam in T), ἀπὸ τοῦ ἔριον. παρὰ τὸ ἐρᾶν μετ' ἐλευθερίας εἴρειν καὶ λέγειν τοὺς δούλους. παξ δὲ εἴρηται ἡ λέξις. Vides recte scripta ἔριον et ἤ, omissa ναπέπλασται κατ' ἀρχήν, quae scriba neque concoquere poterat eque expedire. Si quem iuvat alias praeterea eiusdem vocauli derivationes cognoscere nostris haud inferiores, satisfacient uic Etymologici Magni et Gudiani consarcinatores, quorum ludianum qui dicitur exscribam, ut et ipsum turpissimis quiusdam scribendi vitiis liberem et eius opera Etymologicus

Magnus purgetur a nonnullis mendis non minus turpibus, quae tamen vel Gaisfordus intacta manere sivit. Gudianus igitur sic: Εἴρερος· ἡ δούλη, παρὰ [τὸ] τὴν ἔραν, ὃ σημαίνει τὴν γῆν, ἡ περὶ τὴν γῆν δούλη. ἢ παρὰ τὸ ἔριον ἔρος, καὶ ἐν διπλασιασμῷ τοῦ ρ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ἔρερος. ἢ παρὰ τὸ τείρω τείρερος, καὶ ἀποβολῇ τοῦ τ εἴρερος. ἢ παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω εἴρερος, κατ' ἀναδιπλασιασμὸν καὶ κατ' ἀντίφρασιν, ὁ παραιτούμενος τὸ λέγειν μετὰ παρρησίας. -- ἢ παρὰ τὸ εἴργειν καὶ τὸ εἴρειν, εἴργερος ὁ εἴργων ·τοῦ εἴρειν. δούλων γὰρ οὐκ ἔστι τὸ παρρησιάζεσθαι. ἢ παρὰ τὸ ἔρρειν ἔρερος καὶ εἴρερος. Emendandum in his ἡ δουλεία et ἡ περὶ τὴν γῆν δουλεία, expungendumque τό, quae recta sunt in Magno; ac praeterea cum eodem malim: καὶ ἐν διπλασιασμῷ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι εἴρερος. Contra in Magno Etymologo nescio cur vel Gaisfordus reliquerit: ἢ παρὰ τὸ ἔρειον ἔρος κτλ., vocem nihili, cum vel sine Gudiani nostrorumque codicum auctoritate ἔριον esset reponendum. Sed superest vitium maioris momenti. Magnus Etymologus praebere videtur: ἢ παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω, κατὰ (l. κατ') ἀναδιπλασιασμὸν καὶ κατὰ (κατ') ἀντίφρασιν, ὁ προαιρούμενος τοῦ λέγειν μετὰ παρρησίας. Et constructio falsa est et sententia ridicula. Liberorum hoc esset, non servorum. Melius Gudianum, ut vidimus, ὁ παραιτούμενος τὸ λέγειν μετὰ παρρ., nisi quod hoc et debilius est et e correctione profectum videtur. Viri docti longe petita afferunt ac vel ideo improbanda. Stephanus v. c. coniiciebat: ὁ γὰρ ἐν δουλείᾳ στερούμενός ἐστι τοῦ κτλ., quod non est emendare. Vera lectio in promptu est ideoque praetervisa. Codices praebent, Vossianus προαιτούμενος τὸ, Sorbonicus παραιρούμενος τό. Haec est vera lectio: ὁ παραιρούμενος τοῦ λέγειν μετὰ παρρησίας. Ubicunque locorum legitur παραιρεῖν et frequentius in medio παραιρεῖσθαί τινά τινος, neque passivum, etsi rarius, exemplo suo caret. Ultimo loco prodeant, quae in Anecdotorum Oxoniensium Volumine II, p. 435 de voce εἴρερος leguntur, quae Gaisfordus quoque indicavit, sed corrigere supersedit: εἴρερος· ἡ δουλεία ἡ εἴργουσα, ἢ ἠέρια ποιοῦσα ἐργάζεσθαι. Non est arduum negotium, haec sic emendare et supplere: ἡ δουλεία ἡ εἴργουσα (εἴρειν)· ἢ ἡ ἔρια ποιοῦσα ἐργάζεσθαι.

θ, 532. Ἔνθ' ἄλλους μὲν πάντας ἐλάνθανε δάκρυα λείβων Ulixes. Rogatur: διὰ τί τοὺς ἄλλους ἐλάνθανε δακρύων; ὅτι οὐκ ἐφεξῆς αὐτοῖς συνέβαινε καθέζεσθαι. ἔπειτα ἀπεστραμμένος πρὸς τὴν ᾠδὴν -- εἰκότως ἠγνόουν τὸ γινόμενον. (T) Corrigendum: ἀπεστραμμένοι πρὸς τὴν ᾠδήν.

θ, 537. Alcinous, ubi hospitem flentem animadvertit, cantui finem imponit: Δημόδοκος δ' ἤδη σχεθέτω φόρμιγγα λίγειαν. Cum hoc igitur lemmate T: ὡς οὕτως αὐτὰ εἴπας κατασιγάζει, τῶν δακρύων αἰτιώμενος τῷ ξείνῳ.... πρῶτον μὲν ἀνθρώπου.... ἔπασχε τὴν τύχην ὀδυρόμενος ἐξ οἵων εἰς οἷα μετελήλυθε, μετὰ ταῦτα δὲ κλαίει, ἵνα ἀφορμὴν ἐρωτήσεως........ Priora verba gravem mihi labem passa videntur, incertum scribarum an editorum incuria. Nam nihil significant ὡς οὕτως αὐτὰ εἴπας, in quibus nemo dicat, neque quo pertineat αὐτά, neque quomodo capiendum participium de Alcinoo, ut videtur, dictum, quod, nisi me omnia fallunt, de cantore dictum oportebat. Itaque enarratorem huiusmodi quid dedisse suspicor: ὡς οἰκτρὰ ᾄσαντα εἰκότως κατασιγάζει, quemadmodum ad vs. 542 in HQ est: ἵνα μὴ τὸν ξεῖνον Ὀδυσσέα καὶ τοὺς ξεινοδόκους - ἐπέλθῃ θλιβεροῖς ᾄσμασιν. Sed in his de sententiae quidem in universum tenore non dubito quin recte statuerim, sed an propria auctoris verba revocaverim et ipse non sum certissimus neque adeo alios dissensuros mirabor. Caetera iam nullo negotio veluti ex Orco excitabuntur: ὡς οἰκτρὰ ᾄσαντα εἰκότως κατασιγάζει, τῶν δακρύων αἰτιώμενος τῷ ξείνῳ (τὴν ᾠδὴν αἰτίαν εἶναι, ὃς) πρῶτον μὲν ἀνθρώπου (δίκην) ἔπασχε τὴν τύχην ὀδυρόμενος ἐξ οἵων εἰς οἷα μετελήλυθε, μετὰ ταῦτα δὲ κλαίει, ἵνα ἀφορμὴν ἐρωτήσεως (παράσχῃ). Caetera commentario non indigent; quae supplevi post τῷ ξείνῳ, feci veteres secutus, qui saepius hoc dicendi modo utuntur, cuius rei pauca exempla adscribam. Dixit Xenophon (Anab. V, V § 18): ᾐτιῶντο δὲ τὸν παρ' ὑμῶν ἁρμοστὴν τούτων αἴτιον εἶναι, dixit Plato in Hippia Minore c. XV (p. 372 E): αἰτιῶμαι δὲ τοῦ νῦν παρόντος παθήματος τοὺς ἔμπροσθεν λόγους αἰτίους εἶναι, dixit idem in Philebo c. XI (p. 22 D): τάχα γὰρ ἂν τοῦ κοινοῦ τούτου βίου αἰτιῴμεθ' ἂν ἑκάτερος ὁ μὲν τὸν νοῦν αἴτιον, ὁ δ' ἡδονὴν εἶναι, atque talia passim dixerunt, unde imitati sunt sequiores.

θ, 547. Ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται
ἀνέρι, ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσιν.

Ultima non sane dilucide dicta sic exponuntur in T: ἐπιτυγχάνῃ, καταφρονῇ τῷ κατὰ μικρὸν φρονήσεως ἔχοντι. πιθανῶς δὲ τὴν ἐκείνου χρείαν κατέμιξε τῇ ἐρωτήσει, ἵνα μάθῃ ποῦ δεῖ πέμπειν αὐτόν. Non intellego hic καταφρονεῖν neque usquam locorum vidi cum dativo structum, neque magis φρονήσεως ἔχειν mihi quidem expeditissimum. Videamus an haec expeditiora futura sint: ἐπιθιγγάνῃ καὶ ὁμοφρονῇ τῷ καὶ μικρὸν φρονήσεως ἔχοντι. Plurimi interpretum (Apollonius Sophista, Hesychius, Suidas) ἐπιψαύῃ reddunt per ἐπιθιγγάνῃ vel ἐπιθίγῃ. Mox, ut saepissime in T, praepositio ante φρονῇ casu omissa est, quo facto καὶ abiisse videtur in κατά. In sequentibus scribendum: ἵνα μάθῃ ποῖ δεῖ πέμπειν αὐτόν.

θ, 564. Ἀθετοῦνται (vss. 564—571)· οἰκειότερον γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς, ὅταν ἴδωσι τὴν ναῦν ἀπολελιθωμένην ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος, ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ὑπὸ τοῦ ..... ἀναμιμνήσκεται, καὶ ἡ Κίρκη· „ἦ σύ γ' Ὀδυσσεύς ἐσσι" (κ 330)· [καὶ] ἐνταῦθα δὲ παλιλλογοῦνται. εἰ δὲ ἔμαθε Ὀδυσσεὺς τὸν χρησμόν, οὐκ ἂν αὐτοῖς ἐμήνυσε τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐδὲ Ἀλκίνοος ἔπεμψεν αὐτὸν ὑπερβολῇ φιλοξενίας. ἀλλὰ καὶ εὐχὴ γέγονε τοῦ Κύκλωπος „ὀψὲ κακῶς ἔλθοι νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης" (ι 535.). ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἴσως ἔχαιρον τῇ πηρώσει τοῦ Κύκλωπος, δι' αὐτῶν ἀναγκασθέντες μετοικῆσαι. (T) Post virorum doctorum curas plura etiamnunc super hac nota animadvertenda supersunt. Iam primum lacunam post ὑπὸ τοῦ olim ex coniectura Cobetus sic sarciebat: ὑπὸ τοῦ ὀνόματος ἀναμιμνήσκεται. (Mnem. N. S. I, 1873, p. 2). Ludwichio autem auctore in codice non hoc legitur, sed ὑπὸ τοῦ μάντεως. (p. 449). At non possunt haec recte scripta haberi. Non enim Cyclops per vatem veterem Ulixis recordatur, sed plane contra est: percepto Ulixis nomine *veteris vaticinii* recordatur. Mitto dicere, si τοῦ μάντεως verum esset, non cohaerere sequens καὶ ἡ Κίρκη, quae non per vatem sed per Mercurium de Ulixis adventu praemonetur. (κ 330—332.) Itaque adsumpto utroque vocabulo, altero quod in codice adest leviter correcto, scripserim: ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ὑπὸ τοῦ (ὀνόματος τῆς) μαντείας ἀναμιμνήσκεται, καὶ ἡ Κίρκη. Tum, eiecto καί, ad παλιλλογοῦνται

subaudiendum, non Phaeaces, — ut Prellerum videmus docentem, — sed *οἱ στίχοι*. Praeterea quaeri potest, ubi Aristoniceae notae, quam unus T integram fere nobis servavit, exitus ponendus esse videatur. Collato eiusdem scholio ad ν 172, 173 apparet desiisse grammaticum in his: *εἰ δὲ ἔμαθε Ὀδυσσεὺς τὸν χρησμὸν, οὐκ ἂν αὐτοῖς ἐμήνυσε τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐδὲ Ἀλκίνοος ἔπεμψεν αὐτὸν ὑπερβολῇ φιλοξενίας*. Corrigendum in his: *εἰ δ' ἔμαθεν* et *τὰ περὶ αὐτοῦ*. Tandem quae abhinc sequuntur, iam non ad Aristonicum pertinent, sed misera sunt fragmenta disputationis Porphyrianae Aristarcho subtiliter obloquentis, cuius satis uberes reliquias servaverunt ad vs. 567 HQ, de quibus supra p. 321 egimus.

θ, 567. *Ὅτι ὁ Ποσειδῶν εἶπέ ποτε ὅτι φθερῶ τὴν εὐεργέα τῶν Φαιήκων νῆα ὀργιζόμενος διὰ τὸ πλεῖν τούτων τὰς νῆας ἀπήμονας, φθόνῳ πάντως βαλλομένας*. (HQ) Quis unquam aut audivit aut vidit navem *φθόνῳ βαλλομένην*? Vera lectio est in H sub textum relegata: *φθόνῳ πάντως βαλλόμενος*, *invidia tactus*, *permotus*.

θ, 579. *Πάνυ δὲ φιλάνθρωπος ὁ Ἀλκίνοος τοπάζων αὐτὸν λυπήσειν ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Ἰλίου πειρᾶται αὐτὸν παρηγορεῖν ἡγούμενος αὐτὸν ἀπὸ Ἰλίου φυγεῖν*. (T) Adiectivum iam minus aptum est, sed futurum activum *λυπήσειν* prorsus ridiculum. Interpres vetus scripserat: *πάνυ δὲ φιλανθρώπως ὁ Ἀλκίνοος τοπάζων αὐτὸν λυπεῖσθαι ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Ἰλίου πειρᾶται αὐτὸν παρηγορεῖν*.

θ, 585. *Ἐπεὶ οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων*
γίγνεται, ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

Enarrator philosophum agens: *δαιμονίως ἐνέστησε τὰ τῆς φιλίας. ἀγαθὸς γὰρ φίλος εὑρεθεὶς οὐδὲν ἀδελφοῦ οὔτε ἐν τῇ χρείᾳ οὔτε ἐν τῇ ἡδονῇ διαφέρει*. (T) Solemni vitio peccatum est pro: *δαιμονίως συνέστησε τὰ τῆς φιλίας*. Eodem remedio in eodem morbo iterum utendum ad ι 348, ubi Ulixes vinum laudat Cyclopi oblatum: *ἀξιοπίστως ἐνίστησιν ἑαυτόν, ἐπὶ τῇ πρόσθεν εὐδαιμονίᾳ προσποιούμενος ἐπελπίζειν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ τεύξεσθαι, ὅπερ ἀφῄρει πᾶσαν ἐπιθέσεως ὑπόνοιαν*. Et haec ex T

sunt mendis, ut plerumque est, obsita. Correxit iam Prellerus *αὐτοῦ* et *ἐπιθέσεως*, cum in codice sit *σωτηρίας παρ' αὐτὸν τεύξεσθαι* et *πᾶσαν ὑποθέσεως ὑπόνοιαν* (App. p. 778), interpunctionem pravam pravamque in verbo *ἐνίστησιν* et *ἐπελπίζειν* praepositionem nunc ipse emendabo, ut in posterum legatur: *ἀξιοπίστως συνίστησιν ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πρόσθεν εὐδαιμονίᾳ, προσποιούμενος ἔτι ἐλπίζειν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ τεύξεσθαι κτλ.*

Et sic ad nonum librum pervenimus, ad quem inprimis multa sunt scholia in uno Hamburgensi servata, et mendosissime, — ut nunc inter omnes constat, — scripto codice et vel mendosius edito. Bonam partem errorum et lacunarum, suntque in his graves admodum, iam in Observationibus olim tollendam et sarciendam proposui, in omnibus fere, nisi ubi melius quid insperato ex peritiore codicis collatione prodiit, veterem etiamnunc servans sententiam. Quae post Observationes in lucem editas reperire mihi contigit, ea et supra carptim attigi et nunc ordine recensebo.

ι, 2. *Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν.*

Ad haec HQ: *τὸν εὐεργέτην ἐπαινεῖ· σύμφορον γὰρ τῷ δεομένῳ. τὸ μὲν δὴ κρεῖον τῆς βασιλείας ἔπαινος, τὸ δὲ ἀριδείκετε τοῦ κατὰ μορφὴν ἀξιώματος.* (Quae sequuntur emendavi p. 284). Eadem sunt in T sed uberiora: *ἅμα μὲν [καὶ] ὡς εὐεργέτην ἐπαινεῖ σύμφορον τῷ δεομένῳ, ἅμα δὲ καταστοχαζόμενος τῆς προαιρέσεως τοῦ βασιλέως· αὐτὸς γὰρ ἂν ἦν τῆς πομπῆς ἡγούμενος. ἔδει οὖν τὴν βασιλείαν καὶ τὴν τοῦ σώματος ὑπεροχὴν αὐτῷ μαρτυρῆσαι ὑπὲρ τοῦ εὐφραίνεσθαι.* Delendum *καὶ* ex apertissima dittographia natum, sed praeterea et corrigendum: *αὐτ. γ. ἂν εἴη* et extremum verbum emendatum oportet. Hic vero codex quantumvis pravus culpae insons, cum *εὐφραίνεσθαι* ex Prelleri *παραδιορθώσεως* sit. In codice scriptum est *εὐφρᾶναι*, quod est sanissimum. Etenim Ulixes Alcinoi potestatem et corporis formam praedicare et extollere debebat, non ut se sed ut regem. opinor, exhilararet, eumque sic benignum sibi redderet.

ι, 6. *Οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι*
ἢ ὅτ' ἐϋφροσύνη μὲν ἔχῃ κάτα δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ.

Hic grammatici ad unum omnes Homeri doctrinam mirari Epicurea placita praedicantem. ἐγκαλοῦσι δὲ τῷ Ὀδυσσεῖ φιληδονίαν, λέγοντες τὴν ἀπόλαυσιν τέλος ἡγούμενον τοῦ βίου διὰ τούτων. (Q) Itaque fuerunt, qui Homerica haec audacter de suo mutarent, quod Eratosthenem fecisse Athenaeus nobis auctor est. Ἀπολαυστικὸς δέ ἐστι παρ' αὐτῷ (Homero) καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος· „αἰεὶ γὰρ ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε" καὶ τὰ ἑξῆς. (post haec desunt nostri versus ab oscitante epitomatore omissi, quod bene perspexerunt antiquiores interpretes) ἃ ἔπη Ἐρατοσθένης οὕτω γεγράφθαι φησίν

οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κακότητος ἀπούσης,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ·

„κακότητος ἀπούσης" φάσκων τῆς ἀφροσύνης. ἀδύνατον γὰρ μὴ φρονίμους εἶναι Φαίακας, οἳ μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖσιν, ὡς ἡ Ναυσικάα φησί. (Ath. I, c. 28 p. 16 d.), quo loco omnino cum veteribus editionibus legendum: ἃ ἔπη Ἐρατοσθένης οὕτω δεῖν γεγράφθαι φησίν, quod et Schweighaeuserus habet et Lehrsius haec in Aristarcho citans. Fuere praeterea alii, qui hoc scilicet ἔγκλημα modestius, non refingendo sed interpretando, — id est sensum verborum vel minime ambiguorum torquendo, — elevare studerent, quorum opiniones collegit sine dubio Porphyrius (Praef. p. LVI), etsi e scholiis tantum vehementer decurtatis et compendifactis de eius solutionibus constat, quae partim in Q, partim in DH, partim in T leguntur. Haec apponam hic illic corrigenda adiungens: οὐ πάντως ἀποδεχόμενος τὸν τοιοῦτον βίον ἐπαινεῖ, ἀλλὰ ἁρμόζεται κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ὧν ἐβούλετο. προσποιεῖται οὖν τὸ ἁβροδίαιτον ἀσπάζεσθαι τῶν Φαιάκων ἀκηκοὼς λεγόντων „αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε." (θ 248.) Σέλευκος δὲ τὴν εὐφροσύνην ὅτε εὖ φρονοῦμεν καὶ τὴν αὐτάρκειαν, ἵνα μὴ φαίνηται κόλαξ. Iam primum omnium perversum est ἁρμόζεται κατὰ τὸν παρόντα καιρόν, quod nemo dixit pro πρὸς τὸν καιρόν. Instar omnium exemplorum sit notissimum illud Philemonis (Incertt. Fabb. fragm. LXXXIV p. 422 Meinek.): πρὸς τὴν παροῦσαν πάντοθ' ἁρμόζου τύχην. Hoc igitur ipsum in tam frequenti confusione verborum καί, κατά, πρός hic reponendum: ἀλλ' ἁρμόζεται πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ὧν

ἐβούλετο, quibuscum conferenda et quae supra ad vs. 2 secundum codicem restituimus (ὑπὲρ τοῦ εὐφρᾶναι), et quae vel magis quam Hamburgense scholion decurtate in DQV prostant: ταῦτα ἁρμοζόμενος τῷ καιρῷ λέγει. οὐ τοῦ παντὸς δὲ βίου τὴν ἡδονὴν τέλος εἴρηκεν, ἀλλὰ συμποσίου τινός, in quibus ultimum vocabulum mirum mihi accidit, cum expectassem: ἀλλὰ συμποσίου μόνου, sed in trium codicum consensu nihil mutare audeo. Sed minuta haec sunt prae iis, quae nunc in scholii fine leguntur, de quibus operae pretium est Prellerum audire disputantem: „intelligitur nonnullos grammaticos hinc mollitiem Ulyssi criminatos esse, quod crimen alii aliter ab eo removere studebant, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ καιροῦ, quia inter epulandum sic loquutus esset, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως· καὶ τούτων οἱ μὲν ὅτι εὐφροσύνη τῆς ἡδονῆς τῷ φρονεῖν διαφέρει, οἱ δὲ ὅτι τέλος (vs. 5) ἐπὶ οὐσίας ἢ τάξεως ἢ συμπληρώσεως (κ. τ. λ.) Ex illis, qui εὐφροσύνην monebant longe aliud esse quam ἡδονὴν et ab ea differre τῷ φρονεῖν, erat, quod ex nostro codice apparet, Seleucus Alexandrinus, *qui dicebat τὴν εὐφροσύνην dici ὅτι εὖ φρονοῦμεν, et αὐτάρκειαν quandam prae se ferre Ulyssem, h. e. se tales voluptates etiam alibi expertum esse significare,* ἵνα μὴ φαίνηται κόλαξ." Haeccine igitur omnia in una illa voce αὐτάρκεια? Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν! nec scriptoris tantum sed et interpretis. Verum etiamsi τὴν αὐτάρκειαν ita liceret explicare, quod nullo modo licet, ne sic quidem alia quam falsa et inepta exiret sententia. Nam fac Ulixem omnium voluptatum esse expertissimum, eone minus ex philosophorum Graecorum doctrina Phaeaces adulatus erit, si luxuriam his adamatam βίου τέλος εἶναι praedicaverit? Sed longissime aberravit Prellerus a grammaticorum philosophantium sententia, quod apparebit ubi verba correxerimus pessime cohaerentia, quidquid tandem significent, Σέλευκος τὴν εὐφροσύνην ὅτε εὖ φρονοῦμεν καὶ τὴν αὐτάρκειαν. Unde enim accusativi pendere censendi sunt? Num ab omisso λέγει? Non est hoc in scholiastis inauditum. At quis ferat: Σέλ. τὴν εὐφροσύνην (λέγει) ὅτε εὖ φρονοῦμεν καὶ τὴν αὐτάρκειαν, verbo et substantivo admodum incommode copulatis? Praeterea in codice non est φρονοῦμεν sed φρονῶμεν, neque hoc erat corrigendum sed ὅτε, et hic et saepius, — vel in hoc ipso loco Homerico, de cuius scholiis

agimus, — cum ὅταν velut de loco certans. Itaque me iudice scribendum: Σέλευκος δὲ τὴν εὐφροσύνην (νοεῖ) ὅταν εὖ φρονῶμεν πρὸς τὴν αὐτάρκειαν, ἵνα μὴ φαίνηται κόλαξ. Quo sensu intellegendum sit αὐτάρκεια optime patebit ex Athenaei loco, περὶ τοῦ τῶν ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου. (I, c. 15, p. 8 e), Ὅτι Ὅμηρος ὁρῶν τὴν σωφροσύνην οἰκειοτάτην ἀρετὴν οὖσαν τοῖς νέοις καὶ πρώτην - εὐτελῆ κατεσκεύασε πᾶσι τὸν βίον καὶ αὐτάρκη. Itaque Seleucus τὴν εὐφροσύνην interpretabatur si sapimus et modice vitae lautitiis utimur, in qua praedicanda Ulixes non amplius Phaeacum adulator videri potest luxuriose vivere solitorum. Et diu ante hunc argutus verborum artifex Prodicus apud Platonem sic distinxerat: ἡμεῖς τ' αὖ οἱ ἀκούοντες μάλιστ' ἂν οὕτως εὐφραινοίμεθα, οὐχ ἡδοίμεθα· εὐφραίνεσθαι μὲν γάρ ἐστι μανθάνοντά τι καὶ φρονήσεως μεταλαμβάνοντα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ, ἥδεσθαι δὲ ἐσθίοντά τι ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι. (Prot. c. XXIII i. f. p. 337 c.) Eadem sunt, quae Stobaeus praebet nescio unde desumpta: Ὅμηρος — δεδόσθω γὰρ τῇ ἀρχαιότητι προνομία — ψυχικὸν ἀπεφήνατο τὸ τῆς εὐδαιμονίας τέλος, καὶ ταῦτα διὰ τοῦ παρεισαγομένου προσώπου σοφωτάτου παρ' αὐτῷ. Πεποίηται γὰρ Ὀδυσσεὺς ἀναφωνῶν „οὐ γὰρ ἔγωγε -- δῆμον ἅπαντα." Ἡ δ' εὐφροσύνη ψυχική τίς ἐστι διάθεσις, ἣν ἄν τις ἐξηγήσαιτο καλὴν φρόνησιν, τοῦτο δ' ἂν ἐκδέξαιτο τὴν ἐπὶ τοῖς καλοῖς φρόνησιν. Eodem tendere videtur quod Apollonius Sophista habet i. v. Εὔφρων: εὖ τὰς φρένας διακείμενος ἐν χαρᾷ. Satis vel haec ostendunt, quanta fuerit philosophorum, ut Lehrsius dicebat, severitas, id est fastus et ἀρεταλογία.

ι, 13. Ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.

Καὶ μὴν οὐ κλαίει νῦν. ἀλλ' ἡ σύγκρισις πρὸς τὸ „εἰπὲ δ' ὅ τι κλαίεις." (θ 577.) (Q.) Mirifica est haec comparatio (σύγκρισις). Verum erit: ἀλλ' ἡ ἀπόκρισις πρὸς τὸ „εἰπὲ δ' ὅ τι κλαίεις."

ι, 20. Εἴμ' Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν
ἀνθρώποισι μέλω, καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Id ἀνθρώποισι μέλω in T est: τοῖς ἀνθρώποις ἔνδοξος τυγχάνει, διὰ δόλου καὶ φροντίδος ἀξιούμενος παρ' αὐτοῖς. ὁ δὲ δόλος ἐπ'

ἀγαθοῦ τέτακται ἐνταῦθα, τὸ δὲ „κλέος οὐρανὸν" ὑπερβολικῶς, τῇ δόξῃ μέχρι θεῶν ἐφθακέναι τὸ κλέος. Simpliciter his opponam veram lectionem, quae haec est: τοῖς ἀνθρώποις ἔνδοξος τυγχάνΩ, διὰ δόλουΣ φροντίδος ἀξιούμενος παρ' αὐτοῖς. ὁ δὲ δόλος ἐπ' ἀγαθοῦ τέτακται ἐνταῦθα. τὸ δὲ „κλέος οὐρανὸν" ὑπερβολικῶς τῇ δόξῃ, (τὸ) μέχρι θεῶν ἐφθακέναι τὸ κλέος. Eadem paulo melius uberiusque scripta sunt in BQ: διὰ δόλους ἔνδοξός εἰμι. ὁ γὰρ δόλος καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ τάσσεται· νῦν δὲ ἐπὶ ἐγκωμίου τοῦτο λέγει. ὑπερβολὴ γὰρ δόξης τὸ μέχρι θεῶν ἐφθακέναι τὸ κλέος. κτλ. Omnia recte, nisi quod inserta coniunctione opus est: ὁ γὰρ δόλος καὶ ἐπ' ἀγαθοῦ τάσσεται, (καὶ) νῦν δὲ ἐπ' ἐγκωμίου τοῦτο λέγει. Vel disertius, si fieri potest, aliud scholion ad praecedentem versum: παρεῖται ἡ διά, καὶ ἡ δοτικὴ ἀντὶ αἰτιατικῆς κεῖται· διὰ δόλους γὰρ μέλω. ὅμοιόν ἐστι τῷ „σοὶ πάντες μαχόμεθα" (l. -μεσθα. E 875), τουτέστι διὰ σέ. (BHQ), quae Aristonicum referre iam Friedländerus admonuit. Hinc unus Q: ὅστις ἐγὼ ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις διὰ φροντίδος εἰμὶ ποιεῖν δόλους, οἵ μου τὸ κλέος μέχρι οὐρανοῦ ἀνήγαγον. Sed et hoc excerptum corruptum est, nemoque negabit reponendum esse: — — ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις διὰ φροντίδος εἰμὶ ποιῶν δόλους. Quod in scholio Hamburgensi, unde exorsi sumus, secludendum censui καὶ sensum disturbans, videtur id loco finalis Σ in vocabulo δόλους in textum irrepsisse.

ι, 43. Διερῷ ποδί. Vocabulum bis tantum Homero usurpatum et apud veteres et apud recentiores varias peperit interpretationes, de quibus plene egit Lehrsius, adiecta sua, quae — quod sine ulla summi viri detrectatione dictum sit — me quidem iudice non plus habet probabilitatis. Sed veterum nunc interpretum effata inspiciamus. Qui ita dixisse videntur in T. διερῷ ποδί: τῇ νηΐ· καὶ γὰρ ἄλλως ἵππους τὰς ναῦς. οἱ δὲ δι' ὑγροῦ καὶ ζῶν, πρὶν ὑπὸ πολεμίους γενέσθαι· καὶ γὰρ ξηροὶ οἱ νεκροί, καὶ „διερὸς βροτὸς" (ζ 201) ὁ ζῶν. ἄλλοι δὲ τοῖς σκεύεσι καὶ τῷ ἱστίῳ ἀπὸ τοῦ πλοῦ. Plena sunt vel haec pauca verba putidissimorum vitiorum. Unum iam ante multos annos procuravit Cobetus, (Mnemos. N. S. I, p. 11, 1873.) cum ostenderet legendum: καὶ γὰρ ἁλὸς ἵππους τὰς ναῦς, quod sine

vitio legitur in Etymologico Magno s. h. v. [1]) unde et in nostri loci exitu excitaverim, quo aegre careo, verbum: *καὶ γὰρ ἁλὸς ἵππους τὰς ναῦς* (*καλεῖ τροπικῶς*,) et fortasse in introitu: (*μεταφορικῶς*) *τῇ νηΐ*, quod et in PQV adest. Nunc ad caetera nos convertamus. Nihil est *οἱ δὲ δι' ὑγροῦ καὶ ζῶν*, — debebat saltem *δι' ὑγρὸν*, — neque solent sic scholiastae et lexicographi vetustiores quae Homerus tertio casu posuit, ea primo casu posita interpretari. Quid multa? Scribendum: *οἱ δὲ διύγρῳ καὶ ζῶν(τι), πρὶν ὑπὸ πολεμίους γενέσθαι.* Sic v. c. Apollonius s. v. *Διερῷ*: *διύγρῳ*. Sequitur: *ἄλλοι δὲ τοῖς σκεύεσι καὶ τῷ ἱστίῳ ἀπὸ τοῦ πλοῦ*, quae verba sensu cassa sunt, sed Prelleri culpa quae codex mendose exhibet correctione mendosiora reddentis. Etenim in codice esse videtur: *ἄλλοι δὲ ὑγρῷ ἀπὸ τοῖς σκεύεσιν κ. τ. ἱστίῳ ἀπὸ τοῦ πλοῦ.* (App. p. 777) *Ἀπό* errore saepius mihi notato perperam bis esse scriptum, — est haec scribarum quaedam *πρόληψις*, — bene vidit, sed cur, quaeso, simul *ὑγρῷ* proscripsit, sine quo, sed emendato, sententia stare non potest? Recto talo stabit sic: *ἄλλοι δὲ ὑγροῖς τοῖς σκεύεσι καὶ τῷ ἱστίῳ ἀπὸ τοῦ πλοῦ.*

ι, 44. Ismaro capta Ulixes milites hortatur, ut statim se fuga proripiant, *τοὶ δὲ μέγα νήπιοι οὐκ ἐπίθοντο.* Hinc causa petita poëtam obiurgandi. *Ἐναντία, φησί* (Zoïlus?), *λέγει ἑαυτῷ ὁ Ὅμηρος. ἐν μὲν γὰρ Ἰλιάδι παράγει τὸν Ὀδυσσέα τύπτοντα καὶ τοὺς μηδὲν αὐτῷ προσήκοντας τῶν στρατιωτῶν· — καὶ ταῦτα ποιῶν ἔπειθεν. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ τῶν ἰδίων ἄρχειν δύναται, οὐ γὰρ αὐτῷ πείθονται ἀποπλεῖν. στρατηγοῦ δέ ἐστι κακοῦ τὸ καταφρονεῖσθαι. οὔτε οὖν λέγειν δεινὸς ἦν* (*ἔπειθε γὰρ ἄν*) *οὔτε δόξῃ μέγας. ἐδέδιε γάρ. οὔτε μὴν χρηστός, ἠροῦντο γάρ.* (Q) Dixisset saltem *ἐδεδίει γάρ.* Sed neque hoc verum, (nusquam enim in Homero de Ulixe Ciconas metuente sermo est),

1) Tota Etymologici nota sic se habet: *Διερός· ὁ ὑγρός. Καλλίμαχος »διερὴν δ' ἀπεσείσατο λαίφην«: — λέγεται διερός καὶ ὁ ζῶν ἐκ μεταλήψεως. Ὅμηρος »οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός,« τουτέστι ζῶν καὶ ἐρρωμένος, Ὀδυσσείας ζ'* (vs. 201). *οἱ γὰρ ζῶντες ὑγροί. αὖοι δὲ οἱ τεθνεῶτες. παρὰ τὸ διαίνω τὸ ὑγραίνω γίνεται διαρός. ὡς μιαίνω μιαρός, λιπαίνω λιπαρός, καὶ τροπῇ διερός. Διερῷ ποδί, Ὀδυσσείας ι', μεταφορικῶς τῇ νηΐ· καὶ γὰρ ἁλὸς ἵππους τὰς ναῦς καλεῖ τροπικῶς. οἱ δέ, τῷ ὀξεῖ καὶ ταχεῖ· ἢ τῷ θαλασσίῳ· διερὸν γὰρ χλωρόν, βεβρεγμένον.*

neque aptum, (cur enim qui metuit sive hostes sive milites suos, gloria clarus non esse arguitur) neque, etiamsi et verum et aptum esset, hic eiusmodi quid Porphyrii, cui sine dubio haec debemus, mentem refert. Etenim nunc de Ulixis virtutibus ita agit accusator, ut ostendat si revera his praeditus fuisset, *milites* omnia alia acturos fuisse quam egerunt. Omnia igitur verba ad milites referenda sunt, ut ἔπειθε, ut ᾑροῦντο. Quamquam et hoc corruptum est, cum sive vertas *elegerunt* sive *electi sunt* res aeque absurde evenit. Itaque legerim: οὔτε οὖν λέγειν δεινὸς ἦν, ἔπειθε γὰρ ἄν· οὔτε δόξῃ μέγας, ἐδέδισ(αν) γάρ· οὔτε μὴν χρηστός, ᾐδοῦντο γάρ. Omittitur in repetitione ἄν: cfr. ad θ 564: (Ὀδυσσεὺς) οὐκ ἂν ἐμήνυσε -- οὐδ' Ἀλκίνοος ἔπεμψεν αὐτόν. Neque magis responsio erroribus immunis est. Ἐροῦμεν οὖν ὅτι εὐθὺς ἀπὸ τῆς νίκης ὄντες οἱ ἑταῖροι ἐγαυρίων τῇ τύχῃ. τοιαῦτα δέ τινα καὶ Ἀγαμέμνων πέπονθεν. ἠναντιοῦντο γὰρ αὐτῷ πολλάκις Ἕλληνες. In codice est ἐναντιοῦντο, unde non imperfectum erat eruendum, sed praesens: ἐναντιοῦνται γὰρ αὐτῷ πολλάκις (οἱ) Ἕλληνες. Sequitur: παραδέδωκε δὲ ἡ ἱστορία ὅτι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι δεύτερον ἀπόστασιν (ὕστερον ἐπανάστασιν optime Struvius) ἐποίησαν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ στρατιῶται. Inseruit Dindorfius ὅτι, probabilius erit ὡς ante καὶ ob compendiorum similitudinem neglectum, cum vel sine hac causa ὅτι et ὡς saepius inter se alternent, quod v. c. factum ad ι 333: Ἀριστοτέλης οὖν φησιν ὅτι ᾔδει ἐχθροὺς ὄντας αὐτοῖς, quo loco ὅτι praebet M, ὡς Q. Itaque Struvii adhibitis correctionibus, — ἐπανάστασιν verum esse vel dativus arguit, — extrema sic scripserim: παραδέδωκε δὲ ἡ ἱστορία ὡς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι ὕστερον ἐπανάστασιν ἐποιήσαν(το) οἱ ἴδιοι αὐτοῦ στρατιῶται.

ι, 48. Ἐπισημαίνονται δὲ ἐν Ἰλιάδι γείτονα μὴ ὠνομάσθαι, ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ νῦν δὲ κἀκεῖ „ὡς οἱ μὲν δαίνυντο γείτονες ἠδὲ ἔται Μενελάου." (H.) Sunt haec et quae sequuntur Aristonici adversus chorizontas observata. In quibus primum cum Cobeto (Mnem. N. S. 1879, VII p. 433) pro ἐπισημαίνονται reponendum ἐπισημειοῦνται. Tum prava verborum collocatio etiam Dindorfium adverterat adnotantem: „νῦν δὲ κἀκεῖ ὡς: haec sic fere in ordinem redigenda collato Eustathio p. 1615, 25:

ἐνταῦθα κεῖται, καὶ „ὢς —." Poterit sic lenius: -- ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ νῦν ἔστι κἀκεῖ κτλ. Confundi siglas verborum δέ et ἐστί docuit iam Bastius p. 803.

ι, 64. Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι,
οἳ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὕπο δῃωθέντες.

Paraphrasi haec illustrantur in T in hunc modum: οἷον οὐ πρότερον ἀνήχθημεν πρὶν τὰ νομιζόμενα τοῖς ἑταίροις ποιῆσαι παλαιῷ θεσμῷ κρατοῦντες. ἐν πολέμῳ γὰρ ἀποθχνόντας εἰς τρὶς ἀνακαλεῖν, τουτέστιν ἵνα μή τις πολλάκις ἐμπνέων ὡς νεκρὸς ἀπολειφθείη. οὐ μέντοι προαπέστημεν ἐμβάντες, ἀλλὰ προσεκαρτεροῦμεν ἕκαστον ἀναβοῶντες, εἰ δυνάμεθά τινα τῶν ἀπολελειμμένων σῶσαι καὶ. μὴ ἀπολείπειν ἐν τῇ πολεμίᾳ. .καὶ ἐν Ἰλιάδι „ἀλλ' ἀναπεπταμένας ἔχον ἀνέρες." (M 122.) Φαίνεται δὲ διὰ τοῦτο τὸ Φιλέταιρον τοῦ Ὀδυσσέως. Priorem sententiae partem (οἷον οὐ - καταλειφθείη) prout edita est misere claudicare, neminem latere potest. Neque editores latuit, quorum Dindorfius „verba non integra" iudicavit. Prellerus in κρατοῦντες „Cratetis nomen latere „coniecit," „qui nominatur in scholio v. 60,"· infelici, ut fere, coniectura. Ipse cum iam ante multos annos dubitanter in margine adlevissem: οἷον οὐ πρότερον ἀνήχθημεν, πρὶν τὰ νομιζόμενα τοῖς ἑταίροις ποιῆσαι παλαιῷ θεσμῷ καλοῦντες. ἐν πολέμῳ γὰρ ἀποθανόντας εἰς τρὶς ἀνακαλεῖν ἔθος ἐστίν, ἵνα μή τις πολλάκις ἐμπνέων ὡς νεκρὸς ἀπολειφθείη, — haec igitur cum olim coniecissem, postea a Ludwichio didici, eadem fere in ipso codice scripta extare, nisi quod παλαιῷ θεσμῷ καρτεροῦντες .dat, quod nullo adiecto participio, (paulo post recte dicitur προσεκαρτεροῦμεν ἀναβοῶντες,) hic prorsus nihil significat. Quae ipse reponebam probabam ex iis quae de eadem re in H leguntur ad vs. 62 adnotata: -- οὐκ εἴασα τὰς ναῦς πλεῦσαι πρὶν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἀνακαλέσασθαι τοὺς ἑταίρους. ᾤοντο γὰρ τοὺς ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ ἀποθνήσκοντας δεῖν καλεῖν, ἵνα μετάγωσιν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα [1]),

1) Correxerim in hoc Harleiani scholio τοὺς ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ ἀποθανόντας et ἵνα κατάγωσιν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα, hoc ex tritissima siglarum permutatione, qua vel μετακοιμᾶσθαι scribitur pro κατακοιμᾶσθαι (p. 506, 11) a Cobeto tandem sublatum.

ubi eodem modo, sed inverso ordine, *καλεῖν* et *ἀνακαλεῖν* ut synonyma usurpantur, neque nunc codicis lectione cognita muto sententiam. In altera scholii parte minuta quaedam corrigenda supersunt. Legendum: – *ὡς νεκρὸς ἀπολειφθείη.* (῞Η) *οὐ μέντοι προαπέστημεν ἐμβάντες, ἀλλὰ προσεκαρτεροῦμεν ἕκαστον ἀναβοῶντες, εἰ δυναίμεθά τινα τῶν ἀπολελειμμένων σῶσαι* et *Φαίνεται δὲ διὰ τούτου τὸ φιλέταιρον τοῦ Ὀδυσσέως.*

ι, 65. De eadem re in Vulgatis (V) dicitur: *ἀρχαῖον ἔθος τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρίτον τοὺς περιλειφθέντας, ἐπὰν ἀπίωσιν οἴκαδε. ἢ ἵνα καὶ εἴ τις* (sic Buttmannus pro *ἔτι*) *ἀπολίποιτο ἐν τῷ πεδίῳ προσέλθοι.* Barnesio *ἀπίωσιν* debemus, veteres editiones et fortasse etiam codices *ἐπίωσιν* habere videntur, hoc certe perverse, sed estne critici Angli mutatio verior? Nonne sic *ἢ* abundat, cum una tantum *τοῦ τρὶς ἀνακαλεῖν* causa reddi videatur? Sed si rem accuratius inspicimus, duas reddi apparebit, alteram ex religione petitam, alteram ex utilitate. Hanc ex scholio Hamburgensi supra cognovimus, (*ἵνα μή τις πολλάκις ἐμπνέων ὡς νεκρὸς ἀπολειφθείη*) et mox ex Q cognoscemus, illa bis traditur in H, et ad vs. 62, quam notam modo corrigebam, et brevius ad vs. 65: *τῶν ἀπολομένων ἐν ξένῃ γῇ τὰς ψυχὰς εὐχαῖς τισιν ἐπεκαλοῦντο ἀποπλέοντες οἱ φίλοι εἰς τὴν ἐκείνων πατρίδα, καὶ ἐδόκουν κατάγειν αὐτοὺς πρὸς τοὺς οἰκείους.* Utramque causam in nostro scholio breviter commemoratam fuisse putaverim: *ἀρχαῖον ἔθος τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρίτον τοὺς περιλειφθέντας,* (*ὡς*) *ἐπανάγωσιν οἴκαδε· ἢ ἵνα καὶ εἴ τις ἀπολείποιτο ἐν τῷ πεδίῳ προσέλθοι.* Noto praeterea vitio *ἀπολίποιτο* scriptum est, quod ne medium soloece pro passivo probaremus in *ἀπολείποιτο* refinximus. Idem commissum in scholio paene gemello ex Q (nisi quod in hoc altera causa omissa est): *ἀρχαῖον ἔθος ἦν τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων τὰς ψυχὰς ἐκ τρίτου ἀνακαλεῖν. τοῦτο δὲ ἐγίνετο ἵνα εἴ τις ὑπολίποιτο ἐν τῷ πεδίῳ προσέλθοι.* Praeterea in utroque scholio malim *τῶν – ἀπολομένων.* Tandem quod Dindorfius et in scholio ex V et in Harleiano (p. 412, 7) *τρίτον* correctum volebat in *τρὶς*, nullam idoneam causam video. Non est optime fortasse dictum, sed est hoc auctoris culpa, non scribae.

ι, 84. Dixit de Lotophagis Homerus: *οἵ τ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν.* Adnotatur: *ἴδιον εἶπεν, ὡς τοιούτου ὄντος τοῦ λωτοῦ οἷον ἄνθους τινός.* (T.) Usitatum est *ἰδίως εἶπεν.*

ι, 92. *Δίκαιοι ὄντες ἄνδρες* (Lotophagi) *βίᾳ τινὶ οὐ κατεῖχον, ἀλλὰ πειθοῖ. τὸ δὲ „μήδοντο" δηλοῖ ὅτι οὐχ ἑκούσιος ἦν ἐκείνων ὁ γενόμενος ὄλεθρος. καὶ γὰρ οἱ Λωτοφάγοι δίκαιοι ὄντες βίᾳ οὐδένα κατεῖχον, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνῳ ἔθελγον.* (Q) Stipes bis idem apposuit, prius contractius, tum plenius et verbis quibusdam paulo immutatis. Sed nisi scripsit, invenit certe scriptum *βίᾳ τινὰ οὐ κατεῖχον*, quod mox melius audit *βίᾳ οὐδένα κατεῖχον.* Et si Lotophagi nemini vim inferebant, ut loto vesceretur, fieri nequit ut verum sit *ὅτι οὐχ ἑκούσιος ἦν ἐκείνων ὁ γενόμενος ὄλεθρος.* Immo aut inducendum erit *οὐχ*, aut, quod fere malim, scribendum: *οὐκ ἀκούσιος.*

ι, 106. *Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων, ἱκόμεθ'.* Quaesitum est de significatione adiectivorum *ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων*, quae hic — inquiunt — etsi est hoc usitatius, in malam partem accipi nequeunt. *Εἰ γὰρ ἦν ἀθεμίστων ἀντὶ τοῦ ἀδίκων, πῶς λέγει „οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες;"* Igitur (*ὑπερφιάλων*) *ἢ τῶν μεγαλοφυῶν τῷ σώματι, τῶν δισήμων γὰρ ἡ λέξις, ἀθεμίστων δέ, τῶν νόμοις μὴ χρωμένων.* (H) Non optio datur sed interpretatio; scribendum itaque ut adsolet: *ἤ(τοι) τῶν μεγαλοφυῶν τῷ σώματι* [1]). Pleniora haec eadem sunt in T ac solitam quaestionum formam magis servantia. *Πῶς ὑπερφιάλους καὶ ἀθεμίστους καὶ παρανόμους εἰπὼν τοὺς Κύκλωπας ἄφθονα παρὰ θεῶν αὐτοῖς ὑπάρχειν λέγει τὰ ἀγαθά; ῥητέον οὖν ὅτι ὑπερφιάλους μὲν διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ σώματος, ἀθεμίστους δὲ τοὺς μὴ νόμῳ χρωμένους ἐγγράφῳ διὰ τὸ ἕκαστον ἴδιον ἄρχεσθαι· „θεμιστεύει δὲ ἕκαστος παίδων ἠδ' ἀλόχου," ὅπερ ἀνομίας σημεῖον.* Praetulit Dindorfius *νόμοις ἐγγράφοις* (App. p. 777), quod praeferri

---

1) Apud grammaticos inprimis sequiores *ἤτοι* non minus quam *ἤγουν* valere *τουτέστι*, vel hoc unum ex infinitis exemplis probabit: ι 156. *Αἰγανέας δολιχαύλους· ἀκόντια ἐπιμήκεις τοὺς αὐλοὺς ἔχοντα, ἤτοι τὰ σιδήρια.* Sic EV. At P: *ἀκόντια μακρὰ ὁλοσιδήρους αὐλοὺς ἔχοντα, τουτέστι τὰ σιδήρια.* Corrigendum simul *μακροὺς -- αὐλοὺς ἔχ.*

potest, sed necessarium non esse ostendit scholion de eadem re ex Q ad vs. 112: *ἀθεμίστους λέγει οὐχ ὡς ἀδίκους, ἀλλ' ὡς μὴ θέμιδος ἤτοι νόμου χρήζοντας εἰς εὕρεσιν τοῦ καλοῦ. ἦσαν γὰρ ἀγαθοί* [1]). Sed prorsus necessarium erit in eadem sententia paulo post *διὰ τὸ ἕκαστον (τῶν) ἰδίων ἄρχειν* restituere. Sequitur: *Ἀντισθένης δέ φησιν ὅτι μόνον τὸν Πολύφημον εἶναι ἄδικον· καὶ γὰρ οὗτος τοῦ Διὸς ὑπερόπτης ἐστίν.* Ultima sunt ex vera, si quid iudico, Prelleri correctione, codex bellissime habet: *ὅπως τοῦ διὸς εἴποτε ἐστίν.* At non tangendum *ὅτι - εἶναι*, quod ex prava sequiorum consuetudine dictum est, de qua praeter alios egit Cobetus, Mnemos. V. S. VI p. 338 seqq. Pergit: *οὐκοῦν οἱ λοιποὶ δίκαιοι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν γῆν αὐτοῖς τὰ πάντα ἀναδιδόναι αὐτόματον, καὶ τὸ μὴ ἐργάζεσθαι αὐτὴν δίκαιον ἔργον ἐστίν. ἀλλ' ἔμπροσθεν βιαίως βιαίους, „οἵ σφεας σινέσκοντο"* (ζ 6), *ὥσπερ καὶ τοὺς Γίγαντας· „ὅσπερ* (*ὅς ποθ'* nunc Hom. textt.) *ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν"* (η 59), *ὥσπερ καὶ τοὺς Φαίακας βλαπτομένους ὑπ' αὐτῶν μεταναστῆναι.* Quemadmodum in nostro est *τὴν γῆν τὰ πάντα ἀναδιδόναι αὐτόματον*, ita in scholio supra ex H descripto (p. 415, 26—416) fortasse corrigendum: *ὅθεν καὶ ἀνῆκεν αὐτοῖς αὐτόματος ἡ γῆ τοὺς καρπούς*, pro *αὐτομάτως*, etsi in his scriptoribus talia non nimis urgenda esse lubens confiteor. Nostrum autem ipsum gravius aegrotat. Sine controversia mendosum est *ἀλλ' ἔμπροσθεν βιαίως βιαίους*, de quo Dindorfius: „*βιαίως* delendum aut in *εἶπε* mutandum." Abest quidem *εἶπε*, sed et solet abesse in hoc scribendi genere, et (quod gravius), depravatum esse in *βιαίως* haud facile crediderim. Factum est hic bis, de quo initio huius operis (p. 7) monui: homo somnolentus, cui Hamburgensem codicem debemus, pro vocabulo quod requiritur aliud quid sono affine *ἔναυλον ἔχων* inepte chartae adlevit. Hominem in suo exemplari habuisse suspicor: *ἀλλ' ἔμπροσθεν ἁπλῶς βιαίους, - - ὥσπερ καὶ τοὺς Γίγαντας -, ὥστε καὶ τοὺς Φαίακας βλαπτομένους ὑπ' αὐτῶν μεταναστῆναι.* Id est: poëta Cyclopas in praecedentibus simpliciter violentos bellatores dixit

1) Fortasse haec optime — etsi ne sic quidem fideliter — Aristonicum referunt de Aristarchi sententia eodem modo nostra exponentem, ut patet ex longis glossis ap. Apollonium s. vv. Ἀθεμίστων et Ὑπερφίαλοι. Itaque nunc Aristarchus et Porphyrius amice conspirant.

ob eamque causam Phaeacas demigravisse, unde tamen non sequitur caeteros quoque non secus ac Polyphemum iniustos deorumque contemtores exhiberi.

ι, 107. De iisdem cum Homerus dixisset οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν || οὔτε φυτεύουσιν χερσὶν φυτὸν οὔτ' ἀρόωσιν, de his igitur versibus iterum T: φασὶ γὰρ ὅτι (addidit Dind.) διὰ τὸ εὔκρατον τῶν ἀέρων προνοοῦσιν αὐτῶν (cod. αὐτὸν, correxit Preller.) οἱ θεοὶ ὡς ἀπογόνων, „ἐπεί σφισιν ἐγγύθεν εἰσίν," ἢ ὡς δικαίων. μόνος γὰρ ἄδικος ὁ Πολύφημος. ἀπάνευθε γὰρ ὢν ἀθεμίστια ᾔδη, καὶ οἷος ποιμαίνεσκε, τῶν δ' ἄλλων ἕκαστος θεμιστεύει παίδων ἠδ' ἀλόχων. ὅθεν μηδὲ τὸ σπήλαιον ἀνοίξαντες πολυπραγμονοῦσι τί πέπονθε καὶ μαντείαις χρῶνται καὶ θεοὺς νομίζουσι. „ἀλλὰ σύ γ' εὔχεο πατρὶ Ποσειδάωνι ἄνακτι." (vs. 412.) Mirifice sane, si Cyclopum quisque inter liberos suos et uxores ius dicit, hinc deducitur, quod neque Polyphemi occaecati auxilium implorantis antrum aperiunt, neque quid passus sit inquirunt. (ἕκαστος θεμιστεύει — ὅθεν μηδὲ — πολυπραγμονοῦσι τί πέπονθε). Neque minus mirifice componuntur τὸ μὴ ἀνοῖξαι καὶ πολυπραγμονεῖν cum his: καὶ μαντείαις χρῶνται καὶ θεοὺς νομίζουσι. Ut molestiis his liberemur, verba casu quodam loco suo mota in sedem pristinam ac iustam reducamus. Μόνος γὰρ ἄδικος ὁ Πολύφημος. ἀπάνευθε γὰρ ὢν ἀθεμίστια ᾔδει καὶ οἷος ποιμαίνεσκε, ὅθεν μηδὲ τὸ σπήλαιον ἀνοίξαντες πολυπραγμονοῦσι τί πέπονθε. τῶν δ' ἄλλων ἕκαστος θεμιστεύει παίδων ἠδ' ἀλόχων, καὶ μαντείαις χρῶνται καὶ θεοὺς νομίζουσι κτλ. Praeterea in notae initio ὅτι, quod sine dubio abesse nequit, non eo loco inseruerim, quo Dindorfius inserendum putavit, sed paulo infra: φασὶ γὰρ διὰ τὸ εὔκρατον τῶν ἀέρων (ὅτι) προνοοῦσιν αὐτῶν οἱ θεοὶ (ἢ) ὡς ἀπογόνων — ἢ ὡς δικαίων. Non enim hercle id dicunt, deos ob amoenam caeli temperiem sibi providere, sed, quod Cyclopibus omnia sponte ex terra proveniunt, philosophis est διὰ τὸ εὔκρατον τῶν ἀέρων, deos vero iis providere ea causa est, quam ipsi afferunt.

ι, 138.

ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, — —

ἀλλ' ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, εἰς ὅ κε ναυτέων
θυμὸς ἐποτρύνῃ καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται.

Paraphrasis horum in Q: *ἀλλ' ἐπιψαύσαντας ἐν τοῖς τοιούτοις λιμέσι τὰ πλοῖα μεῖναι χρόνον ἀβλαβῆ, ἕως οὗ ὁ τῶν ναυτῶν θυμὸς ἐποτρύνῃ αὐτὰς πρὸς τὸν πλοῦν.* Haec nullo modo intellego, nisi corrigantur: *ἀλλ' ἐπιψαύσαντας ἐν τοῖς τοιούτοις λιμέσι* (*ὥστε*) *τὰ πλοῖα μεῖναι χρόνον ἀβλαβῆ, ἕως οὗ ὁ τῶν ναυτῶν θυμὸς ἐποτρύνῃ αὐτοὺς πρὸς τὸν πλοῦν*, quae ne sic quidem Homericorum verborum sensum quam fidelissime reddunt. Ne caetera tangam in vulgata lectione impeditissima, risum movet quod *ὁ τῶν ναυτῶν θυμὸς* dicitur *ἐποτρύνειν αὐτὰς — τὰς ναῦς*, puto, — *πρὸς τὸν πλοῦν*.

ι, 166.

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων,
καπνόν τ' αὐτῶν τε φθογγὴν ὀΐων τε καὶ αἰγῶν.

Notatur zeugma: *ἄνω τὸ ἐλεύσσομεν ἐπὶ μὲν τῆς γαίας καὶ τοῦ καπνοῦ κοινόν· ἐπὶ δὲ τοῦ φθόγγου ὑπακουστέον τὸ ἠκούομεν, ὡς τὸ „καρπαλίμως οἶνον δὲ μελίφρονα οἰνίζεσθε, σῖτον δ' ἐκ μεγάρων."* (Θ 506.) *ἐπὶ τοῦ σίτου δεῖ ὑπακούειν τὸ φέρετε.* (Q) Non est magni momenti sed animadversione tamen dignum, haec multo melius cohaerere sic correcta: *ἐπὶ δὲ τοῦ φθόγγου ὑπακουστέον τὸ ἠκούομεν, ὡς* (*ἐν*) *τῷ „καρπαλίμως — δ' ἐκ μεγάρων" ἐπὶ τοῦ σίτου δεῖ ὑπακούειν τὸ φέρετε.*

ι, 173. *Εἰκότως αὐτοῦ ἀπέρχεται σὺν τοῖς ἑαυτοῦ ἑταίροις, μηκέτι πιστεύων διὰ τὸ πρὸς τοὺς Λωτοφάγους σύμπτωμα καὶ τὴν παρὰ Κίκοσιν ἀπείθειαν, μή πως πάλιν ὑποφερόμενοι τινὶ κέρδει κινδυνεύουσιν.* (H) Narraverat Ulixes, se comites suos ita allocutum esse:

Ἄλλοι μὲν νῦν μίμνετ', ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι·
αὐτὰρ ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἐμοῖς ἑτάροισιν
ἐλθὼν τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι οἵ τινές εἰσιν.

Confidenter igitur scholion sic emendatum supplebimus: *εἰκότως αὐτὸς ἀπέρχεται* (*πρόερχ.?*) *σὺν τοῖς ἑαυτοῦ ἑταίροις,* (*τοῖς ἑτέροις*) *μηκέτι πιστεύων* — —, *μή πως πάλιν ὑποφερόμενοί τινι κέρδει κινδυνεύωσιν.*

Ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν, ἄγχι θαλάσσης.
Polyphemi antrum prope mare situm poëta finxit, *ἵνα πρῶτον τῷ Πολυφήμῳ ἐντύχῃ καὶ πειραθεὶς αὐτοῦ μηδὲ ἡ ναῦς ὁρμίζουσα ὀφθῇ.* (T) Contrarium requiritur: *καὶ πειραθεὶς αὐτοῦ ἤδη ἡ ναῦς ὁρμοῦσα ὀφθῇ.* Simul rescribendum *πρώτῳ*. Quantum sciam *ὁρμίζειν* nonnisi transitive usurpatur. Dilucidius eadem persequitur nota in HQ: *ὑπογράφων τὰ κατὰ τὸν τόπον ἐπισημαίνεται τὸ ἐπ' ἐσχατιᾶς εἶναι τὸ σπήλαιον. τοῦτο δὲ συνέφερε καὶ πρὸς τὸ εὐχείρωτον αὐτοῖς εἶναι τὸν ἐνοικοῦντα, ἅμα τε καὶ φυγὴ εὐχερὴς πλησίον τοῦ ἄντρου τῆς νεὼς ὡρμισμένης*, unde quod reposui planissime confirmatur.

ι, 187. Ad *ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος* legitur in Q: *εἰκότως προσυνίστησι τὸ μέγεθος, ἵνα ἀξιόπιστος φανῇ τὰ δύο σώματα σιτούμενος. πλείστας δὲ παραβολὰς ποιεῖται τοῦ μεγέθους αὐτοῦ· διὸ καὶ ὄρει [ἄνθρωπον] εἴκασεν ὡς ὑπερβάλλοντα παντὸς ζῴου μέγεθος, καὶ οὐδ' ὄρει ἁπλῶς ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, ὅ ἐστιν ὄρει τῷ ὑψηλοτέρῳ καὶ τούτῳ ὑλήεντι. τοῦτο δέ ἐστιν ὑπερβολὴ ὑπερβολῆς.* In his primum displicet *φανῇ τὰ* ex Buttmanni coniectura editum, cum codex *φανῆται* praebeat. Articulus enim prorsus perverse additur, cui si in codice adesset fortasse parceremus, nunc e coniectura profecto iam nulla parcendi causa superest. Legendum potius: *ἵνα ἀξιόπιστος φαίνηται δύο σώματα σιτούμενος*, quemadmodum v. c. infra ad vs. 195: *αὐτὸς δὲ παρέστη καὶ οὐ προπέμπει, ἵνα μὴ φαίνηται δειλὸς τοῖς Φαίαξι,* quo loco *πάρεστι* legendum esse iam olim dixi. Praeterea non probo *διὸ καὶ ὄρει ἄνθρωπον εἴκασεν*, nam et vox de Polyphemo non accuratissime dicta est et *τὸν ἄνθρ.* omnino dictum oportebat. Itaque *ἄνθρωπον* aut in *αὐτὸν* mutandum, aut quod fere malim, inducendum, fortasse ortum ex composito male lecto: *διὸ καὶ ὄρει ἀπείκασεν ὡς ὑπερβάλλοντα κτλ.* Legitur compositum i. a. ad *γ* 6 (p. 119, 8): *ταύρῳ ἀπεικάζουσι τὸν Ποσειδῶνα*, et ubique locorum. Tandem comparativus in fine in superlativum convertendus: -- *ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, ὅ ἐστιν ὄρει τῷ ὑψηλοτάτῳ καὶ τούτῳ ὑλήεντι.*

ι, 202. *Ἀκολούθως τῷ οἴνῳ καὶ εἰκότως τὰ ἑπτὰ τάλαντα*

τοῦ εὐεργέος χρυσοῦ φιάλαι τινὲς ἦσαν καὶ ἱερὰ πώματα. (H) Fuerunt, credo, ἱερὰ ἐκπώματα, quibus Apollinis sacerdos Ulixem donaverat.

ι, 205. Dedit idem οἶνον -- ἡδύν, ἀκήρασιον, θεῖον ποτόν. Quaesitum est, quid sit ἀκήρασιον. Nempe ἀκέραιον δὲ καὶ ἀδιάφθορον, ὑπερβολικῶς. οἱ δὲ ἀμιγῆ πρὸς ἕτερον ἢ δύναμιν ἔχοντα, παραμεῖναι δυνάμενον. (T) Interpretatio igitur duplex fuit, ut intellegatur aut vinum illibatum, sincerum, merum, aut quod temporis lapsu non corrumpitur. Sed non recte habet δὲ καὶ, et fortasse fuit: ἀκέραιόν ἐστιν ἢ ἀδιάφθορον, ut in H dicitur: ἤτοι καλὸν καὶ ἀδιάφθαρτον, ἢ ἀκέραιον, ἄκρατον, καθαρώτατον, et praeterea: οἱ δὲ ἀμιγῆ καὶ πρὸς ἕτ. δύν. ἔχ. (ἢ) παραμ. δυνάμ. Qui ἀκέραιον exponebant, recte verbum a κεράννυμι deducebant, quibus interpretatio ἀδιάφθαρτον placebat, somniabant a γῆρας derivatum, cuius commenti i. a. auctores sunt Etymologi.

ι, 221. Exponuntur μέτασσαι: αἱ ἐπιγενόμεναι τοῖς προγόνοις, αἱ μεθηλικέστεραι. (E) Vix opus est ut moneam μεσηλικέστεραι scribi oportere.

ι, 240. Πῶς οὐκ ἄλογον, ὅτε μὲν ἠρημωμένον ἦν τὸ σπήλαιον, ἄθυρον αὐτὸ καταλιπεῖν, ἔνδον δὲ γενόμενον ἐπικλείειν; καὶ τοῦτο πρὸς τὸν μῦθον. ὑπὲρ τοῦ μὴ διαδρᾶναι τοὺς ξένους, ἢ ἵνα μὴ ἐπεισέλθῃ τὰ ἄρσενα. (T) Quoniam duplex causa redditur, scribendum: (ἢ) ὑπὲρ τοῦ μὴ διαδρᾶναι τοὺς ξένους, ἢ ἵνα μὴ κτλ.

ι, 263. Praedicaverat Ulixes: λαοὶ δ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος εὐχόμεθ' εἶναι. Non illepida causa redditur cur hoc dixerit: οἴεται διὰ τοῦ ὀνόματος Ἀγαμέμνονος καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ δόξης καταπλήξασθαι τὸν πολέμιον, ὅτι ἐπιστροφῆς τεύξονται οἱ ἀπ' αὐτοῦ πλημμεληθέντες. εἶναι γὰρ αὐτόν ποτε ἐξελευσόμενον. (T) Omnia recte dicta erunt, ubi emendaverimus: οἴεται διὰ — τῆς περὶ αὐτὸν δόξης καταπλήξεσθαι τὸν πολέμιον, ὅτι ἐπιστροφῆς τεύξονται οἱ ὑπ' αὐτοῦ πλημμεληθέντες. Requiri futurum, requiri ὑπό, — auctor enim non inelegantis Graecitatis οἱ παρ' αὐτοῦ πλημμεληθέντες dicere potuit, οἱ ἀπ' αὐτοῦ non potuit,

— facile intellegitur. An cogitari possit ἡ περί τινος δόξα, quasi idem esset ac ἡ περὶ αὐτοῦ φήμη, hoc quoque in dubium vocare licebit. Dicitur ἡ τινὸς δόξα', cuius solennis est paraphrasis atque in nostris perquam frequens, quam reposui, ἡ περί τινα δόξα.

ι, 267. Ulixes suppliciter Polyphemum adlocutus: ἡμεῖς δ' αὖτε — inquit — κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα || ἱκόμεθ', εἴ τι πόροις ξεινήϊον. Obmovetur quaestio: καὶ τί ξένιον ἤλπιζεν; προβάτου δορὰν ἴσως. ἀλλὰ τὸν εἰς τοὺς ξένους καθήκοντα ἔλεον πρεπόντως ..... ἀποπεπλανημένον ἔξω τῆς οἰκουμένης διὰ τοῦ ἀγνοεῖν καὶ παραπεμφθῆναι βούλεσθαι διὰ τῆς μηνύσεως τὸν τόπον. (T) Coniungenda sunt haec, ut in altera parte uberius exponetur, cum iis quae ad vs. 229 ex Q prodierunt (p. 425, l. 1—8) et ipsis flagitiosissime corruptis, a quibus tamen ἀνιάτως ἔχουσιν manum abstinui, cumque horum breviore epitome ex HQT. (p. 424 l. 26—29.) Nostra quoque, quae supra exscripsi, aegerrime in editionibus obambulare nemo potest non videre. Lacunam post πρεπόντως indicavit Prellerus. Fac eam probabiliter expletam, — quod non est adeo difficile, — at nihil profecimus. Unde enim accusativus ἀποπεπλανημένον? Unde infinitivus βούλεσθαι? Non certe, quod fortasse quis primo obtutu putaverit, a praecedente διά. Bellissimus sane foret, si quis ἀποπλανᾶται sive διὰ τοῦ, sive διὰ τὸ, παραπεμφθῆναι βούλεσθαι. Neque magis quis expediat, quid sit ἡ μήνυσις τὸν τόπον. Sunt verba ac voces, praetereaque nihil. At quod in superiore scholio (ad vs. 229) mihi negatum erat, hic mihi sponte contigit, ut minutulis quibusdam correctionibus tralaticiorum vitiorum adhibitis locus integritati restitui possit. Nempe scribatur: καὶ τί ξένιον ἤλπιζεν; προβάτου δορὰν ἴσως. ἀλλὰ τὸν εἰς τοὺς ξένους καθήκοντα ἔλεον πρεπόντως (προβάλλεται), ἀποπεπλανημένος ἔξω τῆς οἰκουμένης διὰ τὸ ἀγνοεῖν καὶ παραπεμφθῆναι βουληθεὶς διὰ τῆς μηνύσεως τῶν τόπων. Nunc clara luce fulgent et quae deinceps sequuntur: τοῦτο γὰρ καὶ εἰκὸς διανοούμενος οὐκ ἐπείσθη τοῖς ἑταίροις ὥστε φεύγειν, ἀλλὰ τῷ κινδύνῳ προσεβάλλετο μαθεῖν ἀξιῶν ὁποίῳ πλῷ τεύξεται τοῦ νόστου. Simillima in eodem T supra adscripta sunt ad v. 174, ubi cum Ulixes dixisset τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσο-

μαι, οἵ τινές εἰσιν adnotatur: ἀνάγκῃ δὲ Φιλόπονος ἅπαντα ἦν οὐ μόνον διὰ τὸ Φιλιστορεῖν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς πατρίδος ἔρευναν ποιούμενος, qui locus et ipse levi macula liberandus est. Addita enim coniunctione scribendum: οὐ μόνον διὰ τὸ Φιλιστορεῖν, ἀλλὰ (καὶ) διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς πατρίδος ἔρευναν ποιούμενος. Caetera quae correxi illustratione non indigent, quod post τὸν ἔλεον inserendum censui προβάλλεται, feci auctoritate motus scholii ad β 65 (p. 83, 24): πάντῃ δὲ προβάλλεται τὸν ἔλεον καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἔξω αἰδῶ, et omnino τὸν ὅρκον, τὴν αἰδῶ, τὴν δύναμιν, τὰς μαντείας προβάλλεσθαι et quae sunt his similia et in nostris et in Scholiis Iliacis frequentissime occurrunt.

ι, 276. Φέρτερον τὸ κρεῖσσον λέγει ποιήσας τοὔνομα ἀπὸ τοῦ μᾶλλον Φέρειν δύνασθαι τὰ προσπίπτοντα. τούτοις οὖν ἐν εἴδει καὶ ὁπλότερος ὁ Φέρειν μᾶλλον ὅπλον δυνάμενος. καὶ ἀντιΦέρει ὁ ἐξ ἐναντίας τῷ Φέροντι ἀντιΦέρων τὸ ἴσον. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἰσοΦαρίζει λέγει, ἤτοι ἀπὸ τῶν Φερόντων ἐναντία ὅπλα ἢ καὶ ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων, „ἥλικες ἰσοΦόροι." (σ 373.) (HQ) Etiam si haec in scholiis Iliacis (K 479) Porphyrii nomen non prae se ferrent, ab homine harum rerum perito facile hunc auctorem habere intellegerentur. Utroque loco mendose scripta sunt, in Veneto B tamen paulo et sincerius et uberius. Corrigendum est in nostris primum Φέρτερον τὸ κρεῖσσον λέγει. Immo vero τὸν κρείσσονα, quod integre legitur in Veneto. Quae sequuntur in omnibus perperam sunt scripta. Non certe bene habet nostrorum codicum lectio: τούτοις οὖν ἐν εἴδει καὶ ὁπλότερος, in qua nec pluralis recte habet nec dativus nec verborum copulatio. At nihilo sanior est lectio Veneti: τούτου οὖν ἐν εἴδει ὁ ὁπλότερος. Unice verum existimo: τοῦτο οὖν ἐν εἴδει (ὡς) καὶ ὁπλότερος ὁ Φέρειν μᾶλλον ὅπλον δυνάμενος. Cur Φέρτερος, ὁπλότερος, simm. veteribus grammaticis ἐν εἴδει εἶναι visa sint, omnium optime Etymologus Magnus s. v. Ὁπλότερος exposuit: Ἀπὸ τῶν ὅπλων οὖν ὁπλότεροι, ἐπεὶ πρὸς ὅπλων ἀναίρεσιν εἰσὶν ἐπιτήδειοι ὡς πρὸς τοὺς γέροντας. [καὶ ὁπλοτέρων ἀντὶ τοῦ νεωτέρων.] εἴδους τῶν παραγώγων συγκριτικοῦ· ὥσπερ τὸ νεώτερος (καὶ) πρεσβύτερος τύπου μέν εἰσι συγκριτικοῦ, τὴν δὲ Φωνὴν ἀντὶ ἁπλοῦ παραλαμβάνουσιν. In Etymologici loco, quod

obiter moneo, cancellis saepsi *καὶ -- νεωτέρων*, cum non supervacua tantum sint sed et sententiarum nexum perturbantia, et addidi *καὶ*: anacoluthiam enim, qualis est *τὸ νεώτερος, πρεσβύτερος τύπου μέν εἰσι κτλ.*, equidem apud grammaticos graecos nondum offendi. Ad Porphyrium ut redeam, non magis vitio caret *ἀντιφέρει ὁ ἐξ ἐναντίας τῷ φέροντι ἀντιφέρων τὸ ἴσον.* Verum quidem est *ὅτι ἀντιφέρει ὁ ἀντιφέρων*, sed fatuum esse oportet, qui profiteatur. Non multum praesidii est in Veneto: *ἀντιφερίζει δὲ ὁ -- ἀντιφερίζων*, sed tamen aliquid; legendum enim videtur: *καὶ ἀντιφερίζει ὁ ἐξ ἐναντίας τῷ φέροντι ἀποφέρων τὸ ἴσον.* Interpretatio enim verbo *ἀντιφερίζειν* magis convenit, quocum componit *ἰσοφαρίζειν*. In ultimis malim: *τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἰσοφαρίζειν λέγει, ἤτοι ἀπὸ τῶν φερόντων ἐναντία (τὰ) ὅπλα κτλ.*, etsi prorsus eadem atque in nostris in Veneti quoque textu leguntur.

ι, 278. Non deorum metu, — Polyphemus ait, — tibi ac sociis parcerem,

εἰ μὴ θυμός με κελεύοι.
ἀλλά μοι εἴφ' ὅπῃ ἔσχες ἰὼν εὐεργέα νῆα,
ἤ που ἐπ' ἐσχατιῆς ἢ καὶ σχεδόν, ὄφρα δαείω.

Ad hos quoque versus ingeniosa observatio est: *πανούργως ἄγαν ἐλπίδα αὐτῷ ὑποβάλλει φιλανθρωπίας οἰόμενος διὰ τούτου προάξειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ* (codd. *ἐπὶ*, correxit Buttm.) *τῆς νεώς. διόπερ οὐδὲ ἥψατο τῶν ἑταίρων ἄχρι μάθῃ πόσοι εἰσὶν οἱ συνακολουθήσαντες αὐτῷ. οὐκ ἠκρίβωσε δὲ τὸ τῆς πονηρίας διὰ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐρωτήσεως. τί γὰρ ἦν χρήσιμον ἵνα μάθῃ;* (HQ) Suspectum mihi est *οὐκ ἠκρίβωσε*, et quia *οὐκ ἠκρίβωσε διὰ τὴν ἀκρίβειαν* mire dictum videtur, sed maxime quia multum vereor ut *ἀκριβοῦν* id significet, quod sententia aperte flagitat ut dicatur. Auctor enim hoc vult. Cyclops ficta humanitate Ulixem decipere conatur, ut sic comperiat ubi huius navis in statione sit. At malignum eius consilium — quid igitur? „Successu caruit," erat dicendum, opinor; *τὸ τῆς πονηρίας ἔσφαλται, ἡμάρτηται.* Iam vero quomodo hoc et active et cum negatione dicendum? Mihi quidem arridet: *οὐ κατώρθωσε δὲ τὸ τῆς πονηρίας διὰ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐρωτήσεως*, quod cum reponerem cogitabam et notissimum illum versum a Demosthene citatum,

μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν et Xenophonteum (Memor. III, 1 § 3): ὅλης γὰρ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις ἐπιτρεπομένης τῷ στρατηγῷ, μεγάλα τά τε ἀγαθὰ κατορθοῦντος αὐτοῦ καὶ τὰ κακὰ διαμαρτάνοντος εἰκὸς γίγνεσθαι, quibus simillima leguntur apud unumquemque scriptorem Graecum. Igitur hoc dicit: malignum Cyclopis consilium successu caruit eo ipso, quod tam anxie in stationem navis inquisivit, unde merito Ulixi suspicio subnata est. Quid enim eum attinebat hoc tam accurate cognitum habere?

ι, 291. Μελεϊστί: εἰς μέλη διασπαράξας, οὐ διὰ τέχνης ἢ σιδήρου. (T) Praestat κατὰ μέλη διασπαράξας, et sic breviter V: κατὰ μέλος.

ι, 292. Cyclops ἤσθιε δ' ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος. Adnotatur: πρὸς πάντα ἐμφερῶς τῇ εἰκόνι, πρὸς τὴν ἀνθρωποφαγίαν, πρὸς τὴν ὠμοφαγίαν, καὶ τὸ ἄπληστον τῆς βορᾶς. (T) Concinnitas postulat: πρὸς τὴν ἀνθρωποφαγίαν, πρὸς τὴν ὠμοφαγίαν, πρὸς τὸ ἄπληστον τῆς βορᾶς. Frequentissime confundi καί et πρός notissima res est.

ι, 329. Ὑπὸ κόπρῳ: Ἀριστοφάνης „ὑπὸ κόπρου"· ὡς ὑπὸ κόλπου, ὑπὸ μάλης δέ τι φέρει. (H) Necessario reponatur: ὡς ὑπὸ κόλπου, ὑπὸ μάλης τίς τι φέρει.

ι, 345. Διὰ τί Ὀδυσσεὺς πρὸς τοὺς Φαίακας ἔλεγεν ὅτι τὸν Κύκλωπα ἐτύφλωσε Ποσειδῶνος υἱὸν ὄντα, οὖσι καὶ αὐτοῖς ἀπογόνοις Ποσειδῶνος; (HT) Potuit homo neglegens haec tam soloece excerpsisse (πρὸς τοὺς Φαίακας — οὖσιν ἀπογόνοις): fortasse tamen scribarum hic error est, excerptorque recte et ordine dedit: Διὰ τί Ὀδυσσεὺς παρὰ τοῖς Φαίαξιν ἔλεγεν ὅτι τὸν Κύκλωπα ἐτύφλωσε — οὖσι καὶ αὐτοῖς ἀπογόνοις Ποσειδῶνος; (cfr. p. 441, 12) In hac tamen notae ieiunitate nihil certi definire ausim.

ι, 347. Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα. Laborant grammatici ut ostendant verbis ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα nullam asperitatem nullumque vituperium inesse, sed oppositionis tantum causa esse adiecta. Breves huiusmodi obser-

vationis reliquiae supersunt in Q: τὸ „πίε οἶνον" ὡς πρὸς τὸ „ἐπεὶ φάγες." συγγένηται δὲ τὸ τοῦ βρώματος εἶδος, ἐπεὶ οὐχ ὡς αἴτιον πρόκειται. Corruptum esse συγγένηται Dindorfius admonuit, nec facile invenietur qui contradicturus sit. Quid lateret cum diu multumque quaesivissem, tandem mihi verum reperisse visus sum. Reponamus: συντέτμηται δὲ τὸ τοῦ βρώματος εἶδος, ἐπεὶ οὐχ ὡς αἴτιον πρόκειται, i. q. συντόμως εἴρηται. Multi sunt in hoc verbo usurpando scholiastae cum veteres tum recentiores. Periphrastice adhibuerunt ad γ 200 (p. 138, 3): ἐν συντόμοις ἡ προτροπή et ad δ 84 (p. 182, 13): νοητέον δὲ ὅτι ἔλεγεν ὅλας ἐξ ὀνόματος, εἶτα συνάψας λέγει συντόμῳ λόγῳ αὐτὴν τὴν Λιβύην. Ipsum verbum legitur i. a. in Aristonici nota ad Λ 446—448 ex Veneto A: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „Ζεύς με μέγας Κρονίδης"· καὶ ὅτι ἀπὸ τούτου ἕως τοῦ „αἰσχρὸν γὰρ" κτλ. οὕτως συντέμνει „ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοί" κτλ. Legitur praeterea in Veneto B ad E 223: συνέτεμε τὸ ἐγκώμιον πρὸς εἰδότα λέγων, et aliud compositum in eandem significationem: καλῶς δὲ οὐ περιέτεμε τὸν λόγον, ἀλλὰ τοῖς τοῦ μάντεως κέχρηται ῥήμασιν. Haec sufficiant ad stabiliendam emendationem. Caeterum iam in Observationibus monui, inesse eadem, sed nostris vel exiliora, extremis iis quae in T ad vs. 345 adscripta sunt, unde disiungenda censui ac sic corrigenda, ἐπεὶ φάγες (cod. ἐπιφανείς): οὐχ ὡς πρόσκειται, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη, ubi iam tunc rescribebam πρόκειται, nunc ex Ambrosiano nostro praeterea adsciscendum puto αἴτιον, ut in Hamburgensi quoque scribatur: ἐπεὶ φάγες· οὐχ ὡς (αἴτιον) πρόκειται, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη.

ι, 350. Pergit dicere Ulixes cum exprobratione: σὺ δὲ μαίνεαι οὐκέτ' ἀνεκτῶς. Iure hoc τοῖς ἐνστατικοῖς mirum visum, cum nihil sit ab Ulixis proposito magis alienum, quam ut eum irritet, quem dolo aggredi cupiat. Misellae laciniae quaestionis huc pertinentis aetatem tulerunt in T: οὐκ οἰκείως, φησίν, ἔλεγχος οὐδὲ ἀκολούθως τοῖς προκειμένοις........ βλασφημεῖ δὲ ὡς φαινόμενος. In his „οἰκείως — ἀκολούθως ex Prelleri editione irrepsit. In codice recte est οἰκεῖος — ἀκόλουθος." (App. p. 778). Praeterea in codice adesse non φαινόμενος sed μαινόμενος auctor est Ludwichius. At hoc paulo minus mendosum est, at mendosum tamen, et vitium in prima syllaba vel sine

codice sanabile, et libentius ex eo cognovissemus an revera in codice post προκειμένοις sequantur verba aenigmati similia ὡς προσῆν. (App. p. 778). Si adsunt, ex iis pessime mulcatis exsculpendum existimavi tale quaestionis initium: οὐκ οἰκεῖος, φησίν, ἔλεγχος οὐδὲ ἀκόλουθος τοῖς προκειμένοις. καὶ πρὸς τί βλασφημεῖ δὲ ὡς μαινόμενον; Quomodo quaestio soluta fuerit, nobis periit.

ι, 364. Κύκλωψ, εἰρωτᾷς μ' ὄνομα κλυτόν; Adiectivum hic non solita significatione adhiberi docemur scholio ex Q: κλυτὸν οὐκ ἔνδοξον, ἀλλ' ἐξ οὗ καλοῦμαι, ὅ ἐστιν ἐπώνυμον, ὡς καὶ Ἴβυκος „κλυτὸς ὄρθρος" ὁ καλούμενος. Iam Buttmannus ad Etymologicum Magnum (s. v. Ἠώς) nos remisit, in cuius paragraphi fine simillima leguntur ex antiquioribus atque integrioribus fontibus ab utroque auctore descripta: Αἰολικῶς δὲ αὔως (dicitur), ἀπὸ τοῦ αὔω τὸ φωνῶ· αὔει γὰρ τὰ ζῷα, ὅ ἐστι καλεῖ, καὶ αὔουσι πάντα (an πάντες?) δι' αὐτῆς. καὶ γὰρ κατὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἴβυκον εἰρηκέναι „κλυτὸν ὄρθρον," τὸν τοῦ κλύειν αἴτιον. In scholii nostri initio malim: κλυτὸν (νῦν) οὐκ ἔνδοξον, ἀλλ' κτλ. Hoc quoque neminem fugere potest, expositionem verborum Ibyci non plane esse eandem in nostra nota et apud Etymologum: quippe apud hunc κλυτὸς ὄρθρος exponitur ὁ τοῦ κλύειν αἴτιος, in nostris ὁ καλούμενος, quam tamen scripturam non habeo cur vitii insimulem.

ι, 366. Οὖτις ἔμοιγ' ὄνομα: προπερισπαστέον νῦν τὸ ὄνομα. ἐπὶ δὲ τοῦ „οὔτις με κτείνει" (408), παροξυντέον· ὡς δύο γὰρ μέρη λόγου παραλαμβάνεται. (Q) Est haec Herodiani nota, in qua inconcinnum certe, ne gravius dicam, videtur τὸ ὄνομα, quod Struvius in τὸ Οὖτις mutabat, existimans, si recte interpretor, ὄνομα ex lemmate esse repetitum. Facilius multo Herodiani manus restituetur sic: προπερισπαστέον νῦν ὡς ὄνομα, et simul, ni fallor, verius: causa enim mutati accentus sic tantum redditur. Indidem provenerunt, quae in Epimerismis Homericis (Anecdd. Oxonn. Crameri, t. I p. 314, 10 seqq.) s. v. Οὖτις leguntur: τὸ οὐ ἐπίρρημα· τὸ τὶς ἀόριστον. τὸ δὲ Οὖτις ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως ἀντὶ [τοῦ] ὀνόματος κυρίου λαμβάνεται· καὶ

ἐστιν ἓν μέρος λόγου καὶ περισπᾶται. Immo, eiecto τοῦ, scribatur: καὶ προπερισπᾶται.

ι, 399. Cyclops occaecatus vicinos alta voce evocat.

αὐτὰρ ὁ Κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν, οἵ ῥά μιν ἀμφὶς
ᾤκεον ἐν σπήεσσι δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας.

Hic quoque difficultas quaesita: καίτοι οὐ περὶ αὐτὸν ᾤκουν, ἀλλ' ἐπάνευθεν τούτου καὶ ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος. λύει δὲ τὴν ἀπορίαν ὁ μέγα βοᾶν αὐτὸν καὶ ἐν ἐρημίᾳ εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐξακούεσθαι. οὐκ εἰσῆλθον δὲ ἐν τῷ σπηλαίῳ· τὸ γὰρ εἰσελθεῖν ὄλεθρον τῶν ὄντων ἐποίει, καὶ ἀνῄρει τὴν ὑπόθεσιν τῆς πάσης ὑποθέσεως. (BQ) Mendosa esse ultima non est quod demonstretur. Adnotavit Dindorfius ad ὑποθέσεως: „hoc pro alio vocabulo illatum, librario ad praecedens ὑπόθεσιν aberrante." Quod si verum esset, in promptu foret ἀνῄρει τὴν ὑπόθεσιν τῆς πάσης ἐπιθέσεως rescribere, quod recte supra ad vs. 348 restituit Prellerus. Sed multum dubito an sic et veram vitii sedem teneamus et auctoris sententiam reddiderimus. Etenim dolus ille omnibus notissimus, quo Ulixes seque comitesque suos ex Cyclopis antro salvos eduxit, — quem tamen solum auctor noster respicit, — non poterat melius quam per vocabulum ἐπίθεσις designari; at vera illa ἐπίθεσις, cum iam ante Cyclopum adventum esset peracta, his irrumpentibus omnino frustrari nequibat. Quapropter vitii sedem non cum Dindorfio in ὑποθέσεως, sed in praecedente voce ὑπόθεσιν esse quaerendam, nunc apud me constat. Etiam sic apertum est, librarium iam sequens ὑποθέσεως mente complexum pro alio vocabulo sono non admodum dissimili illud ὑπόθεσιν per errorem exaravisse. Nisi me omnia fallunt, in exemplari suo erat: τὴν διάθεσιν τῆς πάσης ὑποθέσεως. Perfrequentes loci sunt, ubi scholiastae hoc vel illud a poëta vel narratum esse monent vel omissum, ne fabulae oeconomia turbaretur. Unum ex compluribus exemplum eligam, quod solum iam quam proposui mutationem planissime comprobat, ad α 328: κωλύεται τὰ περὶ Ὀδυσσέως λέγειν ὁ ᾠδός, ἐπεὶ τάχα ἀκούσας ὁ Τηλέμαχος οὐκ ἂν ἀπεδήμησε, καὶ οἱ μνηστῆρες ἀπηλλάττοντο τῆς Πηνελόπης, οὕτω δὲ ἡ πᾶσα οἰκονομία τῆς ὑποθέσεως διελύετο. Sic igitur nostro quoque loco dixisse eos censeo: τὸ γὰρ εἰσελθεῖν ὄλεθρον (ἂν) τῶν (ἐν)όντων ἐποίει, καὶ ἀνῄρει τὴν διάθεσιν τῆς πάσης ὑποθέσεως.

Adieci simul, quod male deëst, *ἄν*, simulque *τῶν ὄντων* (*τὸν ὄντων* Q) in necessarium compositum refinxi, fretus iis quae explicatissime i. a. ad *ν* 408 leguntur: *εἰώθαμεν δὲ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων πολλάκις τοὺς τόπους, ὡς οἱ Ἀττικοί.* Neque me deterret quod ad Z 25 — (*Βουκολίων*) *ποιμαίνων δ' ἐπ' ὄεσσι μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ* — Scholion est in Ven. B verba *ἐπ' ὄεσσι* spectans huiusmodi: *Ἀττικῶς ἀπὸ τῶν ὄντων τὸν τόπον δηλοῖ, ὡς τὸ „δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον."* (*ν* 407), ubi me quidem iudice minus feliciter A. Roemerus [1]) *ἀπὸ τῶν οἰῶν* rescribendum censebat. Equidem et hic audacter *ἀπὸ τῶν ἐνόντων* corrigendum existimo, satis defensum Aristoniceis his ad eundem versum in Ven. A: *ἀντὶ τοῦ παρ' ὄεσσι, καὶ ὅτι ἐν τῷ τόπῳ τῶν οἰῶν λέγει.*

ι, 425. Ad *ἄρσενες ὄϊες ἦσαν ἐΰτρεφέες, δασύμαλλοι*, praeter alia in BHQ legitur: *τὸ δὲ δασύμαλλοι οἰκεῖον ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ κατακρύπτεσθαι ὑπὸ τοῖς ἐρίοις τοὺς ἑταίρους. ἁρμοδίως δὲ ἀεὶ κέχρηται τοῖς ἐπιθέτοις ποτὲ μὲν* (vs. 336) *καλλίτριχα λέγων τὰ μῆλα διὰ τὸ εὐεργὲς τῶν ἐρίων· τῶν γὰρ ἄλλων ζῴων αἱ τρίχες περιτταί· καὶ ἑξῆς* (vs. 464) *ταχύποδα* [*τὰ μῆλα*] *διὰ τὸ περὶ τοὺς πόδας ἰδίωμα. οὕτω δένδρων δρύες ὑψίκομοι, μηλέαι ἀγλαόκαρποι· — — ἐπὶ δὲ ζῴων ἵπποι ἀερσίποδες, ἡμίονοι ταλαεργοί κτλ.* Non est difficile ad divinandum, cuinam auctori haec observatio sit tribuenda. Neque magis causa in obscuro posita est, cur alterum *μῆλα* expungendum censeam. Quis credat scripsisse quemlibet auctorem, nedum Porphyrium elegantiarum studiosissimum, *ποτὲ μὲν καλλίτριχα λέγει τὰ μῆλα — καὶ ἑξῆς ταχύποδα τὰ μῆλα?* Hoc quoque non probandum, — nam tria in nostra nota emendatione indigere existimo, — quod *δασύμαλλοι* aptum epitheton audit *ἀπὸ τοῦ κατακρύπτεσθαι ὑπὸ τοῖς ἐρίοις τοὺς ἑταίρους*, nam certe non *hinc* oves *δασύμαλλοι* dictae sunt. Nisi cum Harleiano malumus *πρὸς τὸ κατακρύπτεσθαι*, quod fortasse ex excerptoris coniectura ortum, omnino rescribendum, quod mihi utroque convenientius videtur: *τὸ δασύμαλλοι οἰκεῖον*

1) A. Roemer, Anzeige von Scholia Graeca in Homeri Iliad. ed. G. Dindorf t. III et IV, in: Neue Jahrbucher für Philol. und Paedag. 117 u. 118 Bd. 8e Hft. 1878, p. 533—541.

ἐπίθετον ἐπὶ τοῦ καταχρύπτεσθαι ὑπὸ τοῖς ἐρίοις τοὺς ἑταίρους. Tandem adverbium ἁρμοδίως menti scriptoris non convenit. Etenim non monet poëtam *apte* — id est *aptis locis* — uti epithetis, sed *aptis*, rei quam proponit apprime convenientibus eamque graphice designantibus. Itaque aut fallor aut auctor scripsit: ἁρμοδίοις ἀεὶ κέχρηται τοῖς ἐπιθέτοις.

ι, 440. Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο exponitur: διετείνοντο, ἐκπεπλησμένα ἦσαν. οὖθαρ δὲ τὸ γάλα. (HQ) Ultima absunt ab Ambrosiano ac vix in animum inducere possum, quemquam grammaticum οὖθαρ esse interpretatum γάλα. Itaque fortasse sic scribere praestabit: διετείνοντο, ἐμπεπλησμένα ἦσαν (τὰ) οὔθατα διὰ τὸ γάλα.

ι, 456. Adloquitur Polyphemus arietem dilectissimum: εἰ δὴ ὁμοφρονέοις ποτιφωνήεις τε γένοιο. Inventum sequioribus displicuit: δοκεῖ δὲ βουκολικὸν εἶναι τοῖς νεωτέροις τὸ πρὸς κριὸν διαλέγεσθαι. (Q) Non video cur recentiores rusticitatem admirati sint in rustico. Paulo meliore ratione δοκεῖ βλακικὸν εἶναι τοῖς νεωτέροις τὸ πρὸς κριὸν διαλέγεσθαι.

ι, 508.

Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε, — — —
ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω.

Observatur: ἐκ τούτου νοητέον ὅτι δεισιδαίμονες οἱ Κύκλωπες, ὅτι ὑπήκουον βουλήμασι θεῶν καὶ οὐκ ἀπέκτεινον τοὺς προλέγοντας αὐτοῖς τινα παρὰ θεῶν ἐσόμενα. (Q) Immo κἀκ τούτου νοητέον, — non enim hinc tantum pietas Cyclopum cernitur, cfr. scholl. ad vss. 106 et 225, — et οὐκ ἀπέκτεινον τοὺς προλέγοντας αὐτοῖς τὰ παρὰ θεῶν ἐσόμενα.

ι, 525. Διὰ τί ὁ Ὀδυσσεὺς οὕτως ἀνοήτως εἰς τὸν Ποσειδῶνα ὠλιγώρησεν εἰπὼν „ὡς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' ἐνοσίχθων"; ἢ διὰ τὸ γινώσκειν ὡς οὐκ ἦν ἰατρὸς ὁ Ποσειδῶν, ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων, ἢ ὅτι οὐ θεραπεύσει αὐτὰ διὰ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ. (M) Est haec epitome quaestionis Porphyrianae, quam aliquantum uberiorem exhibent HQT, in qua nemo mecum corrigere gravabitur: ἢ ὅτι οὐ θεραπεύσει αὐτὸν διὰ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ.

Cum hac arcte coniungendam censeo aliam quaestionem, quae statim sequitur ex HMT expressa. Διὰ τί οὖν ὁ Ποσειδῶν ὠργίσθη, καίτοι μὴ χαλεπαίνων διὰ τὸ ἀπόφθεγμα, ἀλλὰ διὰ τὴν τύφλωσιν — „Κύκλωπος γὰρ κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσε" — καὶ παμπονήρου ὄντος καὶ τοὺς ἑταίρους κατεσθίοντος; Respondetur ex Aristotelis persona. Λύων δὲ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ μὴ ταὐτὸν εἶναι ἐλευθέρῳ πρὸς δοῦλον καὶ δούλῳ πρὸς ἐλεύθερον, οὐδὲ τοῖς ἐγγὺς τῶν θεῶν οὖσι πρὸς τοὺς ἄπωθεν. ὁ δὲ Κύκλωψ ἦν μὲν ζημίας ἄξιος, ἀλλ' οὐκ Ὀδυσσεῖ κολαστέος, ἀλλὰ τῷ Ποσειδῶνι, εἰ πανταχοῦ νόμιμον τῷ διαφθειρομένῳ βοηθεῖν, τῷ υἱῷ, καὶ ἦρχον ἀδικίας οἱ ἑταῖροι. Non adsequor εἰ πανταχοῦ νόμιμον τῷ διαφθειρομένῳ βοηθεῖν, τῷ υἱῷ, quae cum sequentibus, — casu tamen, opinor, — absunt ab Harleiano. Quocum enim coniungenda erit conditionalis sententia? An cum antecedentibus? At nihil sic exibit, quod non ineptum et fatuum videatur. Cyclops, inquit, castigandus erat, at non Ulixi, *si omnino legitimum est oppresso opitulari*. Itaque, quoniam hoc aequum iustumque est, — Polyphemus puniendus erat, sed patri! Neque magis quis dixerit, quid illis τῷ υἱῷ faciamus aut unde pendere putanda sint. At coniunctione inserta nihil supererit molestiarum: (καὶ) εἰ πανταχοῦ νόμιμον τῷ διαφθειρομένῳ βοηθεῖν, τῷ υἱῷ, nempe βοηθητέον sive βοηθεῖν νόμιμόν ἐστιν. Nempe *tres* causae adducuntur cur, etsi Polyphemus minime insons erat, Neptunus tamen Ulixi succensuerit: et quod castigandus quidem Cyclops erat, at non huic, et quoniam, si omnino oppressis subvenire ius est, certe filio id praestare licet, et quod Ulixis comites fuerunt, qui priores laeserint.

Sequitur tertia ad eundem versum quaestio: πῶς παρὰ Φαίαξιν ἐχθρὸν ἑαυτὸν Ποσειδῶνος λέγει; Φαμὲν ὡς ἀπολαβὼν ἤδη τὰ τῆς εὐχῆς καὶ πεπονθὼς ἐλεεινά, ἔτι δὲ καὶ τὸ τελευταῖον ναυάγιον διὰ Ἴλιον γενόμενον καὶ τὰς ἐκείνου βόας ἔπειθεν αὐτὸν ὅτι πέπαυται μὲν Ποσειδῶν εἰς Ἴλιον. (II) Bis Ilium irrepsit ubi nihil habet quod faciat. Quid priore loco sit emendandum, nemo ne punctum quidem temporis dubitare potest. ἔτι δὲ καὶ τὸ τελευταῖον ναυάγιον διὰ Ἥλιον γενόμενον καὶ τὰς ἐκείνου βόας. Non adeo facile est dictu, quid altero loco lateat, qui graviorem insuper labem passus videtur. Neque enim μέν recte hic habere videtur cui nihil respondet, neque Ἴλιον — quid quaeso est εἰς

῎Ιλιον παύεσθαι? — neque verbum ipsum suspicione carere putaverim. Conieci, sed dubitanter: καὶ τὸ τελευταῖον ναυάγιον · ἔπειθεν αὐτὸν ὅτι πεπράϋνται μέν(ος) Ποσειδῶν(ος) εἰς ἔλεον. Ita v. c. ad κ 235 οἴνῳ Πραμνείῳ audit τῷ πραΰνοντι τὸ μένος. Sententia fere eadem et alibi legitur et imprimis ad θ 570, ubi Alcinous πολλοὺς ἀποστολῆς τετυχηκότας, ἅμα δὲ τοῦ ναυαγίου σεσωσμένους ὁρῶν, ἐνόμιζεν ὡς ἄρα καὶ ἡ ὀργὴ τοῦ Ποσειδῶνος πέπαυται. Cur non nostro quoque loco, caeteroquin simillimo, πέπαυται immutatum servaverim, sponte patet. Quis dicat πέπαυταί τις εἰς ἔλεον?

Haec de scholiis ad nonum librum in praesentia sufficiant.

VI.

In fronte decimi libri Dindorfius, Buttmanni auctoritatem secutus, haec collocavit ἀκέφαλα ex Q: διὸ τοὺς τόπους ἁπλῶς λέγει „Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν" (ι 106), „Αἰολίην δ' ἐς νῆσον" (κ 1), ποῦ δέ εἰσιν αὗται ἢ ποῦ κείμεναι οὐκέτι διασαφεῖ. πληθυντικοῖς δὲ ῥήμασι κέχρηται διὰ τὴν τῶν ἑταίρων συμπαρουσίαν, in ima pagina admonens: „hoc scholion in Q adscriptum ad ι 564 huc rettulit Buttmannus. Videtur fragmentum esse scholii longioris: quamobrem intactum reliqui διό, quod Buttm. in διὰ τί mutat." Iam ante multos annos Cobetus (Mnemos. N. S. Vol. I p. 12, 1873) docuit, coniungenda haec esse cum iis, quae ex eodem codice (Q) ad vs. 565 praecedentis libri cum lemmate ἔνθεν δὲ προτέρω edita sunt in hunc modum: περιπλανηθέντος αὐτοῦ καὶ μὴ εἰδότος ποῦ ἔπεισι. περιττὸν τὸ προτέρω, quorum ratio ita demum perspecta erit. Cuius vestigiis insistens duabus adhibitis correctionibus omnia ita ordinanda existimo: Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ: περιττὸν τὸ προτέρω, περιπλανηθέντος αὐτοῦ καὶ μὴ εἰδότος ποῦ ἔπεισι. διὸ τοὺς τόπους ἁπλῶς λέγει „Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν," „Αἰολίην δ' ἐς νῆσον," τίνες δέ εἰσιν αὗται ἢ ποῦ κείμεναι οὐκέτι διασαφεῖ. πληθυντικοῖς δὲ ῥήμασι κέχρηται διὰ τὴν τῶν ἑταίρων συμπαρουσίαν. In his inverso ordine posui περιττὸν (sic optime Buttmannus codicis lectionem περίττωσεν correxit) τὸ προτέρω et περιπλανηθέντος αὐτοῦ κτλ., nam διὸ τοὺς τόπους κτλ. arctissime cum genetivo absoluto cohaerent neque hinc per illud περιττὸν

κτλ. sine perspicuitatis detrimento divelli possunt. Videntur in Ambrosiani exemplari haec verba (*περιττὸν τὸ προτέρω*) propter simile cum sequenti *περιπλανηθέντος* initium a scriba primum omissa esse, deinde, ut fit, in margine exteriore vel etiam inter lineas suppleta, unde primam divulsae adnotationis originem causamque repeto. Praeterea quoniam *ποῦ δέ εἰσιν αὗται ἢ ποῦ κείμεναι* planissime idem est, scripsi *τίνες δέ εἰσιν αὗται*. Neque nomina locorum dicere habuit Ulixes — inquit (Aristonicus?) — neque qua regione sita sint indicare.

κ, 3. E contrario *ποῦ* restituendum est in nota ad **πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ**, quae ex T prodiit: *οἱ μὲν μυθικῶς ἀπέδοσαν τὸ ἐπιπλέουσαν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἴσως τερατεύεται, ἵνα μὴ ζητῶμεν πῶς κεῖται. οἱ δὲ πλεομένην καὶ ἐν πλωτοῖς οὖσαν τόποις*. Perspicue legendum est: *ἵνα μὴ ζητῶμεν ποῦ κεῖται*, et *ἀπέδοσαν τὴν ἐπιπλέουσαν τῇ θαλάσσῃ*.

Eadem sunt in HMQTV, sed multo et explicatiora et uberiora: *ἔνιοι μὲν τὴν ἐμπλεομένην, οἷον τὴν ἐν πλεομένοις τόποις κειμένην νῆσον, ἢ ἐπιθετικῶς λέγει τὴν Αἰολίαν. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος πλωτῇ ἀντὶ τοῦ φορητῇ, οἷον περιφερομένῃ, ὡς ποτὲ μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ὁρᾶσθαι, οἷον δή τι καὶ περὶ τὴν Δῆλον ἱστορεῖ Πίνδαρος*. Iam primum in his minus rectum videtur *ἐμπλεομένην*: requiritur notio eius insulae, cui navigando adpropinquare licet, quod et ex caeteris ad nostra verba scholiis apparet, (in iisdem codicibus statim sequitur: *ἐν δὲ ἄλλῳ*, — i. e. *ἄλλως*, — *προσπλεομένῃ ὑπ' ἀνθρώπων, ἢ περιφερομένῃ ὑπὸ τῆς θαλάσσης*), et ex iis ipsis, quae post *ἐμπλεομένην* interpretandi causa sequuntur: *οἷον τὴν ἐν πλεομένοις τόποις κειμένην νῆσον*. Haec autem notio inest compositis *προσπλεομένην* et *ἐπιπλεομένην*, quorum hoc ob maiorem literarum similitudinem rescripserim. Porro cur disiunctive *ἢ ἐπιθετικῶς λέγει τὴν Αἰολίαν*? Ita habent H (et M?) in V haec plane desunt, in QT est *δὲ ἐπιθετ.*, quod adsciscendum, sed verbis paulo meliore ordine collocatis, ut totum sit: *ἔνιοι μὲν τὴν ἐπιπλεομένην, οἷον τὴν ἐν πλεομένοις τόποις κειμένην νῆσον· λέγει δὲ ἐπιθετικῶς τὴν Αἰολίαν*.

Est et tertia ad idem vocabulum eiusdem tenoris nota, in uno Q servata, neque ipsa scribendi erroribus vacua. *Ἄλλως*.

ἐν πλεομένοις τόποις κειμένῃ, ὅτι εἰσὶ νῆσοι - - αἳ οὐ δύνανται περιπλέεσθαι. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος περιφορητῇ· οἰκειότερον γάρ φησι μὴ ἐρριζῶσθαι τῶν ἀνέμων νῆσον. Et hic audacter corrigendum αἳ οὐ δύνανται προσπλέεσθαι, et μὴ ἐρριζῶσθαι (τὴν) τῶν ἀνέμων νῆσον.

Ex his omnibus scholiis hoc certe liquido apparet, duas antiquitus viguisse vocabulorum πλωτὴ νῆσος interpretationes, alteram ut sit insula ad quam facilis est accessus, (προσπλεομένη), alteram, ut significetur insula mari innatans (ἐπιπλέουσα). His recentiores tertiam addiderunt, aliis τὴν περιρρεομένην exponentibus aliis τὴν προσορμιστήν. Sed has quidem missas facere licebit; collato autem Apollonii Lexico i. v. utriusque veteris interpretationis auctorem cognoscimus, nempe alterius Aristarchum, alterius Cratetem. Πλωτῇ λέγει μὲν ἐπὶ τῆς Αἰόλου νήσου, ὁ μέντοι Κράτης ἀκούει πλεομένῃ, ὁ δὲ Ἀρίσταρχος κινουμένῃ καὶ πλεούσῃ. Quomodo Aristarchus suam interpretationem probaverit, breviter ex Ambrosiani Scholii exitu vidimus; fuisse tamen qui Cratetis sententiam potiorem iudicarent non est mirandum. Quorum unus nescio quis (in HMQTV): ἄμεινον δὲ τὸ πρότερον (ut sit προσπλεομένῃ)· εἰ γὰρ ἐπέπλει τῇ θαλάσσῃ, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐκ δευτέρου αὐτὴν εὗρεν ὁ Ὀδυσσεύς.

κ, 4. Ad πᾶσαν δέ τέ μιν πέρι τεῖχος || χάλκεον, ἄρρηκτον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη quaeritur: πῶς ἄρρηκτον; ὅτι πέτρα περιτρέχει τὴν πόλιν περιβολῆς τάξιν ἐπέχουσα. (BQ) Cum lemmate λισσὴ δὲ πέτρη ultima etiam in T leguntur: περιτρέχει τὴν πόλιν περιβόλου δίκην ἐπέχουσα, unde etiam in scholio paulo longiore περιβόλου adsciscam pro περιβολῆς, quod vereor ut pro *muro* usurpetur.

κ, 5. De Aeoli filiis filiabusque matrimonio inter se iunctis ita iudicant scholiastae: καὶ τοῦτο εἰς εὐδαιμονίαν, ὅταν πάντων ἀπολαύωσι τῶν τέκνων. εὐδαίμων γὰρ τῷ μὴ ὑπὸ πολλῶν ἐξουσίαν δοῦναι τὰς θυγατέρας, ὃ καὶ περὶ τὴν Πριάμου οἴκησιν ἑωρῶμεν. ὑπὸ φιλοτεκνίας γὰρ παρ' ἑαυτῷ ἀνέλαβε τοὺς ἄνδρας τῶν θυγατέρων. (Q) Non facile quis dixerit, cur Aeolus felix praedicetur τῷ μὴ ὑπὸ πολλῶν ἐξουσίαν δοῦναι τὰς θυγατέρας, nec omnino filias suas ὑπὸ πολλῶν ἐξουσίαν διδόναι quid sit. Paulo apertior

sententia erit sic scripta: εὐδαίμων γὰρ τῷ μὴ ὑπὸ (l. ὑπ') ἄλλων ἐξουσίαν δοῦναι τὰς θυγατέρας, quod quomodo capiendum sit exemplo domus Priami comprobatur, etsi non est hoc ab omni parte simile. Hic enim generos in sua domo habitatum retinuit, Aeolus eosdem et filios habuit et generos.

De eadem re alius: εὐδαιμονίας σημεῖον, ἔκ τε τῶν ἐναντίων ὅτι Τηλέμαχος ὀδύρεται τὴν μονογένειαν τοῦ οἴκου. (π 118.) (T) Oportet: ἔκ τε τῶν ἐναντίων Ὁ Τηλέμαχος ὀδύρεται, atque ὅτι ex dittographia natum habuerim.

κ, 7. Et haec eandem rem spectant: ἔνθ' ὅ γε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν· ἀρχαῖον ἔθος, ὡς Ἀρχῖνος ἐν Θεσσαλικοῖς· πρῶτα δὲ Αἴολον ὁμομητρίας κόρας ἀδελφοῖς συνοικίσαι. (T) Grammaticae lex πρῶτον postulat.

κ, 20. Iam ad impeditiora nos convertamus. Aeolus — inquit —

Δῶκέ μοι ἐκδείρας ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο,
ἔνθα δὲ βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα· — —
αὐτὰρ ἐμοὶ πνοιὴν Ζεφύρου προέηκεν ἀῆναι.

Quaeritur: διὰ τί οὐκ αὐτὸς κατέχει τοὺς ἀνέμους, μόνον κελεύσας Ζέφυρον πνεῖν; ἐπεὶ καὶ δίχα τοῦ κλεῖσαι τὸν ἀσκὸν ἐδύνατο κελεῦσαι τῷ Ζεφύρῳ ἅτε δὴ τὴν ἐξουσίαν λαβὼν παρὰ τοῦ Διός. πῶς δ' αὐτὸς καὶ ἐν Ἰλιάδι ὑποστησάμενος τοὺς ἀνέμους ἐν Θρᾴκῃ οἰκεῖν παρ' Αἰόλῳ φησίν; Fragmentum quaestionis satis amplum, adiectis etiam in fine quae plane aliena sunt, bis quidem legitur in solo T servatum, sed bis de more vitiosissime scriptum, cuius nunc initium consideremus. Duae, ut apparet, difficultates moventur, quarum prior nihil in scriptura habet, quod nos magnopere retineat. Cur, rogat, Aeolus ipse caeteros ventos praeter Zephyrum non cohibuit, cum ei tamen et movere fluctus et tollere vento a Iove datum sit? Altera quaestio minus aperta esse videtur, cum et καί inepte abundet, et interpunctio obscura sit, — adeo ut primo obtutu dubitetur, pertineatne οἰκεῖν ad ὑποστησάμενος an ad φησίν, — et necessaria oppositio perierit. Quibus omnibus medebitur haec scriptura: πῶς δ' αὐτὸς Ὁ ἐν Ἰλιάδι ὑποστησάμενος τοὺς

ἀνέμους ἐν Θρᾴκῃ, οἰκεῖν (*νῦν*) *παρ' Αἰόλῳ φησίν*; Ad utramque quaestionem ingeniose ac vere respondetur: *εἴληπται μὲν τὸ πλάσμα πρὸς τὸν καιρόν, διὸ οὐ δεῖ ζητεῖν τὰ τοιαῦτα· ἀνεύθυνα* (*γὰρ*) *τὰ τῶν μύθων.* [1]), atque in hoc Porphyrius desinere debebat. Nihilominus ineptas rationes reddere pergit eius rei, in cuius rationes inquirendum esse iure negavit. *Οἱ δὲ εἰπόντες δαίμονας οἰκεῖν ἐν Θρᾴκῃ αὐτεξουσίους ὄντας, τῶν δὲ πνοῶν τὸν Αἴολον κρατεῖν. οἱ δὲ ἐμπειρίαν ἔχειν τὸν Αἴολον πνευμάτων μεταβολῆς, καὶ διὰ τοῦτο κατέχειν τὸν Ὀδυσσέα μηνὸς ἡμέραν ἕως οὗ εὕρῃ τὸν ἐπίφορον πρὸς Ἰθάκην. τινὲς δὲ ὅτι παρέστησεν ἀστρολογίας ἔμπειρος ὢν* [*ὁ Ὀδυσσεὺς*] *ἡλίου ὄντος ἐν ταύρῳ Ζέφυρον πνεῦσαι.* In his sine controversia corruptum est *εἰπόντες*, requiriturque verbum finitum. Dindorfius: „fortasse *εἶπον*", idque adsumendum, sed articulo adiecto, qui et abesse nequit et adscitus demum causam corruptelae patefacit: *οἱ δὲ εἶπον τοὺς δαίμονας οἰκεῖν ἐν Θρᾴκῃ, τῶν δὲ πνοῶν τὸν Αἴολον κρατεῖν.* Mox non minus corruptum est *παρέστησεν*, pro quo quid emendandum sit et sana ratio docet et nota ad vs. 6 ex HQV adscripta: *τινὲς ἀλληγοροῦντες Αἴολον μὲν λέγουσι τὸν ἐνιαυτόν, δώδεκα δὲ παῖδας τοὺς μῆνας. τινὲς δὲ ὅτι παρετήρησεν, ἀστρολογίας ἔμπειρος ὤν, ἡλίου ὄντος ἐν ταύρῳ ζέφυρον πνεῦσαι*, ubi Porphyriana nostra ita cum alienissimis permixta sunt, ut nec cum his cohaereant nec observationis causa ac ratio appareat. Nihil tamen obstat quominus ab stupido excerptore grati accipiamus necessarium *παρετήρησεν*, cumque eo expungamus *ὁ Ὀδ.* Pervenimus ad ultima et corruptissima: *οἱ δὲ ἄνεμοι πνέουσιν ἐνίοτε καὶ καθ' ἑαυτούς, ὡς καὶ πολλοί· καὶ γὰρ ἡμεῖς δίχα βασιλικοῦ προστασσόμενοι προστάγματος.* Quo, quaeso, referamus illa *ὡς καὶ πολλοί*? Num forte praeter ventos et alii flant, idque sua sponte? Quid porro est *προστάσσεσθαι δίχα βασιλικοῦ προστάγματος*? Et quem exitum invenit haec sententia imperfecta: *καὶ γὰρ ἡμεῖς προστασσόμενοι*? Etiam haec occurrunt in excerpto ex HQV ad vs. 6, de quo supra dicebam, at hic quoque nihil est praesidii: eadem vitiosa et illic leguntur eodemque ordine. Non tamen de emendatione

---

1) Cfr. supra p. 325. Addendum esse *γάρ* etiam Dindorfius monuit, quod ibi notare neglexi.

protinus desperandum existimo. Scripsit, ni fallor, Porphyrius: οἱ δὲ (ὅτι οἱ) ἄνεμοι πνέουσιν ἐνίοτε καὶ καθ' ἑαυτούς, οὐ κατ' Αἴολον· καὶ γὰρ ἡμεῖς δίχα βασιλικοῦ πράσσομέν τι προστάγματος. Cum tritum sit πράττειν pro προστάττειν illatum, nunc inverso ordine peccatum est, cui errori sequens προστάγματος sine dubio ansam dedit. Caetera in omnibus nostris codicibus inquinatissima et quam vetus sit corruptela et quam similis omnium librorum nostrorum origo luculenter declarant.

κ, 31. Ulixes postquam gubernaculum tenens novem dies noctesque pervigilasset, decimo die in patriae conspectu somno opprimitur. At οὐ κατηγορεῖται ὡς φίλυπνος, ὅτι γὰρ ἠγρύπνησε νυκτός. κοιμᾶται οὖν ἵνα μὴ ὅτε δεῖ τοὺς οἰκείους ἀσπάσασθαι τοῦτο ποιῇ. οὐδὲ γὰρ ἐδεδίει οὔριον ἔχων πνεῦμα καὶ τὴν πατρίδα ὁρῶν. (T) Ad ὅτι γὰρ Dindorfius „immo καὶ γάρ, nisi aliquid excidit." Quod credam, fortasse in hunc modum reducendum: οὐ κατηγορεῖται ὡς φίλυπνος ὅτι (μεθ' ἡμέραν κοιμᾶται· καὶ) γὰρ ἠγρύπνησε νυκτός. κοιμᾶται οὖν κτλ.

κ, 64. Exponitur ἔχραε in T: μετὰ βλάβης ἐπῆλθε καὶ κακῶς. Immo vero: μετὰ βλάβης ἐπῆλθε καὶ κακώσεως, quemadmodum S ad β 50, ἐπέχραον: ἐπῆλθον μετὰ βλάβης καὶ ἐπηρείας ἐπηρεάζοντες.

κ, 70. Ulixes, narrato quomodo Aeoli opem imploraverit, addit: ὡς ἐφάμην μαλακοῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν. Fuerunt inter grammaticos, qui καθαπτόμενος inusitata significatione positum mutandum censerent. Ζηνόδοτος „μαλακοῖσιν ἀμειβόμενος" γράφει. καὶ ἔστι χαριεστάτη ἡ γραφή· οὐ καθάπτεται γὰρ αὐτόν, ἀλλ' ἱκετεύει. Ita Didymi excerptum in H, in quo equidem comparativum potius probem: καὶ ἔστι χαριεστέρα ἡ γραφή. Praeterea idem fortasse οὐ καθάπτεται γὰρ αὐτοῦ dedit, etsi quod vulgatur Homerico usu defendi potest. Aristarchus autem traditam scripturam non mutavit, ut neque A 582, β 39, ω 393 sed diple notavisse censendus est πρὸς τὸ τῆς ἑρμηνείας ἴδιον. Quod iam ad β 39, — ubi simpliciter est πρῶτον ἔπειτα γέροντα καθαπτόμενος προσέειπεν, — factum suspicatur Carnuthius sic

isputans: „fortasse adnotavit Aristarchus verbum καθάπτεσθαι ιediae esse significationis, ut in multis aliis fecit vocabulis." .dscripsit idem fidei faciendae causa haec ex B, verbis Hoιericis supra ex β 39 adlatis adiuncta, πρὸς ἐκεῖνον τὸν λόγον ποτεινόμενος. τὸ γὰρ καθάπτομαι ἐπὶ δύο λαμβάνεται, ἐπὶ καλοῦ ; καὶ κακοῦ, ἐπὶ καλοῦ μὲν ἀντὶ τοῦ πρὸς σὲ ποιοῦμαι τὸν λόον· ἐπὶ κακοῦ δὲ ἀντὶ τοῦ ὑβριστικῶς διατίθεμαι, ὅπερ καὶ γεκῇ συντάσσεται. Vix opus est monere, haec non genuinam cprimere Aristoniceae notae formam, sed esse a recentiore quoam grammatico ex ea dilatata. Brevius simul et aliquando berius aliud ad eundem versum scholion ex HS vulgatum: ἤτοι ὸν λόγον πρὸς αὐτὸν ποιούμενος ἢ καταπραΰνων καὶ προσαγόμενος. ed ipsum, ni fallor, in eadem re Aristonicum audimus in :holio ex T ad nostrum locum (κ 70) prolato, ubi paululum nendaverimus: οὐχ ὅτι ἐπιπλήττει, ἀλλὰ καταπραΰνων καὶ ποπείθων, quae nota Carnuthii diligentiam effugisse videtur. Emenandum absque dubio: (καθαπτόμενος)· ὅτι οὐκ ἐπιπλήττων, λλὰ καταπραΰνων καὶ ὑποπείθων, nam ut propter bis repetitum τοι ὅτι pro ὅτι ἤτοι in Aristonici notis Iliacis (ad B 488 et 176) hic quoque codicis ordinem οὐχ ὅτι aperte perversum ervarem, a me impetrare non potui. Itaque nunc satis certum :it, in Hamburgensi scholio ad nostrum versum Aristonicum os tenere, in Harleiano Didymum, utrumque Aristarchi de verbo καθαπτόμενος sententiam referentem, sed neutrum plenum atque ιtegrum. Etiam exilis glossa Veneti ad A 582 (καθάπτεσθαι: καταπραΰνειν, ἐπέχειν) ex Aristonicea nota fluxit Aristarchique ιterpretationem refert.

κ, 103. Ἐναντίον ἐστὶ τὸ παριστᾶν τοὺς Λαιστρυγόνας ὠμοφάγους τῷ παραφέρειν ἑαυτοῖς ὕλην. (T) In codice est τὸ πα:φέρειν: mutavit Prellerus, perperam ut adsolet. Non alterum ! sed prius sollicitandum erat, nam naturalis ordo est: ἐναντίον ·τὶ τῷ παριστᾶν τοὺς Λαιστρυγόνας ὠμοφάγους τὸ παραφέρειν :υτοῖς ὕλην, ut v. c. in Didymi nota ad κ 178: δοκεῖ ἐναντίον ναι τοῖς ἠθυμηκόσι τὸ ὦκα· διὸ ἔν τισι τὸ οὕτω φέρεται, et οique locorum. Solutio, si quem iuvat hanc quoque cognoscere, ιec est: λύοιτο δ' ἂν ἐκ τοῦ ἔθους· εἰθίσμεθα γὰρ τῇ ὕλῃ καὶ ; ἄλλο χρῆσθαι, πρός τε ἀλέαν καὶ εἰς φῶς καὶ κατασκευήν.

κ, 105. In Vulgatis σύμβλητο, — apud Homerum recte ξύμβληντο est, — redditur per ἤρχετο. Quoniam hoc fieri nequit, corrigendum fortasse συνήρχετο. Usitatiore vocabulo Apollonius ξύμβλητο: συνήντησεν.

κ, 113. Uxor Antiphatis, Laestrygonum regis, fetiales Ulixis in aedibus conspicata, maritum a foro devocat.

ὅς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον.
αὐτίχ' ἕνα μάρψας ἑτάρων ὡπλίσσατο δεῖπνον·
τὼ δὲ δύ' ἀΐξαντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἱκέσθην.

Argute magis quam vere observatur in T ad τοῖσιν ἐμήσατο: τοῖς ἐκ τῶν ἕνδεκα νεῶν· τῶν γὰρ τριῶν πεμφθέντων ἕνα μόνον ἔλαβον, οἱ δὲ ἐσώθησαν εἰς τὴν ναῦν. Sine controversia rescribendum: ἔλαβεν. Significatur Antiphates, ut Homeri verba satis declarant.

κ, 121. Ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι ita exponitur quid sit in Q: μέγα βάρος παρέχουσι τοῖς βαστάζουσιν ἀνδράσι· ἢ εὐγενέσι, τοῖς δυναμένοις ἄνδρα καταβαρύνειν· ἢ μεγάλοις. Donec lapides εὐγενεῖς reperiantur, quos non facile repertum iri existimo, satius erit emendare: ἢ εὐσθενέσι. Praeterea ἢ μεγάλοις tam otiose ac nude additum est, — inest enim iam in utraque quae praecedit interpretatione, — ut fere errore scriptum putaverim pro: ἢ εὐσθενέσι, τοῖς δυναμένοις ἄνδρα καταβαρύνειν διὰ μέγεθος. Quod defenderim ex Etym. M. s. v. Ἀνδραχθέσι· τοῖς καὶ ἀνδρὶ (l. ἄνδρα) δυναμένοις βαρῦναι διὰ μέγεθος. Eaedem interpretationes in B leguntur, in quo codice simul vox χερμαδίοισι exponitur [1]): ἤτοι τοῖς δυναμένοις ἄνδρα καταβαρύνειν· ἢ ἅπερ αὐτοῖς μὲν ἦν χερμάδια, ἄλλων δὲ ἀχθοφορήματα· ἢ μέγα βάρος παρέχουσι τοῖς βαστάζουσι, in quibus mutandum censeo ἄλλων δὲ in ἄλλοις δέ, quemadmodum recte praecedit αὐτοῖς μέν. In his interpretationibus verba τοῖς δυναμένοις ἄνδρα καταβαρύνειν ita intellego ut designent ex Scholiastarum mente lapides, quorum vel unus virum opprimere et prosternere valeat. Paulo aliter et explicatius Apollonius Sophista i. v. Ἀνδραχθέσι: οὓς καὶ ἀνὴρ βαστάζων βαρυνθείη ἂν ὑπερμεγέθεις ὄντας λίθους. —

1) Mediis omissis (ἢ ἅπερ — ἀχθοφορήματα) eadem sunt in V.

ὁ Ἡλιόδωρος μέγα βάρος παρεχόμενα τοῖς ἀνδράσιν, ὁ δὲ Ἀπίων τοῖς ἀνδρὸς βάρος ἔχουσιν. ἢ οἷον ἀνδραχέσιν κατὰ παρένθεσιν τοῦ θ, ἵν' ᾖ τοῖς ἀνδράσιν ἄχος ποιοῦσιν. Hinc necessario emendandus Hesychius: Ἀνδραχθέσι· τοῖς δυναμένοις καὶ ἀνδράσιν ἄχθος ποιῆσαι. Immo vero, ut apud Apollonium, ἄχος ποιῆσαι, nam si ἄχθος verum esset, aut παρασχεῖν requireretur aut simile quid.

κ, 137. Circe vocatur αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο. Ad ὀλοόφρονος observatur in T: ἐπεὶ τοὺς μετὰ Ἰάσονος ἀριστεῖς ἀποκτεῖναι ἠθέλησε· τῆς γὰρ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας Φήμης ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις οὔσης ἀδήλου ἐπὶ βραχὺ ἠσθημένος (sic) αὐτοῖς ὁμοίως ἔοικε τὴν Αἰαίαν ἀπὸ τοῦ Αἰήτου ὠνομάσθαι. Ultimum verbum Prellerus correxit, nam in codice dicitur legi ὠνόμασται. Caetera monstra nec ipse procuravit et Dindorfius intacta sivit. Attamen hic, quod in magnis vulneribus fere usu venire solet, remedium in promptu est. Scribatur: τῆς γὰρ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας Φήμης ἔτι τοῖς ἀνθρώποις οὔσης ἀδήλου, ἐπὶ βραχὺ ἠσθημένοις αὐτῆς ὁμωνύμως ἔοικει τὴν Αἰαίαν ἀπὸ τοῦ Αἰήτου ὠνομάσθαι, quae nec male enunciata sunt nec observata. Singularum correctionum rationes operose reddere nihil opus est. Quid tritius quam ᾐσθῆσθαί τινος pro *aliquam rem compertam habere?* Et quoniam ἡ Αἰαία ὁμοίως ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ Αἰήτου nihil est, necessario dedi ὁμωνύμως, a litterarum similitudine non ita multum abhorrens.

κ, 146. Ad ἀνήϊον ἐς περιωπήν glossa legitur: ἀνήρχοντο τόπον ὑψηλόν, ἀφ' οὗ ἔστι περισκέψασθαι καὶ ἀποσκοπεῦσαι. (QV) At in V duae glossae sunt, altera cum lemmate ἀνήϊον, altera περιωπὴν prae se ferens, ac multis aliis brevibus glossis ad sequentia vocabula pertinentibus perperam diremptae. Idem in Ambrosiano esse, — in eius archetypo saltem fuisse, — ut duae distinctae essent glossae interlineares, ita tamen ut errore se contingerent, vel solum perversum ἀνήρχοντο demonstrat, cum prima persona singularis numeri aperte requiratur, neque minus εἰς omissum ante τόπον, quasi quis unquam τόπον ἀνιέναι dixerit. Itaque quae ex Q prodierunt, futuro editori ita disponenda erunt:

ἀνήϊον] *ἀνηρχόμην* (in V *ἀνῆλθον.*)
περιωπήν] *τόπον ὑψηλόν, ἀφ' οὗ ἔστι περισκέψασθαι καὶ ἀποσκοπεῦσαι.*

κ, 153. Scholion ad *δοάσσατο* ita interpungatur: -*ἔστι δὲ ἡ λέξις κατὰ τοὺς παλαιοὺς οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἔδοξεν, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ ἡρέθη. προεκρίθη πρῶτον μὲν ἐλθεῖν εἰς τὸν αἰγιαλὸν καὶ δοῦναι τοῖς φίλοις αὐτοῦ δεῖπνον, εἶτα στεῖλαι αὐτοὺς εἰς τὸ μαθεῖν τὰ ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ.* (BQ) Dindorfius Buttmanniam repetivit, in qua editione perperam *ἡρέθη, προεκρίθη* ambo ad interpretationem tracta erant, tum maiore incisione posita *ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς* incipiebant *πρῶτον μὲν ἐλθεῖν κτλ.*, unde factum ut paraphrasi verbum finitum deësset. Totum scholion ex Eustathio (p. 1652, 20) esse desumptum, Dindorfius iam monuit.

κ, 190. *Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς.* Fragmentum quaestionis ad haec servatum est in QT: *ἄλογόν ἐστι τὸ τοὺς ἑταίρους ἀθυμίᾳ περιβάλλειν. λύεται δὲ ἐκ τοῦ καιροῦ. πρὸς γὰρ τὸ δεῖν σκέψασθαι τοὺς οἰκήτορας τῶν τόπων ἥρμοττε τὴν ἀπορίαν τῶν χωρίων εἰπεῖν.* Quoniam Graece non dicitur *εἰπεῖν τι ἁρμόττει πρός τι* articulo inserto opus est: *πρὸς γὰρ τὸ δεῖν σκέψασθαι τοὺς οἰκήτορας τῶν τόπων ἥρμοττε* (*τὸ*) *τὴν ἀπορίαν τῶν χωρίων εἰπεῖν.*

κ, 238. Circe, ubi comites Ulixis venenum oblatum ebiberunt, *ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ.* Adnotatur, non admodum ingeniose: *ῥάβδῳ δηλονότι ὁμοῦ πάντας ἔπληξεν. ἐπεὶ ἰδόντες τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀποτεθηριωμένους ἀπέσχοντο ἂν τοῦ πότου.* (T) *Ἔπληξεν* si in codice inveniretur, non sollicitaremus; nunc quoniam ex Prelleri coniectura repositum est codexque *ἐποίησεν* praebet, videndum annon aliud exquiri possit aeque sensui ac magis literarum apicibus conveniens. Equidem scripserim: *ῥάβδῳ δηλονότι ὁμοῦ πάντας ἐπτόησεν*; *obstupefecit, attonitos reddidit.*

κ, 239.
Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε τρίχας τε
καὶ δέμας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ.
Legitur ad hos versus longius Porphyrianae quaestionis sive fragmentum sive excerptum, quod cum ex solo T prodierit

adis flagitiosissimis omne genus obsitum, ita primum fide- r describam totum, prout apud Dindorfium propositum est.

πῶς; εἰ γὰρ σώζουσι τὴν ἀνθρωπίνην γνώμην καὶ πιόντες, Ὀδυσσεὺς θαυμάζει; οὐδὲν γὰρ πεπόνθασιν ἀλλότριον. ἐον οὖν ὅτι ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς οὐκ ἐθέλχθη οὐδ' ἤλλαξε τὸ τῆς μης δῖον, οἱ δὲ ἑταῖροι ἐν τοιαύτῃ τινὶ ἕξει ἐγένοντο ὥστε ν μὲν τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν..... μέντοι καὶ τὸν νοῦν ἐγρη- ἶτα. ἴσως τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει..... οἴεται τὸν νοῦν τρέπεσθαι. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς „αὐτὰρ νοῦς ἔμπεδος ὡς πάρος περ·" ἀκούσας παρὰ τῶν ἑταίρων φησί, μαθὼν ὅτι ἡ ἶδος ἡ μεταμορφοῦσα. ἐπὶ γοῦν τοῦ Ὀδυσσέως οὐ λέγει ῥάβδῳ ληγυῖα, ἀλλ' ἕτερόν ἐστι τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὅτι οὐκ ελξεν αὐτὸν τοῦ φαρμάκου διὰ τὸ φάσκειν τῇ βδῳ πλήσσειν ὡς μεταμορφοῦν ἱκανῇ καὶ ἀλλοιοῦν, ἱ ἐπὶ τῶν ἑταίρων εἰληφέναι μὲν τὸν κυκεῶνα καὶ πωκέναι, τὴν δὲ οἰομένην τεθέλχθαι αὐτὸν ἐπι- ἱρει τὴν ῥάβδον ὅτι οὐ τὸ σῶμα ἦν τὸ μεταβάλλον, λ' ἡ ψυχή. ἐπεὶ διὰ τοῦτο οὐ θαυμάζει, ὅτι τῇ ῥάβδῳ πλη- ἱς οὐ μετεμορφώθη, ἀλλά φησιν ὡς οὐ πιών. Haec qui intel- git sic edita, „magnus," ut aiunt, „mihi erit Apollo." Veris- ne Prellerus: „*laborant haec tot corruptionibus, ut omnia emen- re desperaverim.* Sed quo pertineat haec adnotatio in universum idem divinare licet ex subsequentibus, quae velim conferas n editis ad v. 238, 318, 328" (immo 329). Neque ipse ea ogantia sum ut in tam perplexis omnia me ita restituturum istimem, ut nusquam a vero aberraverim, Porphyriique ma- m ita quasi ex inferis eliciam, ut „contra si quis sentiat, iil sentiat." At adnotationis verbis diligenter consideratis per- nsisque, hoc quidem sperare licet, fore ut totum felicius com- nere mihi contingat, quam Prellero contigisse videmus, — ndorfius codicis portenta repraesentare satis habuit, — qui i pauca quaedam bene correxit, ut statim indicabimus, (neque im laude sua, si qua in his laus est, defraudabitur,) tamen universum nihil dedit, quod legi intelligique possit. Ac imum, quod Prellerus bene monuit, videndum quorsum quaestio ae hic movetur spectet, quo dilucidius singula diiudicentur ubi opus corrigantur. Nempe pertinet prior eius pars ad ietesin versus 329: *σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν.*

Aristarchei versum damnabant. Breviter Didymi excerptum in H ad vs. 329: *ὁ Σιδώνιός φησιν ἀθετεῖσθαι τὸν στίχον.* Integrior servata est Aristonici nota versui 240 adscripta: *πρὸς τὴν ἑξῆς ἀθέτησιν ὅτι τὸ σῶμα μόνον ἠλλοιοῦτο, ἡ δὲ ψυχὴ ἔμενεν ἀμετάβλητος. πῶς οὖν ἂν λέγοι „σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν,“ ὡς καὶ τοῦ νοῦ ἠλλοιωμένου;* (HQT) [1]). Non potest res luculentius exponi. Si comitibus, aiunt, etiam sumpto veneno admotaque virga magica, *νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ*, quid Circe mirari potest si Ulixi idem accidit? Stricte hoc nimis atque anxie, at vere tamen. Porphyrius autem, qui et versus de comitibus agentes (239, 240) et illum de Ulixe (329), sed spurium iudicatum, utrosque retentos vult, interpretando de more et comminiscendo molestias elevare conatur. Iam ad hanc lucem singula iterum inspiciamus. *Εἰ γὰρ σώζουσι τὴν ἀνθρωπίνην γνώμην καὶ πιόντες, πῶς Ὀ δ υ σ σ ε ὺ ς θαυμάζει; οὐδὲν γὰρ π ε π ό ν θ α σ ι ν ἀλλότριον.* Non opinor: nusquam Ulixes hoc admiratus esse traditur, essetque ea res summopere absurda, si traderetur. Legendum: *πῶς Ὀ δ υ σ σ έ α θαυμάζει* (Circe); *οὐδὲν γὰρ π έ π ο ν θ ε ν ἀλλότριον.* Ultimum in ipso codice est *πέπονθε* praebente, quae eduntur Prellero accepta referimus. Hactenus de quaestione: nunc solutionem respiciamus. *Ῥητέον οὖν ὅτι ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς οὐκ ἐθέλχθη οὐδ' ἤλλαξε τὸ τῆς γνώμης δ ῖ ο ν.* In codice est *διότι*, correctio Prelleri est, non mala illa quidem, sed tamen praefero: *τὸ τῆς γνώμης δ ι ό λ ο υ*, quoniam *δῖος* in prosa oratione non sic adhibetur. Sequitur: *οἱ δὲ ἑταῖροι ἐν τοιαύτῃ τινὶ ἕξει ἐγένοντο ὥστε ἔχειν μὲν τὴν ἀνθρωπίνην ψυχήν.... μέντοι καὶ τὸν νοῦν ἐγρηγορότα.* Nihil deëst praeter negandi particulam: (*σὺ*) *μέντοι κ. τ. νοῦν ἐγρηγορότα*, quod et Dindorfius proposuit (App. p. 780) *μὴ* coniiciens. Prellero debetur, nunc quidem recte, *ἕξει ἐγένοντο*: scribae *ἐξεγένοντο* exarare placuit. Post haec fortasse cum disputatio integra legebatur locum invenerunt, quae de vi ac potestate verbi *θέλγειν* in variis codi-

1) Sequitur in HQ: *ἡ δὲ λύσις ἐκ τῆς λέξεως*, inque his verbis abrupte nota desinit. At T rectissime omittit haec, quae sunt epitomatoris cuiusdam, incogitanter Aristarchea cum Porphyrianis conglutinantis. Coniungenda autem haec ultima cum scholio ex iisdem codicibus statim sequente, etsi vel sic fragmentum tantum esse et magnae disputationis *ἀπόσπασμα* apparebit conferentibus Porphyriana ad vss 213 et 329.

s ad varios versus observata traduntur. Sic supra ad vs. est in HQT: τὸ ἔθελξεν οὐ τὸ μεταμορφῶσαι σημαίνει, ἀλλὰ ωθέστερον ποιῆσαι πρὸς τὰς ἐνεργείας, ὡς ἐν Ἰλιάδι „αὐτὰρ ιῶν θέλγε νόον" (M 255), οἷον νωθέστερον ἐποίει. Sic ad vs. , nunc in solo T verbo ἀκήλητος adscripta: ἄθελκτος, ἀμε-ιλος. τὸ δὲ θελχθῆναι ὁ ποιητὴς οὐκ ἐπὶ (τῆς) τοῦ σώματος τιν ἀλλοιώσεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀφροσύνης· „ἤ τ' ἀνδρῶν ὄμματα ει." θελχθείσης γὰρ τῆς ψυχῆς διὰ τὸν ἐπιφερόμενον ὕπνον ἡ ὅρασις τῶν ὀφθαλμῶν (θέλγεται addendum censet Dindor- App. p. 781). τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος μαχόμενον εἶναι ΐ τὸ „σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν." Haec se spectata non admodum perspicua sunt. Non enim, — ;aetera indicia tangam adnotationis prave contractae, — si maxime somno et mens mulcetur et oculorum acies hebe-r, illud Circes ad Ulixem: σοὶ δὲ - ἀκήλητος νόος ἐστίν et quo quis iure offendatur. At perspicua fiunt, ubi cum Porphyrii disputatione, cuius olim et haec partem fuisse timo, iterum mente coniunguntur. Ubi docuit comites re-iisse quidem mentem humanam, at eam non erectam am-is sed consopitam, consentaneum erat ut exponeret unde mericum αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ita scilicet interpretandum :erit. Hoc autem inde repetit, quod comites θελχθῆναι di-tur, quod verbum, ipso quidem nunc auctore, non de corpore in am formam mutato, sed de animo consopito tardatoque eius)etu usurpatur. Verum omittamus haec, quae aliunde cor-i fortasse integrae disputationis olim veluti membra fuerunt, ue ad hanc revertamur, prout nunc ex uno Hamburgensi nitam habemus, quantum valeamus enucleandam. In hac, monui, nihil de verbo θέλγειν adnotatum reperitur, sed post : (οὐ) μέντοι καὶ τὸν νοῦν ἐγρηγορότα statim subiunguntur ie nunc describam: ἴσως τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει.... ·αι καὶ τὸν νοῦν τρέπεσθαι, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς „αὐτὰρ νοῦς ἔμ-ος ὡς τὸ πάρος περ·" ἀκούσας παρὰ τῶν ἑταίρων φησί, μαθὼν ἡ ῥάβδος ἡ μεταμορφοῦσα. Sunt haec verba totius dispu-onis longe impeditissima, unde diu multumque meditatus pro-ilem sententiam elicere potui, neque tamen eam, quae omnibus neris absoluta mihi videatur. In codice, ut videtur, parum auxilii. „Inter λέγει et οἴεται nulla est in eo lacuna, sed

ταῦ. . .⁗ legitur." Φησί, μαθὼν Prellero debetur, codex Φα μαθηταῖς exaratum habet. Coniicio his adminiculis non sane firmissimis nixus: ἴσως τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει, (ἐπεὶ) αὐτὴ τούτων οἴεται καὶ τὸν νοῦν τρέπεσθαι· ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς „αὐτὰρ νοῦς ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ" ἀκούσας παρὰ τῶν ἑταίρων Φησί, μαθόντων ὅτι (οὐχ) ἡ ῥάβδος (ἦν) ἡ μεταμορΦοῦσα. Cur in ultimis οὐχ addiderim ὁ κατιὼν λόγος δηλώσει, caeterarum correctionum etsi causae in aprico positae sunt, non tamen, ut modo significabam, vel iis adscitis probatisque locum persanatum existimo, quippe quem non mendosum tantum esse sed et lacunosum, — vel potius admodum inscienter excerptum, omissis quae omitti nullo pacto debebant, — etiam sic apparebit. Est ad vs. 329 infra ex HQ adscriptum scholion hocce: καὶ μὴν καὶ τῶν ἄλλων „αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ." εἰ γὰρ ἔμενεν ὁ νοῦς, πῶς ἀπορεῖ ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως ὅτι οὐ μεταβέβληκε; ἢ τάχα περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι τὸν νοῦν ἐκείνων Φησί. ἢ ἐκ τῆς λέξεως λύοιτ' ἄν· ἢ γὰρ παραΦραστικῶς λέγει „σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν" ἀντὶ τοῦ ἀκήλητος εἶ, ἢ τὸ „αὐτὰρ νοῦς ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ" οὐκ ἐπὶ παντὸς λέγεται τοῦ νοῦ, ἀλλὰ τῆς ἡμερότητος. Haec quoque post criticorum curas nondum perpurgata sunt. Dicendum hic fuisse, non παραΦραστικῶς λέγει, sed περιΦραστικῶς, leve est. Paulo gravius peccatum est in his verbis: τάχα περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι τὸν νοῦν ἐκείνων Φησί. Nam si illud *mentem mansisse immutatam* οὐκ ἐπὶ παντὸς λέγεται τοῦ νοῦ, ἀλλὰ τῆς ἡμερότητος, cur quaeso idem περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι illorum mentem dictum esse potest? Rescribatur quantocius: ἢ τάχα περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι τὸν νοῦν ἐκείνου Φησίν, nam respiciuntur haec Homerica (vss. 321, 322):

ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Κίρκῃ ἐπήϊξα ὥστε κτάμεναι μενεαίνων.

Ecquis autem est qui non videat, ea quae ex HQ prodierunt disputationis Porphyrianae in Hamburgensi non integerrime servatae excerpta esse vel in arctius contracta, simulque quae in Hamburgensis textu hucusque correximus his excerptis luculentissime comprobari? Sed hoc quoque indidem apparet quod supra dicebam: deësse in uberiore quaestione, quae illud τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει quo sensu accipiendum hoc loco

esset explicatius exponerent. Itaque quemadmodum illa in priore λύσει de vi verbi θέλγειν observata aliunde arcessenda censebam, ita nunc in altera quoque parte sic agendum arbitror, ut ea, quae de schemate ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον hic adhibendo Porphyrius haud dubie disseruit, mente saltem suo loco reponantur. Haec autem et ex extremis verbis excerpti ex HQ ad vs. 329 elicienda et ex iis, quae paulo uberius in alio excerpto eorundem codicum (HQV) ad vs. 240 disputata sunt. Namque ibi ad lemma αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος: οὐχ ὁ σύμπας, ἀλλ' ὁ κατὰ τὸ φιλάνθρωπον μόνον. διὸ καὶ σαίνουσιν ὥσπερ δελφῖνες. „φιλάνορα δ' οὐκ ἔλιπον βιοτάν," κατὰ τὸν Πίνδαρον. Ita demum quae in observatione ut nunc stat Porphyrius contra morem suum posuit tantum, de more etiam probasse argumentando apparebit. Simul videmus et hinc, quam disiecta principis Lyticorum membra nobis supersint.

Neque tamen vel nunc aut Hamburgense Scholion finem recipit aut eius menda. Post ἡ ῥάβδος ἡ μεταμορφοῦσα haec aduntur: ἐπὶ γοῦν τοῦ 'Οδυσσέως οὐ λέγει ῥάβδῳ πεπληγυῖα, ἀλλ' ἕτερόν ἐστι τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὅτι οὐκ ἔθελξεν αὐτὸν τοῦ φαρμάκου διὰ τὸ φάσκειν τῇ ῥάβδῳ πλήσσειν ὡς μεταμορφοῦν ἱκανῇ καὶ ἀλλοιοῦν, καὶ ἐπὶ τῶν ἑταίρων εἰληφέναι μὲν τὸν κυκεῶνα καὶ πεπωκέναι, τὴν δὲ οἰομένην τεθέλχθαι αὐτὸν ἐπιφέρει τὴν ῥάβδον ὅτι οὐ τὸ σῶμα ἦν τὸ μεταβάλλον, ἀλλ' ἡ ψυχή. Et haec corruptissima sunt, sed ita corrupta ut, nisi me omnia fallunt, *certis* coniecturis iisque lenissimis sententia horum veluti ex Orco in lucem revocari possit. Inprimis faceta sunt quod de Ulixe οὐ λέγει ῥάβδῳ πεπληγυῖα. Atqui in Homero me legere memini:

αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον οὐδέ μ' ἔθελξεν,
ῥάβδῳ πεπληγυῖα ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.

Putemusne Porphyrium in Homero suo aliter legisse? Non opinor, negatio enim non huius est sed Prelleri. (App. p. 781.) Itaque hac auctori suo reddita nos totum locum ita constituamus: ἐπὶ γοῦν τοῦ 'Οδυσσέως εἰ λέγει ῥάβδῳ πεπληγυῖα, ἀλλ' ἕτερόν (γ') ἐστι τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὅτι οὐκ ἔθελξεν αὐτὸν (διὰ) τοῦ φαρμάκου, διὰ (τοῦ)το φάσκει τῇ ῥάβδῳ πλήσσειν ὡς μεταμορφοῦν ἱκανῇ καὶ ἀλλοιοῦν, (ἀλλ') ὡς ἐπὶ τῶν ἑταίρων εἰληφέναι μὲν τὸν κυκεῶνα καὶ πεπωκέναι, τὴν δὲ οἰομένην τε-

θέλχθαι αὐτὸν ἐπιφέρειν τὴν ῥάβδον, ὅτι οὐ τὸ σῶμα ἦν τὸ μεταβάλλον, ἀλλ' ἡ ψυχή. ἐπεὶ — ita totam disquisitionem concludit — διὰ τοῦτο οὐ θαυμάζει, ὅτι τῇ ῥάβδῳ πληγεὶς οὐ μετεμορφώθη, ἀλλά, φησίν, ὡς οὐ πιών. Intellegitur enim Homericum (vs. 326): θαῦμά μ' ἔχει ὡς (recte Cobetus, V. L. p. 108, πῶς) οὔ τι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης. Iam planum factum arbitror, quo iure supra rescripserim μαθόντων ὅτι (οὐχ) ἡ ῥάβδος ἡ μεταμορφοῦσα. Nunc enim totius Porphyrii argumentationis conspectum et quasi summam proponere remotis loci tenebris iam licet. Non secum pugnant, inquit, quod socii in sues conversi mentem immutatam retinuisse dicuntur et quod tamen idem Ulixi non converso accidisse Circe miratur. Etenim illud de sociis non stricte, ut aiunt, sed latiore sensu accipiendum est. Retinuerunt mentem, verum aut sic, ut adesse quidem, sed obdormivisse et quodammodo obtorpuisse visa sit, aut ut non totam mentem humanam sed mansuetudinem tantum servaverint. Nec potuit aliter, cum virga magica tacti fuerint, cuius haec vis est, *ut animum, non corpus feriat, corpore iam per potionem transformato*. Non obstat huic interpretationi, quod Ulixes quoque ea virga tactus narratur. Etenim hoc non ea de causa factum, quod hunc potione se transformare posse Circe desperabat, sed quod corpus iamiam mutatum iri censens animum quoque adgredi parabat. Haec mihi Porphyrianae disputationis sententia videtur, in qua et illud nos advertit, quod in duplici commemoratione rei ad transformationem adhibitae, et potionis et virgae, *illam ad corpus, hanc ad mentem pertinere existimabat*. Si in talibus quam accuratissime nos agere oporteret, dicerem ex iis quae κ 392—394 leguntur ita statuere Porphyrium videri. At praestat in his non accuratissime agere.

κ, 242. Comitibus in sues conversis eum victum proiecit Circe, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσιν. His quaestiunculae excerptum adscriptum: Τί οὖν, φασί, τίνος αὐτῆς χρεία ἀποθηριοῦν; εἰ μὲν γὰρ οἰκέτην ἔχρῃζεν, ἔδει φυλάττειν αὐτούς, εἰ δὲ ἀνελεῖν, ἦν ἀποκτεῖναι. (T) Corrigendum: (ἀντὶ) τίνος αὐτῇ χρεία ἀποθηριοῦν; εἰ μὲν γὰρ οἰκετῶν ἔχρῃζεν, ἔδει φυλάττειν αὐτούς, εἰ δὲ ἀνελεῖν, ἦν ἀποκτεῖναι. Respondetur: ἴσως τὰ μυθικὰ ἀσυκοφάντητα, καὶ (fort. Ἢ) ὅτι ἑτέρ-

πετο, ὡς καὶ ἄλλοι θεῶν παῖδες. Nunc quidem non poterat melius.

κ, 296. Mercurius de Circe ad Ulixem: ἡ δέ σ' ὑποδδείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι. Factum id οὐ δι' ἀκολασίαν, ἀλλ' ἐξ ὧν προεῖπεν ὁ Ἑρμῆς (infra vs. 331) λογισαμένη ὡς θεοφιλής. (Q) Immo ὡς θεοφιλῆ. Significatur non Circe, sed Ulixes.

κ, 301. Paraphrasis ad μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θείῃ: μηδεμίαν ἀνδρείαν ἔχοντα, ἢ μηκέτι ἄνδρα, ἀλλὰ θηρία. (T) Reponendus singularis ἀλλὰ θηρίον.

κ, 314, 315. Εἷσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου
καλοῦ, δαιδαλέου· ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.

Ad hos versus excerptum criticum praebet Q, ut ego iudico Didymo sublectum, ut Schmidtius, Aristonico, leviter utique corruptum: ἐν τούτοις ἐπετέτακτο τὸ „καλοῦ, δαιδαλέου, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν," οὐ μέντοι παρ' Ἀριστάρχῳ. Schmidtius et post eum Larochius verba sine ulla corruptelae suspicione repetiverunt; Dindorfius merito offendit in ἐν τούτοις, pro quo „exspectes τισὶν vel ἐνίοις. Legitur hic versus (quem T in margine habet a m. rec.) infra 367 et α 131." Haec ille. At vitium ipse potissimum in praepositione quaesiverim, ut legatur: ἐπὶ τούτῳ ἐπετέτακτο τὸ „καλοῦ" κτλ., id est μετὰ τοῦτον, quod ex sexcentis locis hic unus Xenophontis demonstrabit (Cyrop. II, II § 6): στήσας τὸν λοχαγὸν πρῶτον καὶ τάξας δὴ ἐπ' αὐτῷ ἄνδρα νεανίαν. Itaque Aristarchus, expuncto versu satis debili, coniungebat: εἷσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου, || τεῦξε δέ μοι κυκεῶ χρυσέῳ δέπᾳ, ὄφρα πίοιμι. E nostris libris praeter T hunc versum omittit Larochio teste Stuttgartensis tantum, pessimae notae codex.

κ, 324. Καί μ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. Participium mutabat Aristophanes. Ἀριστοφάνης „καί με λισσομένη." καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή. οὐδὲν γὰρ ὀλοφυρτικὸν λέγει καὶ ἐπάγει, quae Didymo accepta referimus. (H) Praeferam: οὐδὲν γὰρ ὀλοφυρτικὸν λέγει ἢ ἐπάγει. Aristophanis scripturam e recentioribus tentaverunt Nauckius (Arist. p. 45) et Nitszchius, hic καὶ μειλισσομένη proposito, ille καὶ δέ με

λισσομένη, quorum tentamina merito reiecit Dindorfius. Schmidtii coniecturam (Didym. p. 201) καὶ δειδισσομένη, quam ex collatione versus 296 fulcire conatur, Dindorfius non cognovisse videtur.

κ, 350, 351.

Γίγνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων ἀπό τ' ἀλσέων
ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵ τ' εἰς ἅλαδε προρέουσιν.

Ad priorem versum adnotatur in BQV: ὑφίστανται νύμφας τινὰς ἐξ ὕδατος, vel potius in Vulgatis tantum, nam in BQ ὑφίστασθαι exaratum est, quod cum praecedente scholio κατήγοντο δὲ τῇ γενέσει, quae glossula est ad γίγνονται, casu quodam coaluit. Neque ὑφίστανται recte habet, etsi a Buttmanno commendatum, pro quo singularem requiro ὑφίσταται de Homero dictum eo significatu, quem in praecedentibus abunde explicavi. Ad alterum Didymiana habemus, partim in HQ servata, partim in solo H, utraque corruptissima, adeo ut viris doctis non parum negotii facessiverint. Praeposito lemmate οἵ τ' εἰς ἅλαδε sequitur: „ουτε" γράφει Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δὲ „οἳ εἰς ἅλα." δεύτερον δέ ἐστιν ἡ εἰς. Hucusque coniunctim peccantes HQ. Accesserunt postea ex H: καὶ γὰρ ὧδε νῦν τ' εἰς δῆ, ὡς τὸ „αὐτόν μιν" καὶ „ἀμφὶ περὶ κρήνην." Larochius nihil sani ex his extricari posse opinatus est. At ipse, Düntzeri, Schmidtii, Dindorfii conatibus insistens, iam in Observatt. (p. 98) ex ουτε illud ipsum οἵ τε (sine εἰς) eruendum esse ostendi, quod Zenodotum scripsisse viri docti consentiunt. Videamus nunc, quid voce δεύτερον faciamus. Buttmannus vocem distrahens primam syllabam cum praecedente ἅλα coniungebat, unde Aristarchea lectio emergeret, in reliqua parte verbum περισσὴ latere suspicabatur, tulitque adsensum et Schmidtii et Dindorfii sic disputantis: „Hanc conjecturam commendant verba corrupta in fine scholii καὶ γὰρ - κρήνην, quae absunt a Q, ex H autem post Buttmanni demum editionem ab Cramero edita sunt." Buttmannus, ut semper, sensum corruptorum verborum optime adsecutus est. At vero ex υτερον aptissimum caeteroquin sententiae περισσὴ nasci posse quis sibi persuadeat? Idem nunc iudico de mea coniectura, qua olim ex υτερον verba διὰ τὸ μέτρον exsculpebam. Non tanto molimine opus est. Numerale servabimus,

verum non adiectivum sed adverbium, non *δεύτερον*, sed *δίς*, et ipsum in antiquiore exemplari fortasse compendiose expressum, sed male a scriba intellectum et literis redditum. Quo semel reperto caetera quae ex uno H accesserunt aeque portentosa facilem et emendationem inveniunt et explicationem. Totum enim ita constituatur: "OI TЄ *γράφει Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δέ*, "OI (T') 'ЄIC "ΑΛΑ(ΔЄ). *δὶς δέ ἐστιν ἡ εἰς· καὶ γὰρ (καὶ) τὸ „δε" νῦν τ(ὸ) „εἰς" δη(λοῖ)· ὡς τὸ „αὐτόν μιν" καὶ „ἀμφὶ περὶ κρήνην.*" „Quorum sensum" — utor Dindorfii verbis — „hunc esse patet, in *αὐτόν μιν* et *ἀμφὶ περί* alterutrum ex abundanti eodem modo additum esse quo hic *εἰς ἅλαδε* pro simplici *ἅλαδε* dictum sit."

κ, 379. *Βρώμης ὡς ῥώμης. ὅμοιον δὲ αὐτῷ ἐστι καὶ τὸ τρώμη· καὶ Ἀρίσταρχος ὀξύνει.* (H) Est haud dubie Herodianeae doctrinae lacinia, in qua vel *καί* adiectum documento est *(παρ)οξύνει* rescribi oportere, quod et Larochium suasisse video.

κ, 396. Ulixis socii iterum in homines conversi *νεώτεροι ἢ πάρος ἦσαν || καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες εἰσοράασθαι.* Quidam philosophum agens adnotavit: *ἐπείπερ οἱ μετὰ πείρας κακίας εἰς ἀρετὴν στραφέντες βελτίους ἑαυτῶν γίνονται*, quae quisquiliae in B aetatem tulerunt. Corrigendum, si tanti est, *μετὰ πεῖραν*, quod certe minus ambiguum erit.

κ, 490. Cur Circe Ulixem eiusque socios ad Tiresian ablegaverit ut qui futura iis portenderet, quaesitum est. *Πῶς πέμπει αὐτὸν ἵνα ἀκούσῃ; προῄδει γὰρ καὶ τὸν τῆς δαίμονος ἔρωτα. „θάνατος δέ τ' ἐξ ἁλὸς αὐτῷ ἀβληχρός.*" (λ 134.) *καὶ μὴ πεισθῆναι* Καλυψοῖ *τὴν ἀθανασίαν ὑπισχνουμένῃ. δι' ἑαυτῆς δὲ οὐ μαντεύεται, ἵνα μὴ δοκῇ ἐρῶσα φοβερώτερον καθιστᾶν τὸν πλοῦν καὶ ἀπιστηθῇ.* (Q) Plurima in his paucis verbis perperam posita sunt. Iam primum displicet *πῶς πέμπει αὐτὸν ἵνα ἀκούσῃ;* Cur aliter mitteret? Excidit nescio quomodo vocabulum prorsus ad sensum necessarium: *πῶς πέμπει αὐτὸν ἵν' (ἄλλου) ἀκούσῃ;* Quod ubi animadverterimus, sentiemus in iis quae proxime sequuntur deësse oppositionem non minus ad sensum necessariam: *προῄδει γὰρ καὶ (αὐτὴ) τὸν τῆς δαίμονος ἔρωτα.*

Tandem quae ex undecimo libro citantur et ipsa parvo scribendi vitio infecta sunt et — quod maioris est momenti — tam incommode interposita, ut caeterorum tenorem disturbent, ipsa nec cum antecedente sententia nec cum sequente bene copulari possint. Aliquanto melius post *ὑπισχνουμένῃ* reiicientur, totumque ita disponetur: *πῶς πέμπει αὐτὸν ἵν' (ἄλλου) ἀκούσῃ; προῄδει γὰρ καὶ (αὐτὴ) τὸν τῆς δαίμονος ἔρωτα, καὶ (τὸ) μὴ πεισθῆναι Καλυψοῖ τὴν ἀθανασίαν ὑπισχνουμένῃ. „θάνατος δέ τ(οι) ἐξ ἁλὸς αὐτῷ ἀβληχρός." δι' ἑαυτῆς δὲ οὐ μαντεύεται κτλ.* Eadem fere cum aliis lemmatis sunt in T ad vs. 491 adscripta: *ὑπονοοῦσα μὴ πιστεύεσθαι πέμπει αὐτὸν πρὸς Τειρεσίαν*, et explicatius in QV ad vs. 492: *διὰ τί οὖν οὐκ αὐτὴ μαντεύεται; ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσεν Ὀδυσσεὺς ἐρώσης αὐτῆς. εἶτα κατὰ μὲν Σειρῆνας καὶ τὸν πορθμὸν ὡς γειτνιῶσα μηνύει, -- περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐπιτρέπει τῷ μάντει.* Sed et haec vitium alunt. Dicine Graece potest *μηνύειν κατά τινα* pro *indicare*, *ostendere quem caveas?* Quoniam multum vereor ut possit, rescripserim: *εἶτα κάτω (τὰς) μὲν Σειρῆνας καὶ τὸν πορθμὸν ὡς γειτνιῶσα μηνύει*, nempe infra *μ* 39 seqq. [1]).

κ, 514. *Κωκυτός: λέγεται ὁ πρῶτος ποταμὸς ὁ τὸν βροτὸν δεχόμενος, τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ἐπώνυμον κακόν. εἶτα Πυριφλεγέθων, ἤτοι τὸ πῦρ τὸ ἀφανίζον τὸ σάρκινον τῶν βροτῶν. εἶτα ὁ Ἀχέρων μετὰ τὸν Κωκυτὸν καὶ τὸ ἠρίον, ὅπερ ὀφειλὴ νεκρῶν ἐστιν ἰαχὴ γίνεται. εἶτα Στυγὸς ἀπορρῶγες. οὐκ ἔστι γὰρ ὃς οὐ στυγνάζει τὸν τεθνηκότα.* (HQ) Quae diductis literis significavi (*καὶ τὸ ἠρίον - ἰαχὴ γίνεται*) Dindorfius (App. p. 783) „vel corrupta vel defecta" pronunciavit, et sunt hercle absurda, neque inter se neque cum reliquis ullo modo cohaerentia. At facillimum factu est haec *ἀδιχνόητα* quae videntur et sepulta certa coniectura eaque lenissima ad lucem vitamque revocare. Scribendum: *εἶτα ὁ Ἀχέρων, (ἐπεὶ) μετὰ τὸν κωκυτὸν καὶ τὸ ἠρίον, ὅπερ ὀφείλη(μα)* [2]) *νεκρῶν ἐστιν, ἄχη γίνεται.*

---

1) Paulo aliter Cobetus (Mnemos. N. S. VII, 1879, p. 437): *εἶτα (τὰ) μὲν κατὰ (τὰς) Σειρῆνας.*

2) An retinendum *ὀφειλή*, quod Etymologo Magno auctore (*Ὀφειλή· σημαίνει τὸ χρέος. -- σπανίως δὲ εὕρηται ἐν χρήσει· εὑρίσκεται δὲ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς περὶ πόρων*) olim legebatur apud Xenophontem de Vectig., nunc autem nusquam

Apparet etymologias hic captari simulque allegorias. Invenit nomen suum ὁ Κωκυτός ab eiulatu miserorum mortalium, quorum carissima capita descenderunt apud inferos, estque adeo humanorum dolorum ἐπώνυμον κακόν. Ab igne quod quidquid in homine mortale est consumit, ὁ Πυριφλεγέθων nomen aperte traxit. Στύξ ab horrore et tristitia dicta (ἀπὸ τοῦ στυγνάζειν). Difficilior res erat in Acherontis origine indaganda. Commenti sunt igitur etymologiam vere Graecam: ὅτι ἄχη γίνεται μετὰ τὸ ἠρίον (ἀχ — ηρίον, Ἀχέρων). Restat, ut investigemus cuinam hanc eximiam doctrinam acceptam referamus. Nempe nostra ad verbum fere excerpta sunt ex Heraclito, Allegoriarum Homericarum auctore, quae res Dindorfium fugisse videtur, atque ita emendationem nostram facili negotio stabilire licebit. Ita enim hic — et sic demum excerptum nostrum plene intellegi poterit — (c. LXXIII, p. 144 Mehl.): Μεταβὰς δ' ἐκ τῶν ὑπὲρ γῆς θεωρημάτων οὐδὲ τὴν ἀφανῆ καὶ νεκρὰν φύσιν εἴασεν ἀναλληγόρητον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Ἅιδου συμβολικῶς ἐφιλοσόφησε. Κωκυτὸς οὖν ὁ πρῶτος ὀνομάζεται ποταμός, ἐπώνυμον ἀνθρωπίνου πάθους κακόν. θρῆνοι γὰρ ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν οἱ παρὰ τῶν ζώντων. Πυριφλεγέθοντα δ' ἐφεξῆς ὀνομάζει. μετὰ γὰρ τὰ δάκρυα ταφαὶ καὶ πῦρ ἀφανίζον ὅ ἐστι θνητῆς σαρκὸς ἐν ἡμῖν. ἀμφοτέρους δὲ τοὺς ποταμοὺς εἰς ἕνα τὸν Ἀχέροντα συρρέοντας οἶδεν, ἐπείπερ ἐκδέχεται μετὰ τοὺς πρώτους κωκυτοὺς καὶ τὴν ὀφειλομένην ταφὴν ἄχη τινὰ καὶ λῦπαι χρόνιοι, πρὸς ὀλίγας ὑπομνήσεις ἐρεθίζουσαι τὰ πάθη. Στυγὸς δ' ἀπορρῶγες οἱ ποταμοὶ διὰ τὴν στυγνότητα καὶ τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ κατήφειαν. Iam quod dicebam, satis — ut opinor — hinc demonstratum erit. Neque tamen Heracliti ipsius, quae adferebam, verba ab omni parte integra mihi videntur, in quibus nec θρῆνοι — οἱ παρὰ τῶν ζώντων commode habeo explicare nec λῦπαι χρόνιοι, πρὸς ὀλίγας ὑπομνήσεις ἐρεθίζουσαι τὰ πάθη. Equidem plane contrarium exspectabam, πρὸς μακρὰς sive αἰωνίους ὑπομνήσεις. Sed quod certo reponam, neutro loco reperio. An pro ὀλίγας scribendum: λῦπαι χρόνιοι, πρὸς διωλυγίους

---

ibi comparet? Nam quod suspicantur, id olim lectum fuisse ibid. c. IV § 35, ubi nunc ἢ μηδὲν ὄφελος αὐτῶν εἶναι, quis hoc probet? Sed hoc obiter. Adnotaverunt Thesauri Stephaniani editores et apud alios sequiores vocem ὀφειλή aliquoties occurrere, ut in N. T. ap. Matth. XVIII, 32 et ad Rom. XIII, 7, item ap. Eustathium.

Aristarchei versum damnabant. Breviter Didymi excerptum in H ad vs. 329: *ὁ Σιδώνιός φησιν ἀθετεῖσθαι τὸν στίχον.* Integrior servata est Aristonici nota versui 240 adscripta: *πρὸς τὴν ἑξῆς ἀθέτησιν ὅτι τὸ σῶμα μόνον ἠλλοιοῦτο, ἡ δὲ ψυχὴ ἔμενεν ἀμετάβλητος. πῶς οὖν ἂν λέγοι „σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν," ὡς καὶ τοῦ νοῦ ἠλλοιωμένου;* (HQT) [1]. Non potest res luculentius exponi. Si comitibus, aiunt, etiam sumpto veneno admotaque virga magica, *νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ*, quid Circe mirari potest si Ulixi idem accidit? Stricte hoc nimis atque anxie, at vere tamen. Porphyrius autem, qui et versus de comitibus agentes (239, 240) et illum de Ulixe (329), sed spurium iudicatum, utrosque retentos vult, interpretando de more et comminiscendo molestias elevare conatur. Iam ad hanc lucem singula iterum inspiciamus. Εἰ *γὰρ σώζουσι τὴν ἀνθρωπίνην γνώμην καὶ πιόντες, πῶς Ὀ δ υ σ σ ε ὺ ς θαυμάζει; οὐδὲν γὰρ π ε π ό ν θ α σ ι ν ἀλλότριον.* Non opinor: nusquam Ulixes hoc admiratus esse traditur, essetque ea res summopere absurda, si traderetur. Legendum: *πῶς Ὀ δ υ σ σ έ α θαυμάζει* (Circe); *οὐδὲν γὰρ π έ π ο ν θ ε ν ἀλλότριον.* Ultimum in ipso codice est *πέπονθεν* praebente, quae eduntur Prellero accepta referimus. Hactenus de quaestione: nunc solutionem respiciamus. *Ῥητέον οὖν ὅτι ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς οὐκ ἐθέλχθη οὐδ' ἤλλαξε τὸ τῆς γνώμης δ ῖ ο ν.* In codice est *διότι*, correctio Prelleri est, non mala illa quidem, sed tamen praefero: *τὸ τῆς γνώμης δ ι ό λ ο υ*, quoniam *δῖος* in prosa oratione non sic adhibetur. Sequitur: *οἱ δὲ ἑταῖροι ἐν τοιαύτῃ τινὶ ἕξει ἐγένοντο ὥστε ἔχειν μὲν τὴν ἀνθρωπίνην ψυχήν.... μέντοι καὶ τὸν νοῦν ἐγρηγορότα.* Nihil deëst praeter negandi particulam: (*οὐ*) *μέντοι κ. τ. νοῦν ἐγρηγορότα*, quod et Dindorfius proposuit (App. p. 780) *μὴ* coniiciens. Prellero debetur, nunc quidem recte, *ἕξει ἐγένοντο*: scribae *ἐξεγένοντο* exarare placuit. Post haec fortasse cum disputatio integra legebatur locum invenerunt, quae de vi ac potestate verbi *θέλγειν* in variis codi-

---

1) Sequitur in HQ· *ἡ δὲ λύσις ἐκ τῆς λέξεως*, inque his verbis abrupte nota desinit. At T rectissime omittit haec, quae sunt epitomatoris cuiusdam, incogitanter Aristarchea cum Porphyrianis conglutinantis. Coniungenda autem haec ultima cum scholio ex iisdem codicibus statim sequente, etsi vel sic fragmentum tantum esse et magnae disputationis *ἀπόσπασμα* apparebit conferentibus Porphyriana ad vss 213 et 329.

bus ad varios versus observata traduntur. Sic supra ad vs. 13 est in HQT: τὸ ἔθελξεν οὐ τὸ μεταμορφῶσαι σημαίνει, ἀλλὰ νωθέστερον ποιῆσαι πρὸς τὰς ἐνεργείας, ὡς ἐν Ἰλιάδι „αὐτὰρ χαιῶν θέλγε νόον" (M 255), οἷον ναθέστερον ἐποίει. Sic ad vs. 29, nunc in solo T verbo ἀκήλητος adscripta: ἄθελκτος, ἀμεἰβολος. τὸ δὲ θελχθῆναι ὁ ποιητὴς οὐκ ἐπὶ (τῆς) τοῦ σώματος θησιν ἀλλοιώσεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀφροσύνης· „ἧ τ' ἀνδρῶν ὄμματα λγει." θελχθείσης γὰρ τῆς ψυχῆς διὰ τὸν ἐπιφερόμενον ὕπνον ιὶ ἡ ὅρασις τῶν ὀφθαλμῶν (θέλγεται addendum censet Dindorıs, App. p. 781). τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος μαχόμενον εἶναι κεῖ τὸ „σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν." Haec ɔr se spectata non admodum perspicua sunt. Non enim, — ɜ caetera indicia tangam adnotationis prave contractae, — si ɜl maxime somno et mens mulcetur et oculorum acies hebetur, illud Circes ad Ulixem: σοὶ δὲ - ἀκήλητος νόος ἐστίν abet quo quis iure offendatur. At perspicua fiunt, ubi cum ısa Porphyrii disputatione, cuius olim et haec partem fuisse ɾistimo, iterum mente coniunguntur. Ubi docuit comites reuuisse quidem mentem humanam, at eam non erectam am:ius sed consopitam, consentaneum erat ut exponeret unde :omericum αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ita scilicet interpretandum ıxerit. Hoc autem inde repetit, quod comites θελχθῆναι diıntur, quod verbum, ipso quidem nunc auctore, non de corpore in ɔvam formam mutato, sed de animo consopito tardatoque eius ıpetu usurpatur. Verum omittamus haec, quae aliunde corısa fortasse integrae disputationis olim veluti membra fuerunt, ;que ad hanc revertamur, prout nunc ex uno Hamburgensi ɔgnitam habemus, quantum valeamus enucleandam. In hac, t monui, nihil de verbo θέλγειν adnotatum reperitur, sed post la: (οὐ) μέντοι καὶ τὸν νοῦν ἐγρηγορότα statim subiunguntur ıae nunc describam: ἴσως τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει.... εται καὶ τὸν νοῦν τρέπεσθαι, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς „αὐτὰρ νοῦς ἔμεδος ὡς τὸ πάρος περ·" ἀκούσας παρὰ τῶν ἑταίρων φησί, μαθὼν ·ι ἡ ῥάβδος ἡ μεταμορφοῦσα. Sunt haec verba totius dispuıtionis longe impeditissima, unde diu multumque meditatus proabilem sententiam elicere potui, neque tamen eam, quae omnibus umeris absoluta mihi videatur. In codice, ut videtur, parum ıt auxilii. „Inter λέγει et οἴεται nulla est in eo lacuna, sed

ταῦ. . ῦ. legitur." Φησί, μαθὼν Prellero debetur, codex Φα μαθηταῖς exaratum habet. Coniicio his adminiculis non sane firmissimis nixus: ἴσως τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει, (ἐπεὶ) αὐτὴ τούτων οἴεται καὶ τὸν νοῦν τρέπεσθαι· ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς „αὐτὰρ νοῦς ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ" ἀκούσας παρὰ τῶν ἑταίρων Φησί, μαθόντων ὅτι (οὐχ) ἡ ῥάβδος (ἦν) ἡ μεταμορΦοῦσα. Cur in ultimis οὐχ addiderim ὁ κατιὼν λόγος δηλώσει, caeterarum correctionum etsi causae in aprico positae sunt, non tamen, ut modo significabam, vel iis adscitis probatisque locum persanatum existimo, quippe quem non mendosum tantum esse sed et lacunosum, — vel potius admodum inscienter excerptum, omissis quae omitti nullo pacto debebant, — etiam sic apparebit. Est ad vs. 329 infra ex HQ adscriptum scholion hocce: καὶ μὴν καὶ τῶν ἄλλων „αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ." εἰ γὰρ ἔμενεν ὁ νοῦς, πῶς ἀπορεῖ ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως ὅτι οὐ μεταβέβληκε; ἢ τάχα περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι τὸν νοῦν ἐκείνων Φησί. ἢ ἐκ τῆς λέξεως λύοιτ' ἄν· ἢ γὰρ παραΦραστικῶς λέγει „σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν" ἀντὶ τοῦ ἀκήλητος εἶ, ἢ τὸ „αὐτὰρ νοῦς ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ" οὐκ ἐπὶ παντὸς λέγεται τοῦ νοῦ, ἀλλὰ τῆς ἡμερότητος. Haec quoque post criticorum curas nondum perpurgata sunt. Dicendum hic fuisse, non παραΦραστικῶς λέγει, sed περιΦραστικῶς, leve est. Paulo gravius peccatum est in his verbis: τάχα περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι τὸν νοῦν ἐκείνων Φησί. Nam si illud *mentem mansisse immutatam* οὐκ ἐπὶ παντὸς λέγεται τοῦ νοῦ, ἀλλὰ τῆς ἡμερότητος, cur quaeso idem περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι illorum mentem dictum esse potest? Rescribatur quantocius: ἢ τάχα περὶ τοῦ ἠγριῶσθαι τὸν νοῦν ἐκείνου Φησίν, nam respiciuntur haec Homerica (vss. 321, 322):

ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Κίρκῃ ἐπήϊξα ὥστε κτάμεναι μενεαίνων.

Ecquis autem est qui non videat, ea quae ex HQ prodierunt disputationis Porphyrianae in Hamburgensi non integerrime servatae excerpta esse vel in arctius contracta, simulque quae in Hamburgensis textu hucusque correximus his excerptis luculentissime comprobari? Sed hoc quoque indidem apparet quod supra dicebam: deësse in uberiore quaestione, quae illud τὸν μὲν νοῦν ἀπὸ μέρους ὅλον λέγει quo sensu accipiendum hoc loco

esset explicatius exponerent. Itaque quemadmodum illa in priore λύσει de vi verbi θέλγειν observata aliunde arcessenda censebam, ita nunc in altera quoque parte sic agendum arbitror, ut ea, quae de schemate ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον hic adhibendo Porphyrius haud dubie disseruit, mente saltem suo loco reponantur. Haec autem et ex extremis verbis excerpti ex HQ ad vs. 329 eliciendа et ex iis, quae paulo uberius in alio excerpto eorundem codicum (HQV) ad vs. 240 disputata sunt. Namque ibi ad lemma αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος: οὐχ ὁ σύμπας, ἀλλ' ὁ κατὰ τὸ φιλάνθρωπον μόνον. διὸ καὶ σαίνουσιν ὥσπερ δελφῖνες. „φιλάνορα δ' οὐκ ἔλιπον βιοτάν," κατὰ τὸν Πίνδαρον. Ita demum quae in observatione ut nunc stat Porphyrius contra morem suum posuit tantum, de more etiam probasse argumentando apparebit. Simul videmus et hinc, quam disiecta principis Lyticorum membra nobis supersint.

Neque tamen vel nunc aut Hamburgense Scholion finem recipit aut eius menda. Post ἡ ῥάβδος ἡ μεταμορφοῦσα haec adduntur: ἐπὶ γοῦν τοῦ Ὀδυσσέως οὐ λέγει ῥάβδῳ πεπληγυῖα, ἀλλ' ἕτερόν ἐστι τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὅτι οὐκ ἔθελξεν αὐτὸν τοῦ φαρμάκου διὰ τὸ φάσκειν τῇ ῥάβδῳ πλήσσειν ὡς μεταμορφοῦν ἱκανῇ καὶ ἀλλοιοῦν, καὶ ἐπὶ τῶν ἑταίρων εἰληφέναι μὲν τὸν κυκεῶνα καὶ πεπωκέναι, τὴν δὲ οἰομένην τεθέλχθαι αὐτὸν ἐπιφέρει τὴν ῥάβδον ὅτι οὐ τὸ σῶμα ἦν τὸ μεταβάλλον, ἀλλ' ἡ ψυχή. Et haec corruptissima sunt, sed ita corrupta ut, nisi me omnia fallunt, *certis* coniecturis iisque lenissimis sententia horum veluti ex Orco in lucem revocari possit. Inprimis faceta sunt quod de Ulixe οὐ λέγει ῥάβδῳ πεπληγυῖα. Atqui in Homero me legere memini:

> αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον οὐδέ μ' ἔθελξεν,
> ῥάβδῳ πεπληγυῖα ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.

Putemusne Porphyrium in Homero suo aliter legisse? Non opinor, negatio enim non huius est sed Prelleri. (App. p. 781.) Itaque hac auctori suo reddita nos totum locum ita constituamus: ἐπὶ γοῦν τοῦ Ὀδυσσέως εἰ λέγει ῥάβδῳ πεπληγυῖα, ἀλλ' ἕτερόν (γ') ἐστι τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὅτι οὐκ ἔθελξεν αὐτὸν (διὰ) τοῦ φαρμάκου, διὰ (τοῦ)το φάσκει τῇ ῥάβδῳ πλήσσειν ὡς μεταμορφοῦν ἱκανῇ καὶ ἀλλοιοῦν, (ἀλλ') ὡς ἐπὶ τῶν ἑταίρων εἰληφέναι μὲν τὸν κυκεῶνα καὶ πεπωκέναι, τὴν δὲ οἰομένην τε-

θέλχθαι αὐτὸν ἐπιφέρειν τὴν ῥάβδον, ὅτι οὐ τὸ σῶμα ἦν τὸ μεταβάλλον, ἀλλ' ἡ ψυχή. ἐπεὶ — ita totam disquisitionem concludit — *διὰ τοῦτο οὐ θαυμάζει, ὅτι τῇ ῥάβδῳ πληγεὶς οὐ μετεμορφώθη, ἀλλά, φησίν, ὡς οὐ πιών.* Intellegitur enim Homericum (vs. 326): *θαῦμά μ' ἔχει ὡς* (recte Cobetus, V. L. p. 108, *πῶς*) *οὔ τι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης.* Iam planum factum arbitror, quo iure supra rescripserim *μαθόντων ὅτι* (*οὐχ*) *ἡ ῥάβδος ἡ μεταμορφοῦσα.* Nunc enim totius Porphyrii argumentationis conspectum et quasi summam proponere remotis loci tenebris iam licet. Non secum pugnant, inquit, quod socii in sues conversi mentem immutatam retinuisse dicuntur et quod tamen idem Ulixi non converso accidisse Circe miratur. Etenim illud de sociis non stricte, ut aiunt, sed latiore sensu accipiendum est. Retinuerunt mentem, verum aut sic, ut adesse quidem, sed obdormivisse et quodammodo obtorpuisse visa sit, aut ut non totam mentem humanam sed mansuetudinem tantum servaverint. Nec potuit aliter, cum virga magica tacti fuerint, cuius haec vis est, *ut animum, non corpus feriat, corpore iam per potionem transformato.* Non obstat huic interpretationi, quod Ulixes quoque ea virga tactus narratur. Etenim hoc non ea de causa factum, quod hunc potione se transformare posse Circe desperabat, sed quod corpus iamiam mutatum iri censens animum quoque adgredi parabat. Haec mihi Porphyrianae disputationis sententia videtur, in qua et illud nos advertit, quod in duplici commemoratione rei ad transformationem adhibitae, et potionis et virgae, *illam ad corpus, hanc ad mentem pertinere existimabat.* Si in talibus quam accuratissime nos agere oporteret, dicerem ex iis quae *κ* 392—394 leguntur ita statuere Porphyrium videri. At praestat in his non accuratissime agere.

κ, 242. Comitibus in sues conversis eum victum proiecit Circe, *οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσιν.* His quaestiunculae excerptum adscriptum: *Τί οὖν, φασί, τίνος αὐτῆς χρεία ἀποθηριοῦν; εἰ μὲν γὰρ οἰκέτην ἔχρηζεν, ἔδει φυλάττειν αὐτούς, εἰ δὲ ἀνελεῖν, ἦν ἀποκτεῖναι.* (T) Corrigendum: (*ἀντὶ*) *τίνος αὐτῇ χρεία ἀποθηριοῦν; εἰ μὲν γὰρ οἰκετῶν ἔχρηζεν, ἔδει φυλάττειν αὐτούς, εἰ δὲ ἀνελεῖν, ἦν ἀποκτεῖναι.* Respondetur: *ἴσως τὰ μυθικὰ ἀσυκοφάντητα, καὶ* (fort. Ἢ) *ὅτι ἑτέρ-*

πετο, ὡς καὶ ἄλλοι θεῶν παῖδες. Nunc quidem non poterat melius.

κ, 296. Mercurius de Circe ad Ulixem: ἡ δέ σ' ὑποδδείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι. Factum id οὐ δι' ἀκολασίαν, ἀλλ' ἐξ ὧν προεῖπεν ὁ Ἑρμῆς (infra vs. 331) λογισαμένη ὡς θεοφιλής. (Q) Immo ὡς θεοφιλῆ. Significatur non Circe, sed Ulixes.

κ, 301. Paraphrasis ad μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θείῃ: μηδεμίαν ἀνδρείαν ἔχοντα, ἢ μηκέτι ἄνδρα, ἀλλὰ θηρία. (T) Reponendus singularis ἀλλὰ θηρίον.

κ, 314, 315. Εἷσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου
καλοῦ, δαιδαλέου· ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.

Ad hos versus excerptum criticum praebet Q, ut ego iudico Didymo sublectum, ut Schmidtius, Aristonico, leviter utique corruptum: ἐν τούτοις ἐπετέτακτο τὸ „καλοῦ, δαιδαλέου, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν," οὐ μέντοι παρ' Ἀριστάρχῳ. Schmidtius et post eum Larochius verba sine ulla corruptelae suspicione repetiverunt; Dindorfius merito offendit in ἐν τούτοις, pro quo „exspectes τισὶν vel ἐνίοις. Legitur hic versus (quem T in margine habet a m. rec.) infra 367 et α 131." Haec ille. At vitium ipse potissimum in praepositione quaesiverim, ut legatur: ἐπὶ τούτῳ ἐπετέτακτο τὸ „καλοῦ" κτλ., id est μετὰ τοῦτον, quod ex sexcentis locis hic unus Xenophontis demonstrabit (Cyrop. II, II § 6): στήσας τὸν λοχαγὸν πρῶτον καὶ τάξας δὴ ἐπ' αὐτῷ ἄνδρα νεανίαν. Itaque Aristarchus, expuncto versu satis debili, coniungebat: εἷσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου, || τεῦξε δέ μοι κυκεῶ χρυσέῳ δέπα, ὄφρα πίοιμι. E nostris libris praeter T hunc versum omittit Larochio teste Stuttgartensis tantum, pessimae notae codex.

κ, 324. Καί μ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. Participium mutabat Aristophanes. Ἀριστοφάνης „καί με λισσομένη." καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή. οὐδὲν γὰρ ὀλοφυρτικὸν λέγει καὶ ἐπάγει, quae Didymo accepta referimus. (H) Praeferam: οὐδὲν γὰρ ὀλοφυρτικὸν λέγει Ἢ ἐπάγει. Aristophanis scripturam e recentioribus tentaverunt Nauckius (Arist. p. 45) et Nitszchius, hic καὶ μειλισσομένη proposito, ille καὶ δέ με

λισσομένη, quorum tentamina merito reiecit Dindorfius. Schmidtii coniecturam (Didym. p. 201) καὶ δειδισσομένη, quam ex collatione versus 296 fulcire conatur, Dindorfius non cognovisse videtur.

κ, 350, 351.

Γίγνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων ἀπό τ' ἀλσέων
ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵ τ' εἰς ἅλαδε προρέουσιν.

Ad priorem versum adnotatur in BQV: ὑφίστανται νύμφας τινὰς ἐξ ὕδατος, vel potius in Vulgatis tantum, nam in BQ ὑφίστασθαι exaratum est, quod cum praecedente scholio κατήγοντο δὲ τῇ γενέσει, quae glossula est ad γίγνονται, casu quodam coaluit. Neque ὑφίστανται recte habet, etsi a Buttmanno commendatum, pro quo singularem requiro ὑφίσταται de Homero dictum eo significatu, quem in praecedentibus abunde explicavi. Ad alterum Didymiana habemus, partim in HQ servata, partim in solo H, utraque corruptissima, adeo ut viris doctis non parum negotii facessiverint. Praeposito lemmate οἵ τ' εἰς ἅλαδε sequitur: „οὔτε" γράφει Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δέ „οἳ εἰς ἅλα." δεύτερον δέ ἐστιν ἡ εἰς. Hucusque coniunctim peccantes HQ. Accesserunt postea ex H: καὶ γὰρ ὧδε νῦν τ' εἰς δῆ, ὡς τὸ „αὐτόν μιν" καὶ „ἀμφὶ περὶ κρήνην." Larochius nihil sani ex his extricari posse opinatus est. At ipse, Düntzeri, Schmidtii, Dindorfii conatibus insistens, iam in Observatt. (p. 98) ex οὔτε illud ipsum οἵ τε (sine εἰς) eruendum esse ostendi, quod Zenodotum scripsisse viri docti consentiunt. Videamus nunc, quid voce δεύτερον faciamus. Buttmannus vocem distrahens primam syllabam cum praecedente ἅλα coniungebat, unde Aristarchea lectio emergeret, in reliqua parte verbum περισσὴ latere suspicabatur, tulitque adsensum et Schmidtii et Dindorfii sic disputantis: „Hanc conjecturam commendant verba corrupta in fine scholii καὶ γὰρ — κρήνην, quae absunt a Q, ex H autem post Buttmanni demum editionem ab Cramero edita sunt." Buttmannus, ut semper, sensum corruptorum verborum optime adsecutus est. At vero ex υτερον aptissimum caeteroquin sententiae περισσή nasci posse quis sibi persuadeat? Idem nunc iudico de mea coniectura, qua olim ex υτερον verba διὰ τὸ μέτρον exsculpebam. Non tanto molimine opus est. Numerale servabimus,

verum non adiectivum sed adverbium, non δεύτερον, sed δίς, et ipsum in antiquiore exemplari fortasse compendiose expressum, sed male a scriba intellectum et literis redditum. Quo semel reperto caetera quae ex uno H accesserunt aeque portentosa facilem et emendationem inveniunt et explicationem. Totum enim ita constituatur: ῞ΟΙ ΤΕ γράφει Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δέ, ῞ΟΙ (Τ') ΕΙΣ ῎ΑΛΛΑ(ΔΕ). δίς δέ ἐστιν ἡ εἰς· καὶ γὰρ (καὶ) τὸ „δε" νῦν τ(ὸ) „εἰς" δη(λοῖ)· ὡς τὸ „αὐτόν μιν" καὶ „ἀμφὶ περὶ κρήνην." „Quorum sensum" — utor Dindorfii verbis — „hunc esse patet, in αὐτόν μιν et ἀμφὶ περί alterutrum ex abundanti eodem modo additum esse quo hic εἰς ἄλαδε pro simplici ἄλαδε dictum sit."

κ, 379. Βρώμης ὡς ῥώμης. ὅμοιον δὲ αὐτῷ ἐστι καὶ τὸ τρώμη· καὶ Ἀρίσταρχος ὀξύνει. (H) Est haud dubie Herodianeae doctrinae lacinia, in qua vel καί adiectum documento est (παρ)οξύνει rescribi oportere, quod et Larochium suasisse video.

κ, 396. Ulixis socii iterum in homines conversi νεώτεροι ἢ πάρος ἦσαν || καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες εἰσοράασθαι. Quidam philosophum agens adnotavit: ἐπείπερ οἱ μετὰ πείρας κακίας εἰς ἀρετὴν στραφέντες βελτίους ἑαυτῶν γίνονται, quae quisquiliae in B aetatem tulerunt. Corrigendum, si tanti est, μετὰ πεῖραν, quod certe minus ambiguum erit.

κ, 490. Cur Circe Ulixem eiusque socios ad Tiresian ablegaverit ut qui futura iis portenderet, quaesitum est. Πῶς πέμπει αὐτὸν ἵνα ἀκούσῃ; προῄδει γὰρ καὶ τὸν τῆς δαίμονος ἔρωτα. „θάνατος δέ τ' ἐξ ἁλὸς αὐτῷ ἀβληχρός." (λ 134.) καὶ μὴ πεισθῆναι Καλυψοῖ τὴν ἀθανασίαν ὑπισχνουμένῃ. δι' ἑαυτῆς δὲ οὐ μαντεύεται, ἵνα μὴ δοκῇ ἐρῶσα φοβερώτερον καθιστᾶν τὸν πλοῦν καὶ ἀπιστηθῇ. (Q) Plurima in his paucis verbis perperam posita sunt. Iam primum displicet πῶς πέμπει αὐτὸν ἵνα ἀκούσῃ; Cur aliter mitteret? Excidit nescio quomodo vocabulum prorsus ad sensum necessarium: πῶς πέμπει αὐτὸν ἵν' (ἄλλου) ἀκούσῃ; Quod ubi animadverterimus, sentiemus in iis quae proxime sequuntur deësse oppositionem non minus ad sensum necessariam: προῄδει γὰρ καὶ (αὐτὴ) τὸν τῆς δαίμονος ἔρωτα.

Tandem quae ex undecimo libro citantur et ipsa parvo scribendi vitio infecta sunt et — quod maioris est momenti — tam incommode interposita, ut caeterorum tenorem disturbent, ipsa nec cum antecedente sententia nec cum sequente bene copulari possint. Aliquanto melius post *ὑπισχνουμένῃ* reiicientur, totumque ita disponetur: *πῶς πέμπει αὐτὸν ἵν' (ἄλλου) ἀκούσῃ; προῄδει γὰρ καὶ (αὐτὴ) τὸν τῆς δαίμονος ἔρωτα, καὶ (τὸ) μὴ πεισθῆναι Καλυψοῖ τὴν ἀθανασίαν ὑπισχνουμένῃ. „θάνατος δέ τ(οι) ἐξ ἁλὸς αὐτῷ ἀβληχρός." δι' ἑαυτῆς δὲ οὐ μαντεύεται κτλ.* Eadem fere cum aliis lemmatis sunt in T ad vs. 491 adscripta: *ὑπονοοῦσα μὴ πιστεύεσθαι πέμπει αὐτὸν πρὸς Τειρεσίαν*, et explicatius in QV ad vs. 492: *διὰ τί οὖν οὐκ αὐτὴ μαντεύεται; ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσεν Ὀδυσσεὺς ἐρώσης αὐτῆς. εἶτα κατὰ μὲν Σειρῆνας καὶ τὸν πορθμὸν ὡς γειτνιῶσα μηνύει, -- περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐπιτρέπει τῷ μάντει.* Sed et haec vitium alunt. Dicine Graece potest *μηνύειν κατά τινα* pro *indicare*, *ostendere quem caveas?* Quoniam multum vereor ut possit, rescripserim: *εἶτα κάτω (τὰς) μὲν Σειρῆνας καὶ τὸν πορθμὸν ὡς γειτνιῶσα μηνύει*, nempe infra *μ* 39 seqq. [1]).

κ, 514. Κωκυτός: *λέγεται ὁ πρῶτος ποταμὸς ὁ τὸν βροτὸν δεχόμενος, τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ἐπώνυμον κακόν. εἶτα* Πυριφλεγέθων, *ἤτοι τὸ πῦρ τὸ ἀφανίζον τὸ σάρκινον τῶν βροτῶν. εἶτα ὁ Ἀχέρων μετὰ τὸν Κωκυτὸν καὶ τὸ ἠρίον, ὅπερ ὀφειλὴ νεκρῶν ἐστιν ἰαχὴ γίνεται. εἶτα Στυγὸς ἀπορρῶγες. οὐκ ἔστι γὰρ ὃς οὐ στυγνάζει τὸν τεθνηκότα.* (HQ) Quae diductis literis significavi (*καὶ τὸ ἠρίον – ἰαχὴ γίνεται*) Dindortius (App. p. 783) „vel corrupta vel defecta" pronunciavit, et sunt hercle absurda, neque inter se neque cum reliquis ullo modo cohaerentia. At facillimum factu est haec *ἀδιανόητα* quae videntur et sepulta certa coniectura eaque lenissima ad lucem vitamque revocare. Scribendum: *εἶτα ὁ Ἀχέρων, (ἐπεὶ) μετὰ τὸν κωκυτὸν καὶ τὸ ἠρίον, ὅπερ ὀφείλη(μα)* [2]) *νεκρῶν ἐστιν, ἄχη γίνεται.*

---

1) Paulo aliter Cobetus (Mnemos. N. S. VII, 1879, p. 437): *εἶτα (τὰ) μὲν κατὰ (τὰς) Σειρῆνας.*

2) An retinendum *ὀφειλή*, quod Etymologo Magno auctore (*Ὀφειλή· σημαίνει τὸ χρέος. -- σπανίως δὲ εὕρηται ἐν χρήσει· εὑρίσκεται δὲ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς περὶ πόρων*) olim legebatur apud Xenophontem de Vectig., nunc autem nusquam

Apparet etymologias hic captari simulque allegorias. Invenit nomen suum ὁ Κωκυτός ab eiulatu miserorum mortalium, quorum carissima capita descenderunt apud inferos, estque adeo humanorum dolorum ἐπώνυμον κακόν. Ab igne quod quidquid in homine mortale est consumit, ὁ Πυριφλεγέθων nomen aperte traxit. Στύξ ab horrore et tristitia dicta (ἀπὸ τοῦ στυγνάζειν). Difficilior res erat in Acherontis origine indaganda. Commenti sunt igitur etymologiam vere Graecam: ὅτι ἄχη γίνεται μετὰ τὸ ἠρίον (ἀχ — ηρίον, Ἀχέρων). Restat, ut investigemus cuinam hanc eximiam doctrinam acceptam referamus. Nempe nostra ad verbum fere excerpta sunt ex Heraclito, Allegoriarum Homericarum auctore, quae res Dindorfium fugisse videtur, atque ita emendationem nostram facili negotio stabilire licebit. Ita enim hic — et sic demum excerptum nostrum plene intellegi poterit — (c. LXXIII, p. 144 Mehl.): Μεταβὰς δ' ἐκ τῶν ὑπὲρ γῆς θεωρημάτων οὐδὲ τὴν ἀφανῆ καὶ νεκρὰν φύσιν εἴασεν ἀναλληγόρητον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Αἴδου συμβολικῶς ἐφιλοσόφησε. Κωκυτὸς οὖν ὁ πρῶτος ὀνομάζεται ποταμός, ἐπώνυμον ἀνθρωπίνου πάθους κακόν. θρῆνοι γὰρ ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν οἱ παρὰ τῶν ζώντων. Πυριφλεγέθοντα δ' ἐφεξῆς ὀνομάζει. μετὰ γὰρ τὰ δάκρυα ταφαὶ καὶ πῦρ ἀφανίζον ὅ ἐστι θνητῆς σαρκὸς ἐν ἡμῖν. ἀμφοτέρους δὲ τοὺς ποταμοὺς εἰς ἕνα τὸν Ἀχέροντα συρρέοντας εἶδεν, ἐπείπερ ἐκδέχεται μετὰ τοὺς πρώτους κωκυτοὺς καὶ τὴν ὀφειλομένην ταφὴν ἄχη τινὰ καὶ λῦπαι χρόνιοι, πρὸς ὀλίγας ὑπομνήσεις ἐρεθίζουσαι τὰ πάθη. Στυγὸς δ' ἀπορρῶγες οἱ ποταμοὶ διὰ τὴν στυγνότητα καὶ τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ κατήφειαν. Iam quod dicebam, satis — ut opinor — hinc demonstratum erit. Neque tamen Heracliti ipsius, quae adferebam, verba ab omni parte integra mihi videntur, in quibus nec θρῆνοι — οἱ παρὰ τῶν ζώντων commode habeo explicare nec λῦπαι χρόνιοι, πρὸς ὀλίγας ὑπομνήσεις ἐρεθίζουσαι τὰ πάθη. Equidem plane contrarium exspectabam, πρὸς μακρὰς sive αἰωνίους ὑπομνήσεις. Sed quod certo reponam, neutro loco reperio. An pro ὀλίγας scribendum: λῦπαι χρόνιοι, πρὸς διωλυγίους

---

ibi comparet? Nam quod suspicantur, id olim lectum fuisse ibid. c. IV § 35, ubi nunc ἢ μηδὲν ὄφελος αὐτῶν εἶναι, quis hoc probet? Sed hoc obiter. Adnotaverunt Thesauri Stephaniani editores et apud alios sequiores vocem ὀφειλή aliquoties occurrere, ut in N. T. ap. Matth. XVIII, 32 et ad Rom. XIII, 7, item ap. Eustathium.

ὑπομνήσεις ἐρεθίζουσαι τὰ πάθη? De qua voce, sequioribus admodum adamata, quaeque cum μακρὸς simm. consociari solet, nobilis est Ruhnkenii disputatio ad Timaeum p. 75 (88), ad quam omnes provocant. Ex huius exemplis de sequiorum scriptis desumptis, unum hoc Philonis Iudaei repetam: ὁ δὲ βαθὺς καὶ διωλύγιος ὕπνος.

Nunc quoniam Heraclitus in manibus est, non abs re erit ut in cognato argumento in hunc quoque auctorem aliquammulta proferre receptae lectionis tentamina, quae etiam post iteratas Mehleri curas non magnae molis libellum sed pluribus locis a scribis male habitum hic illic emendatiorem exhibere valeant. Praeivit his quodammodo Hermanus Diehls, vir apud Germanos eximia doctrina florentissimus, qui ante aliquot annos magna verborum asperitate emendationem ad Heracliti Allegorias proposuit, veram illam quidem sed unam. Nempe circa finem in extrema peroratione (p. 152 Mehl.) ita editur: ἱερεῖς δὲ καὶ ζάκοροι τῶν δαιμονίων ἔτι τῶν αὐτῶν πάντες ἐσμὲν ἐξ ἴσου. Correxit Diehlsius: τῶν δαιμονίων ἐπῶν αὐτοῦ, plaudentesque adsentimur, simul ne et ipsi ἀσύμβολοι discedamus praeter ea, quae in praecedentibus hic illic iam attigimus, haec addentes.

C. I (p. 2): Εὐθὺς γὰρ ἐκ πρώτης ἡλικίας τὰ νήπια τῶν ἀρτιμαθῶν παίδων διδασκαλίᾳ παρ' ἐκείνῳ τιτθεύεται, καὶ μονονοὺ ἐνεσπαργανωμένοις τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ καθαπερεὶ ποτίμῳ γάλακτι τὰς ψυχὰς ἐπάρδομεν. Primum comprobatur hinc coniectura Diehlsiana per se verissima. Tum non est sanum παρ' ἐκείνῳ. Teneri puelluli, opinor, non *apud Homerum* cognitione Homericorum carminum imbuebantur. Mehlerus perperam: „fort. del. vocabul. διδασκαλίᾳ", estque in universum, ut passim ostendetur, nimis pronus ad eiicienda ea quae ipsi molestias exhibent, etiam ubi nulla interpolationis suspicio accedere potest. Quod et nunc factum est. Legendum nullo eiecto vocabulo: τὰ νήπια τῶν ἀρτιμαθῶν παίδων διδασκαλίᾳ παρ' ἐκείνου τιτθεύεται, quod ipse comprobabit Heraclitus, cui sententias suas immutatis verbis saepius iterare praeplacet. In epilogi initio (c. LXXIV p. 146): ἵνα — ἀναιρεθέντων τῶν ποιημάτων ἄφωνος ἀμαθία τοῦ κόσμου κατασκεδασθῇ, καὶ μήτε νηπίων παίδων χορὸς ὠφελῆται, τὰς σοφίας παρ' Ὁμήρου πρῶτον ὡς ἀπὸ τιθήνης ποτιζόμενος γάλα,

μήτ' ἀντὶ παίδων οἱ νεανίαι καὶ τὸ παρηβηκὸς ἤδη τῷ χρόνῳ γῆρας ἀπολαύῃ τινὸς ἡδονῆς, πᾶς δ' ὁ βίος ἀφαιρεθεὶς τὴν γλῶτταν ἐν κωφότητι διάγῃ; Haec quoque duplici mendo deturpantur, quorum unum sustulit Mehlerus, alterum ipse tollere conabor. Quis ferat: μήτ' ἀντὶ παίδων οἱ νεανίαι? Mehlerus ante paucos annos (Mnem. N. S. VI p. 407, 1878): „non dubium est, quin Heraclitus scripserit: μηδ'" (immo μήτ') „ἀντίπαιδες καὶ νεανίαι." Mox καὶ τὸ παρηβηκὸς ἤδη τῷ χρόνῳ γῆρας ἀπολαύῃ exhibet A (Vatic. 871), at D (Vatic. 305, qui liber et Porphyrii Ζητήματα, ut notum, continet, et Heracliti ex fine fragmentum, quo uno reperto opus antea mutilum integritatem recuperavit): καὶ ὁ παρηβηκὼς ἤδη τῷ χρόνῳ τοῦ γήρως μὴ ἀπολαύῃ. Negatio male adest, sed ex caeteris corruptissimis nonne haec exsculpenda sunt Heraclito fucate scribente digniora, quam quae ex A eduntur: καὶ τὸ παρηβηκὸς ἤδη τῷ χρόνῳ τοῦ γήρως ἀπολαύῃ, quemadmodum supra τὰ νήπια τῶν ἀρτιμαθῶν παίδων dixit? Sed utut hoc est, ἀπολαύῃ τινὸς ἡδονῆς cum admodum ieiune et, ni fallor, etiam praeter mentem scriptoris dicatur, sine dubio supplendum ἀπολαύῃ (θείας) τινὸς ἡδονῆς. Innumeri sunt loci, quibus in Heracliti libello Homerus θεῖος audiat, quorum duos indicabo, p. 5: ἐπεὶ καὶ αὐτός ἐστι θεῖος et p. 148: ἐπίτευγμα τῆς Ὁμηρικῆς θειότητος ἄξιον.

Sequitur pag. 2. Ἀρχομένῳ δ' ἑκάστῳ συμπαρέστηκε, καὶ κατ' ὀλίγον ἀπανδρουμένῳ ἐς τελείους συνακμάζει, καὶ κόρος οὐδὲ εἷς ἄχρι γήρως. Designantur hominum aetates, iuventus, aetas virilis, senectus, ad quam rem probandam fere non opus est ut ad gemellum ex Epilogo locum, quem supra descripsimus, provocemus. Cum multum verear, ut vox ἀρχόμενος iuventutem satis commode innuat, quidni probabimus Wyttenbachianum αὐξομένῳ a Mehlero in adnotatione critica commemoratum?

C. II (p. 4): Ἃ μὲν γὰρ ἐξ ἴσου καὶ κατὰ κοινὸν ὑπὲρ ἁπάντων ἱεροπρεπῶς τεθεολόγηται, τί δεῖ καὶ λέγειν; Auctori propositum est ut demonstret ὅτι οὐδεμία κηλὶς ἐναγῶν μύθων τοῖς (Ὁμήρου) ἔπεσιν ἐνεσπείρηται. Quapropter active oportet ἃ — ἱεροπρεπῶς τεθεολόγηκεν. Sic (p. 51) ὁ σκοτεινὸς Ἡράκλειτος

— — *θεολογεῖ τὰ φυσικά*, ipseque Homerus (p. 105) *οὐκ ἠδύνατο πάντα θεολογεῖν.*

C. III (p. 5): *Εἰ δ' ἀμαθεῖς τινες ἄνθρωποι τὴν ὁμηρικὴν ἀλληγορίαν ἀγνοοῦσιν, οὐδ' εἰς τὰ μύχια τῆς ἐκείνου σοφίας καταβεβήκασιν, ἀλλ' ἀβασάνιστος αὐτοῖς ἡ τῆς ἀληθείας κρίσις ἔρριπται, καὶ τὸ φιλοσόφως ῥηθὲν οὐκ εἰδότες, ὃ μυθικῶς δοκεῖ πλάσαι, προσαρμόζουσιν, οὗτοι μὲν ἐρρέτωσαν.* Manifesto corruptum est *προσαρμόζουσιν*, restitutio minus manifesta. Quod Wyttenbachius dubitanter proposuisse videtur *προαρπάζουσιν* cum ex Mehleri nota tantum cognitum habeam quibus id argumentis stabiliverit nescio. Nec certe admodum arridet; nam quae hic *praeripiendi* notio? Immo requiri putaverim quod significet *increpare*, *detestari*, *conviciari*, nam Homeri detrectatores tangi, Platonem, Epicurum, Zoilum, ex tota opella planum fit. Sic v. c. XXX (p. 62): *πολλὴ δὲ κατ'* (sic! l. *καθ'*) *Ὁμήρου τραγῳδία σκηνοβατεῖται παρὰ τοῖς ἀγνωμόνως αὐτὸν ἐθέλουσι συκοφαντεῖν.* Unum reperio vocabulum, cui hic sensus inest, quod dubitanter nostro loco pro *προσαρμόζουσιν* reposuerim: — *καὶ τὸ φιλοσόφως ῥηθὲν οὐκ εἰδότες, ὃ μυθικῶς δοκεῖ πλάσαι π ρ ο π η λ α κ ί ζ ο υ σ ι ν.* Vulgata e lacunula male expleta orta videtur.

C. IV (p. 6): *Οὐδ' Ἐπικούρου φροντὶς ἡμῖν — — ἅπασαν ὁμοῦ ποιητικὴν ὥσπερ ὀλέθριον μύθων δέλεαρ ἀφοσιούμενος.* Mehlerus: „fort. del. *μύθων*." Non faciemus, sed transpositis duabus literis legendum iubebimus: *ὥσπερ ὀλέθριον θ υ μ ῶ ν δέλεαρ.* Nihil enim — opportune ipso monente Mehlero, ad p. 37, — hac confusione frequentius. Solet Heraclitus *θυμοὺς* in plurali de affectibus ponere. Posuit c. XIX (p. 39): *ἐπισκοτουμένου τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν λογισμοῦ τοῖς περὶ τὰ στέρνα θυμοῖς*, posuit c. LIX (p. 121): *αἱ πρῶται τῆς ἱκεσίας φωναὶ τοὺς ἄρσενας αὐτοῦ* (Achillis) *θυμοὺς ἐξεθήλυναν*, et sic saepissime.

Sequitur: *καὶ τὸ πικρότατον, ἀρχὴν ἑκάτεροι τῶν παρ' ἑαυτοῖς δογμάτων ἔχοντες Ὅμηρον, ἀφ' οὗ τὰ πλεῖστα τῆς ἐπιστήμης ὠφέληνται, περὶ τοῦτον ἀχαρίστως εἰσὶν ἀσεβεῖς.* Corrigendum primum *ὑφ' οὗ*, tum Mehleriana coniectura interpretationis ope repudianda. Hic enim ita: „Fort. *ἀχάριστοί εἰσιν ἀσεβῶς.*"

[M]inime gentium. Auctor enim hoc vult: *οὐ μόνον ἀσεβεῖς εἰσιν ἀλλὰ καὶ ἀχάριστοι.*

C. V (p. 8): Ubi sub Alcaei allegoriis Myrsilum tyrannum [lat]eti resque Mytilenaeorum latere ostendit, uno exemplo prolato [p]ergit: *ὁμοίως δὲ τὰ ὑπὸ τούτου αἰνιττόμενος ἑτέρωθί που λέγει.* [N]on satis capio *τὰ ὑπὸ τούτου*, nec tyranno subditos *τὰ ὑπὸ [τ]υράννου* Heraclitus recte dixerit. Rectum videtur: *τὰ ἐπὶ [τ]ούτου*, quae huius temporibus gesta sunt.

Interiectis quibusdam: *καὶ μὴν* — inquit — *ὁ Τήϊος Ἀνα[κ]ρέων ἑταιρικὸν Φρόνημα καὶ σοβαρᾶς γυναικὸς ὑπερηΦανίαν ὀνει[δ]ίζων τὸν ἐν αὐτῇ σκιρτῶντα νοῦν ὡς ἵππον ἠλληγόρησεν.* Usitatum [e]st: *εἰς ἵππον ἠλλήγορησεν.* Scholia ad β 433: *ἡ Ἀθηνᾶ στοι[χ]ειακῶς εἰς τὸν ἀέρα ἀλληγορεῖται.* Scholia ad Plutum vs. 8 ex [D]orvilliano codice: *ἐπειδὴ ὁ Ἀπόλλων εἰς τὸν ἥλιον ἀλληγορεῖται, [Λ]οξίαν* (ἂν add.) *τοῦτον εἴποις, ὡς λοξὴν τὴν πορείαν ποιούμενον.*

C. V (p. 9): *Καθόλου μακρὸς ἂν εἴην ἐπεξιὼν ἕκαστα τῶν παρὰ [π]οιηταῖς καὶ συγγραΦεῦσιν ἠλληγορημένων. - - Ἀλλ' οὐκ αὐτὸς [Ὅ]μηρος ἀμΦιβόλοις, ἔσθ' ὅτε καὶ ζητουμέναις ἔτι ταῖς ἀλληγορίαις [ε]ὑρίσκεται χρώμενος, ἐναργῇ τὸν τρόπον ἡμῖν τῆς ἑρμηνείας πα[ρ]αδεδωκὼς τοῦτον, ἐν οἷς Ὀδυσσεὺς τὰ πολέμου καὶ μάχης κακὰ [δ]ιεξιὼν Φησίν· „Ἧς τε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν" [κ]τλ.; Τὸ μὲν γὰρ λεγόμενόν ἐστι γεωργία, τὸ δὲ νοούμενον μάχη.* [L]ongior in his sententia, quae media posita est, cum videatur [p]aulo impeditior, plura critici in ea moliti sunt. Legebat Scho[w]ius *ἀλλ' ὅ γε αὐτὸς Ὅμηρος*, mox verba *ἔσθ' ὅτε καὶ ζητου[μ]έναις* spuria esse suspicatus, utrumque sine dubio perperam [p]roponens, *ἀλλ' οὖν αὐτὸς Ὅμηρος, ὃς* Heynius. Utriusque viri [d]octi coniecturas reiecit Mehlerus, „interpunctione mutata nulla [o]pus esse correctione" adseverans. At nec quo modo ipse tex[t]um exhibuit auctoris menti satisfit, — non enim vis sententiae [i]n priore eius parte sita est sed in ulteriore, non in eo quod [H]omeris incertis et ambiguis allegoriis perhibetur usus, sed quod [n]onnunquam et *ἐναργέσι*, cui rei probandae exemplum adlatum [u]nice inservit, — neque ipse Mehlerus abstinuit coniectura, atque [e]a, quae omnem spem sententiae bene constituendae abstulisset, nisi

de codicum lectione monuisset infra textum. Verba Heracliti enim absque dubio ita sunt digerenda: Ἀλλ' οὐκ αὐτὸς Ὅμηρος, (ὅς) ἀμφιβόλοις ἔσθ' ὅτε - - ταῖς ἀλληγορίαις εὑρίσκεται χρώμενος, ἐναργῆ τὸν τρόπον ἡμῖν τῆς ἑρμηνείας παραδέδωκε τοῦτον, ἐν οἷς Ὀδυσσεὺς - - φησίν „ἧς τε πλείστην" κτλ.; In qua restitutione ὅς, ut dixi, Heynio debetur, παραδέδωκε codicibus.

C. VI (p. 10): Πολὺς γὰρ θρυλεῖται περὶ τῆς Ἀπόλλωνος ὀργῆς λόγος, ὅτι - - οὕτως ἄδικός ἐστιν ἡ τούτου μῆνις, ὥσθ' ὁ μὲν ὑβρίσας Χρύσην Ἀγαμέμνων οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπαθεν, ὀφείλων εἴπερ ἠδίκει κολασθῆναι. Usus dicendi requirit: ὀφείλων εἴπερ ἠδίκει (καὶ) κολασθῆναι. Exempla ubique obvia; unum adferam quod forte memoriae inhaeret, Artemidori in argumento subturpi ita scribentis: καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν, ᾧ ἡμάρτανε μέρει τοῦ σώματος τούτῳ καὶ κολασθῆναι. (Oneirocr. I, c. LXXIX).

C. VII (p. 12): Ἠκρίβωται δ' ἡ περὶ τούτων ἀπόδειξις καὶ Ἀπολλοδώρῳ --· τοῦτ' ἔγωγε τὴν ἐπὶ πλέον ἐξεργασίαν καὶ ἀκαίρου λόγου περιττὸν ὑπερθήσομαι μῆκος. Immo: ὡς ἀκαίρου λόγου περιττὸν ὑπερθήσομαι μῆκος.

C. VII (p. 14): Λυκηγενῆ προσηγόρευσε τὸν ἥλιον, ἐπειδὴ τοῦ κατὰ τὴν ὄρθριον ὥραν λυκαυγοῦς αὐτός ἐστιν αἴτιος. Mehlerus: „fort. del. αὐτός, ut e dittographia natum." Potius suaserim ut in οὗτος mutetur.

C. VIII (p. 16): Ἐπειδήπερ οὖν - - ἐκ τοῦ ἡλίου τὰ τοιαῦτα τῶν παθημάτων συνίσταται, Φυσικῶς ἐπέστησε τῷ λοιμῷ τὸν Ἀπόλλωνα καὶ ὅτι, καθ' ὃν καιρὸν συνέβαινε τοὺς Ἕλληνας ἐν τῷ λοιμῷ νοσεῖν, θέρειος ἦν ὁ καιρός, ἤδη πειράσομαι διδάσκειν. Necessario interpungendum scribendumque: Φυσικῶς ἐπέστησε - τὸν Ἀπόλλωνα. (Νῦν) καὶ ὅτι -- θέρειος ἦν ὁ καιρός, ἤδη πειράσομαι διδάσκειν. Similiter c. XII incipit: Νῦν τοίνυν καὶ τὰ κατὰ μέρος εἰρημένα περὶ τῆς νόσου διασκεψώμεθα, et c. LXIX: Νῦν τοίνυν ἅπαντα τἄλλα ἀφέντες ἐπὶ τὴν διηνεκῆ -- κατηγορίαν τραπώμεθα.

C. VIII (p. 17): Μία γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀγαμέμνονος ἀριστείας ἐπὶ

τὴν Ἀχιλλέως ἄνοπλον ἔξοδον ἡμέρα παρατείνεται, καὶ τὸ μεῖζον, οὐδ' ὁλόκληρος. Mehlero placuit: „fort. τὸ μέγιστον," mihi unice verum videtur: καὶ Ὃ μεῖζον, οὐδ' ὁλόκληρος. Sic p. 30: ἐπειθ', ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθές ἐστιν, ubi quod scholia habent μᾶλλον ἀληθέστερον fortasse Heraclitum verius refert exquisitiora venantem. Idem restituendum c. XXVII p. 59: τοῦτο τοίνυν, εἴτε κοσμική τις ἀναμέτρησις, εἴθ' ὅτι μᾶλλον ἀληθές, ἔστιν ἀλληγορικὴ τοῦ καθ' ἡμᾶς πυρὸς παράδοσις, qui fortasse typographorum est error pro: ὅ τι μᾶλλον ἀληθές.

C. IX (p. 20): Νιφετὸς γὰρ εἷς καὶ χειμερίων ὑδάτων ἐπομβρία ῥᾳδίως ἂν ἀμφοτέρους κατέκλυσεν· ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὴν νομίζω τὴν ἀπὸ τῆς πόλεως ἔξοδον ἐπὶ τὴν μάχην οὐκ ἄλλου τινὸς εἶναι καιροῦ σημεῖον ἢ θέρους. Et hic interpunctione reficta insertaque necessaria vocula leniter emendandum: νιφετὸς γὰρ εἷς καὶ χειμερίων ὑδάτων ἐπομβρία (μία) ῥᾳδίως ἂν ἀμφοτέρους κατέκλυσεν. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὴν νομίζω κτλ. In verbo κατέκλυσεν quod demonstratum volebat auctor finem invenit. Iam concludit: ἐγὼ μὲν οὖν νομίζω.

Pergit: ἅπας γὰρ ἀναπαύεται πόλεμος ἐν χειμῶνι, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐκεχειρίαν ἄγουσιν, οὔθ' ὅπλα δυνάμενοι βαστάζειν οὔτε τὰς πολεμικὰς ὑπηρεσίας φέρειν. Articulus τὴν incommode adiicitur. Etiam nunc Mehlerus, resecando pusillum vitium sanandum arbitratus, „fort. expungendum est τήν." At praestabit emendare: καὶ τέως πρὸς ἀλλήλους ἐκεχειρίαν ἄγουσιν.

C. X (p. 22). Permultis adlatis, quibus argumentis evincat quo tempore Graeci cum Troianis conflixerunt aestivum fuisse tempus, totam argumentationem ita concludit: τί δεῖ τὰ πολλὰ μηκύνειν; σχεδὸν γὰρ ἀπόχρη, κἂν εἴ τι τῶν εἰρημένων ἓν ἀπεδείξαμεν, ἐκφῆναι τοῦ ἔτους τὸν καιρόν·

καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρῖκαι,
καίετο δὲ λωτός τε ἰδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον. (Φ 350 seqq.)

Primum insertum oportet: τί (δὲ) δεῖ τὰ πολλὰ μηκύνειν; nam aut sic aut per: καὶ τί δεῖ τ. π. μηκύνειν (p. 41) sententias connectebant. Sed peius laborant sequentia, in quibus nec τι suum locum occupat, nec nisi inepta exit sententia haec: etiam si forte unum aliquod ex dictis demonstraverimus. At plurima

iam demonstraverat. Mehlerus mendum non dubium emendatione tollendum iure ratus, disputat: „ita codices praeter A, qui *ἐναπεδείξαμεν* uno tenore scriptum exhibet. Ita fortasse sententia est constituenda: *κἂν εἰ τῶν εἰρημένων ἔτι ἓν ἀπεδείξαμεν, ἐκφῆναι τοῦ ἔτους τὸν καιρὸν, τό.*" Et scripsit aliquid in hanc sententiam Heraclitus, sed, ni fallor, non ita scripsit. Nam et *τό* in fine plane supervacuum videtur, et ne in Mehleri quidem restitutione expedio illud *τῶν εἰρημένων.* Nam quid est *ἓν ἔτι ἀποδεικνύναι τῶν εἰρημένων*? Num sibi *εἰρημένα*? Num Homero? Equidem potius correxerim: *σχεδὸν γὰρ ἀπόχρη, κἂν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἓν (ἔτι) ἀποδείξωμεν, ἐκφῆναι τοῦ ἔτους τὸν καιρόν.* Si, inquit, praeter ea quae iam dicta sunt unum observavero, satis demonstratum erit, quo anni tempore bellatum sit.

C. XIII (p. 28): *Ἀρχὴ δὲ ταύτης τῆς δόξης* (nempe *ὡς οὐ κωφὸς οὐδ' ἄφθογγός ἐστιν ὁ κόσμος*) *Ὅμηρος, εἰπὼν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀλληγορικῶς βέλη, προσθεὶς δ' ὅτι φερόμεναι διὰ τοῦ ἀέρος ἔκλαγξαν ἡδεῖάν τινα καὶ ἔνθεον φωνήν.* Nullibi Homerus Apollinis sagittas *dulcem* sonitum emisisse dixit, estque id et rationi contrarium et narrationis tenori. Quapropter Schowius: *ἰδίαν ἔνθεόν τινα φωνήν*, videturque vox *ἰδίαν* esse in Heracliti codicibus. In scholiis Iliacis est: *ἤτοι ἡδεῖάν τινα καὶ ἔνθεον φωνὴν ἀπετέλεσαν.* Nuper (Mnem. N. S. VI p. 404) Mehlerus de hac eadem re ita disputavit: „cum vix dubium esse possit, quin pro *ἡδεῖάν τινα καὶ ἔνθεον φωνήν*, habita ratione Il. A 49, „*δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο,*" legendum sit *ἔκλαγξαν δεινήν τινα κτέ.*, tum non minus manifestum est *λόγου* mutandum esse in *λοιμοῦ.*" De ultimis statim videbimus. Sed hoc certum est, male huc traxisse Mehlerum versum Homericum quem citavit, ut inde suum *δεινήν τινα φωνήν* confirmaret. In isto enim versu de arcus sono agitur, apud Heraclitum de sagittarum. Considerantibus Homerica (A 46, 47):

ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο
αὐτοῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς,

verius videbitur, *ὅτι φερόμεναι διὰ τοῦ ἀέρος ἔκλαγξαν λιγεῖάν τινα καὶ ἔνθεον φωνήν*, quod sagittarum proprium esse potest. Praeterea *τὸ ἴδιον τοῦ λόγου* equidem non tetigerim. Absoluto

enim — inquit — quod de omni sagittarum in pharetra sonitu valet, (*τὰ κοινὰ τῶν φθόγγων παραστήσας*), nunc ad id transit, quod in praesentem tantum narrationem convenit, *ἐπὶ τὸ ἴδιον εὐθὺς τοῦ λόγου μετέβη*: nempe deum — id est ex Heracliti sententia sòlem — iratum perniciem omnibus intentare. Significatur hoc poëtico more per illa: *ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς*. Intellegi pestem apertum est; sed cum in sequentibus auctor hoc disertis verbis commemoret, (*ὁποῖα εἴωθεν ἐν τοῖς λοιμικοῖς πάθεσιν ἐπιπροσθεῖν τῷ δι' ἡμέρας φέγγει*), cur contra artem bis significaret?

C. XV (p. 31): *Λυτὴρ δ' Ἀχιλλεὺς τῆς νόσου· Χείρων γὰρ αὐτὸν ἐδίδαξε, -- ὃς πάσῃ μὲν ἐκέκαστο σοφίᾳ, περιττὸς δ' ἦν τὴν ἰατρικήν. -- προσέθηκε δ' Ἀχιλλεῖ θεραπεύοντι, φυσικῶς ἀλληγορήσας, θεὰν Ἥραν.* Legerim: *προσέθηκε δ' Ἀχιλλεῖ θ ε ρ α π ε ύ ο υ σ α ν — θεὰν Ἥραν*, quod sequentibus commendabitur hisce: *δύο γὰρ ὄντων -- τῶν πνευματικῶν στοιχείων, αἰθέρος τε καὶ ἀέρος, τὸν μὲν Δία τὴν πυρώδη φαμὲν οὐσίαν. ἡ δὲ Ἥρα μετ' αὐτὸν ἐστιν ἀήρ, μαλακώτερον στοιχεῖον, διὰ τοῦτο καὶ θῆλυ.* Iunonis igitur auxilium sic interpretandum allegorica ratione, *ὅτι τοῦ πάλαι θολεροῦ διαχυθέντος ἀέρος αἰφνιδίως διεκρίθη τὸ σύμβαμα.* Itaque medenti Achilli *Ἥρα θεραπεύουσα προσετέθη.*

C. XIX (p. 39): *Λοιπὸν οὖν καταλείπεται ζητεῖν, ἐν ᾧ τόπῳ τὸ λογικὸν ἵδρυται μέρος. ἔστι τοίνυν ἡ κεφαλὴ καθ' Ὅμηρον ἐν τῷ σώματι τὴν κυριωτάτην εἰληχυῖα τάξιν. ὅλον οὖν εἴωθεν ὀνομάζειν τὸν ἄνθρωπον, ἐξαιρέτως ἀφ' ἑνὸς τοῦ κρατίστου τὰ λοιπὰ δηλῶν.* In primis huius sententiae verbis „aut *λοιπὸν* aut *καταλείπεται* diceres abundare." Ita Mehlerus iudicat et adsentior, modo ne propterea alterutrum expungatur in Sophistae opere verborum inani tinnitu gaudentis. In ultimis sententiarum tenor perturbatur, quamobrem Mehlerus: „fort. inserendum est *οὕτως* inter *οὖν* et *εἴωθεν*." Facilius idem consequemur scribendo: (*ὅ θ ε ν*) *ὅλον εἴωθεν ὀνομάζειν τὸν ἄνθρωπον*, eiecto *οὖν*, prave insertum ut sententiae occurreret ruenti. Solet sic Heraclitus, — adscribam pauca exempla de multis, — p. 15: *εὑρέθη πρέπον ἐπίθετον τῷ ἡλίῳ διὰ τὰς ἀκτῖνας τὸ χρυσάωρ. ὅθεν, οἶμαι, κἂν τῇ θεομαχίᾳ Ποσειδῶνι ἵσταται διαμιλλώμενος.* Et p. 56:

Ἄνθρωποι -- χαλκοῖς τισιν [ὀργάνοις] κατεσκευασμένοις ἐφειλκύσαντο τοὺς ἀπὸ τῶν μετεώρων φερομένους σπινθῆρας, κατὰ τὰς μεσημβρίας ἐναντία τῷ ἡλίῳ τὰ ὄ ρ γ α ν α τιθέντες· ὅθεν οἶμαι δοκεῖ καὶ Προμηθεὺς ἀπ' οὐρανοῦ διακλέψαι τὸ πῦρ. Hic vero contrario quam quo Mehlerus usus est iudicio, secludendum duxi ὀργάνοις, servandum τὰ ὄργανα.

C. XIX (p. 40): Σχεδὸν γὰρ ἡ θεὸς (Ἀθηνᾶ) οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ συνέσεως ἐπώνυμός ἐστιν, ἀθρηνᾶ τις οὖσα, καὶ πάντα τοῖς λεπτοτάτοις ὄμμασι τῶν λογισμῶν διαθροῦσα· διὸ δὴ καὶ παρθένον αὐτὴν ἐτήρησαν. Tentabat editor: διὸ δὴ καὶ παρθενίαν αὐτὴ ἐτήρησεν. Equidem aliter correxerim: διὸ δὴ καὶ παρθένον αὐτὴν ἱ σ τ ό ρ η σ α ν. Saepissime noster ita, ex cuius permultis duos locos proponam, p. 115: διὸ δὴ καὶ μητέρα Μουσῶν Μνημοσύνην ἱστοροῦσι, et p. 127: δι' ὧν ἁπάντων ἡ κατ' ὀλίγον ἐν τῷ Τηλεμάχῳ τρεφομένη σύνεσις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἱστόρηται.

C. XX (p. 41): Παρ' ὃν μὲν γὰρ ὀργίζεται καιρόν, ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἕστηκεν. -- ἡνίκα δ' ἡ ὀργὴ πέπειρα γίνεται, μετειλήφασί τ' αὐτὸν οἷα μετανοοῦντα ἤδη λογισμοί, τῆς κεφαλῆς ἀπρὶξ ἡ φρόνησις εἴληπται. In his nulla mihi coniectura proponenda est, sed textus qualem descripsi a duplici Mehleri coniectura tuendus. Etenim primum mutandum censuit ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἔζεσεν, quod — ne hac metaphora iam in praecedentibus auctorem usum commemorem [1]) — vel ob aoristum inconcinnum damnaverim. Sequitur εἴληπται, quidni praecedat ἕστηκεν? At — Mehlerus inquit — „quid sit ὁ θυμὸς ἕστηκεν nec mihi nec cuiquam credo est intellectum." Meliusne quis intellegat ὁ θυμὸς οἰκεῖ? At paulo ante (p. 35) dixit Heraclitus: τοῦ δ' ἀλόγου μέρους ὁ μὲν θυμὸς οἰκεῖ περὶ τὴν καρδίαν, αἱ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν ὀρέξεις ἐν ἥπατι. Cur itaque non dixerit, non nudum ὁ θυμὸς ἕστηκεν, sed ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἕστηκεν? Similiter adhibuit: ἐπισκοτουμένου τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν λογισμοῦ τοῖς περὶ τὰ στέρνα θυμοῖς, et ἐν ᾧ τόπῳ τὸ λογικὸν ἵδρυται μέρος, atque infinitas dicendi figuras vel violentissimas. Neque

---

1) Praecedit enim: τοιγαροῦν ἐπὶ τῶν διαφλεξάντων Ἀχιλλέα θυμῶν ὥσπερ τι σβεστήριον κακοῦ φάρμακον ἐπέστη (ἡ φρόνησις).

magis alteram huius loci coniecturam probem. In codicibus est *μετειλήχασι δ' αὐτόν* perverse sane, correxit olim, vere tunc me quidem iudice, Mehlerus. At idem nunc ab Herchero in errorem inductus *μετηλλάχασι* perperam coniiciente, abiecto quod antea bene repererat proposuit: *μεμειλίχασι δ' αὐτὸν οἱ μετανοοῦντες ἤδη λογισμοί κτλ.* Ex his *μετανοοῦντες* recipio (coll. p. 143: *Ὀδυσσεὺς μετανοοῦντι λογισμῷ τὴν πρότερον ὁρμὴν χαλινώσας*), caeteris omnibus repudiatis. Molliendi verbum ab hac loci conformatione plane abhorret, quae allegorice interpretatur illa Homerica: *ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα.* Ubi in irae locum — inquit — ratio *successit*, hoc apud poëtam significatum est ita: *τῆς κεφαλῆς ἀπρὶξ ἡ φρόνησις εἴληπται.* Etenim *μεταλαμβάνειν* ubi significat *permutare*, vel *abiecta re aliam adsumere quam magis probes*, duplex pro re nata obiectum adsciscere potest, aut — ut nunc — eius rei quam praeferas, aut — de quo supra egi (p. 140) — eius rei quam abiicias.

Quae supra scripta statim excipiunt, haec vero coniectura adiuvanda erunt alioquin omni sensu carentia. *Θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς, τὸ πρὸς πάντα κίνδυνον ἀτρεμὲς αὐτοῦ καὶ ἀκατάπληκτον ὁρῶν, καὶ ἐφοβήθη τὴν ἐκ λογισμῶν μετάνοιαν.* Insana haec esse quivis perspiciat: etenim *κλώθεται ἀσύγκλωστα.* Qui *τὸ ἀτρεμὲς αὐτοῦ πρὸς πάντα κίνδυνον ὁρᾷ*, quomodo is, quaeso, contremiscat? Nisi forte illud ipsum timet, quod non timere solet. Itaque editores, qui quidem saperent, coniecturis sensum revocare conati sunt. Gesnerus volebat: *Θάμβ. δ' Ἀχιλλεύς· τὸ πρὸς π. κίνδυνον ἀτρεμὲς αὐτοῦ καὶ ἀκατάπληκτον ἐφοβήθη, τὴν ἐκ λογισμῶν διάνοιαν ὁρῶν.* Schowius contra: *θάμβ. δ' Ἀχιλλ. τὸ πρὸς π. κίνδ. ἀτρ. αὐτοῦ κ. ἀκατάπλ. [ὁρῶν] ἐφοβήθη τὴν ἔξω λογισμῶν οὖσαν ἄνοιαν.* Quae utraque coniectura vel ideo prorsus improbabilis mihi videtur, quod urendo, secando, transponendo, violentissimis remediis, res agitur. Id unum valent, ut ostendant quantopere locus editores male habuerit. At si quid video, ratio impeditissimae sententiae expediendae in promptu posita est. Legamus, nulla transpositione, nulla eiectione, mutatione minima: *Θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς, τὸ πρὸς πάντα κίνδυνον ἀτρεμὲς αὐτοῦ καὶ ἀκατάπληκτον Ἐῶν, καὶ ἐφοβήθη τὴν ἐκ (τῶν) λογισμῶν μετάνοιαν.* Heraclitus Homero haec dixit auctore, apud quem Ulixes Achilli: *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν παύε', ἔα δὲ χόλον*

θυμαλγέα. (I 260), similiaque et apud hunc sunt et apud omnes innumera.

C. XXI (p. 43): Βαρύτατον δ' ἔγκλημα κατὰ (l. καθ') Ὁμήρου, καὶ πάσης καταδίκης ἄξιον, εἴπερ ἄρα μεμύθευκεν, ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐστιν, εὗρον, ὅτι τὸν ἁπάντων ἡγεμόνα „ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι" κτλ. (A 399 seqq.) Quid est, ut unum de multis promam hic intricate dictis, εἴπερ ἄρα μεμύθευκεν, ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐστιν? Vertit Mehlerus: „sicut in iis extat, quae deinceps sequuntur," quod ostendisse satis est. Et quam pessime compositum est istud: βαρύτατον δ' ἔγκλημα καθ' Ὁμήρου – εὗρον, ὅτι – – ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον. Atque haec ex coniectura profecta sunt. Edebatur ante Mehlerum: ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἔνεστιν εὑρεῖν· ὅτε τὸν κτλ. In Galei mss. Angl. extrema ita audiebant: ὅτι τῶν ἀπάντων, in cod. A (Vatic. 871): ὅτε τῶν. Difficultas, quod Mehlerus acute perspexit, praecipua in his residet vocabulis: ἔνεστιν εὑρεῖν, quod si significat „*est invenire*, ea ratione usurpatum, qua nos uti ista locutione consuevimus, a Graecis est quam alienissimum." Vere dixit, itaque est emendandum, neque tamen eo quem ipse volebat modo. Scripsit Heraclitus, me iudice: Βαρύτατον δ' ἔγκλημα καθ' Ὁμήρου – –, εἴπερ ἄρα μεμύθευκεν, ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἔνεστιν ἐρευνᾶν, ὅτι τὸν κτλ. Sic alibi (p. 88): τῷ δὲ βουλομένῳ τἀκριβὲς ἐρευνᾶν, ἐπινοεῖται τρόπος ἀλληγορουμένης ἀληθείας. Vitium et hic ex lacunula ortum, quales permultae in Heraclitei libelli codicibus offenduntur.

Propositis Homeri versibus auctor pergit: ἐν τούτοις τοῖς στίχοις ἄξιός ἐστιν Ὅμηρος οὐκ ἐκ μιᾶς τῆς Πλάτωνος ἐλαύνεσθαι πολιτείας, ἀλλ' ὑπὲρ Ἡρακλέους, φασίν, ἐσχάτας στήλας καὶ τὴν ἄβατον Ὠκεανοῦ θάλασσαν. Ultima quinque vocabula Mehlerus spuria censet ac delenda, his rationibus ductus: „quid sit ὑπὲρ τὴν Ὠκεανοῦ θάλασσαν, haud ita est manifestum; neque feliciter excogitatum epithetum mari τὸ ἄβατον, neque liquet, quid sit Ὠκεανοῦ θάλασσα." Itaque cum Ἡρακλέους στῆλαι in proverbium abierint, eius „explicandi causa vocabula ista εἰς (ita enim leg. pro καὶ) ἄβατον ὠκεανοῦ θάλασσαν addita esse existimes." Dissentio. Primum, quoniam — ut dicebam — non omnia quae negotium nobis facessunt quaeque

emendare desperamus, continuo ut insiticia eliminanda sunt. Etenim mira est *τῶν Ἡρακλείων στηλῶν* glossa, ut explanentur per: *εἰς* (quod mutatione reponitur) *τὴν ἄβατον* (quid?) *Ὠκεανοῦ θάλασσαν*, magis mira, quae in pauculis verbis tam multifariam corrupta sit. Deinde abiectis his quae remanent, *ἀλλ' ὑπὲρ Ἡρακλέους, φασίν, ἐσχάτας στήλας*, nescio quid abruptum sonant, ab Heracliti rotunditate plenoque ore plane abhorrens. Itaque retineam ultima at correcta: *ἀλλ' ὑπὲρ Ἡρακλέους, φασίν, ἐσχάτας στήλας καὶ τὴν ἀδιάβατον Ὠκεανοῦ θάλασσαν.* Columnas Herculis Oceanumque mente coniungi vel ex Herodoto patet sic scribente (IV, 8): *Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακλέων στηλέων ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ.* At quis dicat *Ὠκεανοῦ θάλασσα*? E Graecis nemo nunc mihi in promptu est qui sic dixerit. At Florus dixit in ultimo operis capite (IV, XII § 49): „hinc fuga (Cantabrorum) in eminentissimum Vinnium montem, quem *maria* prius *Oceani* quam arma Romana adscensura esse crediderant." Quod tumido Romano rhetori licuit, quidni Graeco concessum sit non magis paucorum verborum homini?

C. XXI (p. 44): *Τὴν ἐπιβουλὴν (Διΐ) συνιστᾶσιν - Ἥρα - - ὅ τ' ἀδελφὸς Ποσειδῶν, ἐξ ἴσου νεμηθεὶς ἅπαντα, καὶ οὐχὶ τοῦ διαμαρτεῖν ἧς ὤφειλε τιμῆς ἠξιῶσθαι κατὰ τοῦ πλεονεκτήσαντος ἠγανακτηκώς.* Apertiora erunt praepositione inserta: *καὶ οὐχὶ (ἐκ) τοῦ διαμαρτεῖν ἧς ὤφειλε τιμῆς ἠξιῶσθαι κατὰ τοῦ πλεονεκτήσαντος ἠγανακτηκώς.* Ut enim, quod nunc pono tantum, recte dicatur *τούτου ἀγανακτῶ σοι* pro *διὰ τοῦτο*, quis propterea probet *ἀγανακτῶ σοι τοῦ διαμαρτεῖν*, ut sit *τοῦ διαμαρτεῖν ἕνεκα*?

Paucis interiectis: *νομίζω δ' ἔγωγε τῆς ἐπιβουλῆς Διΐ τὴν σωτηρίαν ἀπρεπεστέραν· Θέτις γὰρ αὐτὸν ἀπήλλαξε τῶν δεσμῶν καὶ Βριάρεως. ἀπρεπεῖς δ' αἱ τοιαῦται ἐλπίδες, ὡς τοιούτων δεηθῆναι συμμάχων.* Ultima vix integra esse possunt. „Nullus de *ἐλπίσι* potest esse sermo" verissime Mehlerus, pergitque: „quid scribere debuerit ac voluerit Heraclitus in aprico est. Cuius sententia e corruptis verbis hunc fortasse in modum potest elici: *ἀπρεπὲς δ' εἰ τοσοῦτον ἐλείπετο, ὡς κτέ.*" Sed hoc mihi nimis a literarum apicibus recedere videtur. Fortasse una tantum

vox abest: *ἀπρεπεῖς δ' αἱ τοιαῦται ἐλπίδες* (*σωτηρίας*), *ὡς*, *τοιούτων δεηθῆναι συμμάχων*. Sed videant alii.

C. XXII (p. 45): *Τῶν Φυσικῶν κατὰ τὰ στοιχεῖα δογμάτων εἷς ἀρχηγὸς Ὅμηρος, ἑκάστῳ τινὶ τῶν μετ' αὐτόν, ἧς ἔδοξεν εὑρεῖν, ἐπινοίας γεγονὼς διδάσκαλος.* Multo efficacius idem dicetur verbo *ἔδοξεν* in pluralem verso: *ἑκάστῳ τινὶ τῶν μετ' αὐτόν, ἧς ἔδοξαν εὑρεῖν*, quam *sibi videbantur* repperisse.

C. XXII (p. 46): *Διὸ δὴ τῆς τετράδος τῶν στοιχείων ὥσπερ αἰτιώτατον ὁ Θαλῆς ἀπεφήνατο [στοιχεῖον] εἶναι τὸ ὕδωρ.* Mehlerus utrumque damnat, et *στοιχεῖον* et *εἶναι*, equidem verbum retineam, motus simili loco p. 87: *κοινὸν δὲ πάντων καὶ ἑδραιότατον ἀπεφήνατο στοιχεῖον εἶναι τὴν γῆν.*

C. XXII (p. 47): *Καταρώμενος οὖν ὁ ποιητὴς τοῖς Ἕλλησι μίαν εὗρεν ἀρχὴν φιλόσοφον, εἰ πάλιν ὕδωρ καὶ γῆ γένοιντο, διαλυθέντες εἰς ταὐτὰ ἀφ' ὧν ἐπήχθησαν ὅτε ἐγεννῶντο.* Haeserunt in *ἐπήχθησαν* et Hercherus et Mehlerus, quorum ille *συνήχθησαν* volebat, hic *ἐπάγησαν*. Atqui hoc ipsum adest, etsi forma minus Attica. Frequentissime sequiores *ἐπήχθην* dicebant iuxta *ἐπάγην* Atticorum, v. c. in Scholiis nostris ad ε 33: *τῆς αὐτοσχεδίως πηχθείσης* (*νεώς*), et — ne gravior auctoritas desit — legitur in Euripidis qui dicitur Cyclope vs. 302, 303: *οὐκ ἀμφὶ βουπόροισι πηχθέντας μέλη || ὀβελοῖσι νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι τέθεν*, quae omnia Homericum sequuntur semel dictum (Θ 298): *πάντες δ' ἐν χροῒ πῆχθεν ἀρηιθόων αἰζηῶν.* Sed nemo haesit in prioribus: *μίαν εὗρεν ἀρχὴν φιλόσοφον.* Neque tamen molestiis vacant. Quamvis enim *ἀρχὴ* sit *τῶν πολυσήμων*, non facile quis dicat quomodo nostro loco accipiamus. Correctio corrupti absque dubio vocabuli petenda mihi videtur a loco paene gemello in opusculi exitu (p. 152): *μίαν εὐχὴν πεποιημένος ἣν ἀτυχῶν ἐπαρᾶται.* Hinc nostro loco reponendum existimo: *καταρώμενος οὖν ὁ ποιητὴς τοῖς Ἕλλησι μίαν εὗρεν ΕΥχὴν φιλόσοφον, εἰ πάλιν ὕδωρ καὶ γῆ γένοιντο.*

C. XXIII (p. 49): *Ἀμέλει δὲ καὶ ὁ Εὐριπίδης τὸν ὑπερτετα-*

-*μένον αἰθέρα φησίν*. Supplendum: *ὁ Εὐριπίδης* (*Δία*) *τὸν ὑπερτεταμένον αἰθέρα φησίν*. Idem Mehlerus vidit, sub textum *Ζῆνα* post *Εὐριπίδης* proposito, postea in Mnemosyne *Δία* inserto, sed loco minus idoneo.

C. XXIII (p. 50): *Τὸν δ' ὑπένερθεν ἀέρα ἀλληγορικῶς ἀΐδην προσαγορεύει. μέλαν γὰρ τουτὶ τὸ στοιχεῖον. - δίχα γοῦν τῶν καταφωτίζειν δυναμένων ἀλαμπής ἐστιν*. Supplendum et hic: *δίχα γ. τῶν καταφωτίζειν δυναμένων* (*ὤν*) *ἀλαμπής ἐστιν*.

C. XXIV (p. 50): *Καὶ περὶ αὐτοῦ μηδεὶς λεγέτω, πῶς μὲν ὁ αἰθὴρ προσαγορεύεται Ζεύς, ἀΐδην δ' ὀνομάζει τὸν ἀέρα, καὶ συμβολικοῖς ὀνόμασι τὴν φιλοσοφίαν ἀμαυροῖ. παράδοξον γὰρ οὐδέν, εἰ ποιητής τε ὢν ἀλληγορεῖ, καὶ τῶν προηγουμένως φιλοσοφούντων τούτῳ τῷ τρόπῳ χρωμένων. ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἀσαφῆ καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικά*. Requiro: *εἰ ποιητής τις ὢν ἀλληγορεῖ*, et: *καὶ διὰ συμβόλων* (*μόνον*) *εἰκάζεσθαι δυνάμενα*.

C. XXV (p. 54). Pergit auctor indicare, quomodo insidiae Iovi structae allegorice explicari possint. Nempe elementa significantur causis quibusdam commixta et conturbata. *Ταῦτα δὴ τὰ στοιχεῖα πρῶτον μὲν συγγενῆ διὰ τὴν ἐν ἀλλήλοις ἀνάκρασιν· εἶτα συγχύσεως παρὰ μικρὸν αὐτῶν γενομένης εὑρέθη βοηθὸς ἡ πρόνοια*. Vocem *συγγενῆ* vitium alere Mehlero libenter concedo, quam tamen cum addat vel una grammatica ratione damnari, non capere me eius sententiam ingenue profiteor. In vera lectione investiganda frustra se desudasse editor scribit. „Ipsius scriptoris manum revocare perquam erit difficile." Attamen, ut in re desperata, „*ἡσύχαζε* aut simile quid" pro *συγγενῆ* substituendum arbitratur. Experiamur ecquid feliciores simus. Fuerunt elementa non cognata olim, — nihil enim nunc hoc ad rem — sed placida erant et quieta, at tunc irata interque se pugnantia. *Ταῦτα δὴ τὰ στοιχεῖα πρῶτον μὲν εὐμενῆ διὰ τὴν ἐν ἀλλήλοις ἀνάκρασιν· εἶτα συγχύσεως - γενομένης εὑρέθη βοηθὸς ἡ πρόνοια*. Respicit philosophorum doctrinam postea sibi commemoratam, qua elementis *φιλία* et *νεῖκος* tribuuntur.

Pergit: *Θέτιν δ' αὐτὴν* (*τὴν πρόνοιαν*) *εὐλόγως ὠνόμασεν. αὕτη*

γὰρ ὑπεστήσατο τῶν ὅλων εὔκαιρον διάθεσιν. E scholiis accersatur articulus: *ὑπεστήσατο* (*τὴν*) *τῶν ὅλων εὔκαιρον διάθεσιν.*

C. XXVI (p. 56): *Ἐπεὶ ἡ τοῦ πυρὸς οὐσία διπλῆ, -- διὰ τοῦτο τὴν μὲν ὀξυτάτην φλόγα συνεχῶς Ἥλιόν τε καὶ Δία προσαγορεύει, τὸ δ' ἐπὶ γῆς πῦρ Ἥφαιστον, ἑτοίμως ἁπτόμενόν τε καὶ σβεννύμενον.* Cur *συνεχῶς προσαγορεύει*? Credam potius adverbium ad praecedentia pertinere: *τὴν μὲν ὀξυτάτην συνεχῶς φλόγα Ἥλιόν τε καὶ Δία προσαγορεύει*, eum ignem, qui *sine intermissione* splendet, Solem Iovemque nuncupat. In sequentibus pro *ἑτοίμως* scribendum *ἐτύμως*, quod Mehlero debetur verissime vetus mendum corrigenti.

Post pauca: *Τὸν γοῦν Ἥφαιστον οὐκ ἀλληγορικῶς ἐν ἑτέροις, ἀλλὰ διαρρήδην πῦρ φησιν Ὅμηρος εἶναι· „σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο."* (B 426.) Immo: *οὐκ ἀλληγορικῶς* (*ὡς*) *ἐν ἑτέροις, ἀλλὰ διαρρήδην.*

C. XXIX (p. 60): *Ἥ γε -- Ἥβη, τίς ἂν εἴη πλὴν ἡ διηνεκῶς ἐν ταῖς ἀβροσύναις νεότης; οὐδὲ γὰρ ἐν οὐρανῷ γῆρας, οὐδ' ὕπεστί τι τῆς θείας φύσεως ἔσχατον βίου νόσημα.* Unde genetivum *τῆς θείας φύσεως* pendere censeamus? An a *τὶ*? An ab *ἔσχατον νόσημα*? An a *βίου*? Quidquid ponatur absurdum est. Voluit dicere: *ἡ θεία φύσις οὐκ ἔχει νόσον*, dixit ornatius: *οὐδ' ὕπεστί τινι τῆς θείας φύσεως ἔσχατον βίου νόσημα.*

C. XXXI (p. 64): *Τὸ ἀλλοπρόσαλλον ἑτέρωθί που διὰ πλειόνων ἐξηγεῖται λέγων· „ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα* (*κτεν.*) *κατέκτα."* (Σ 309.) *νεμεσηταὶ γὰρ αἱ πολέμων ἐπ' ἀμφότερα ῥοπαί, καὶ τὸ νικηθὲν οὐδὲ προσαντῆσαν αἰφνιδίως πολλάκις ἐκράτησεν.* Quid huic sententiae ad sanitatem desit, malo dicere Mehleri Heyniique verbis. „In sententia luce clariore duo sunt vocabula, quae manifesto labem contraxerunt, *νεμεσηταί* et *προσαντῆσαν*. De quibus Heynius: ‚*νεμεσηταὶ ῥοπαὶ* an ab ipso auctore venerint, dubito: videtur alia vox requiri, v. c. *ἀνακονόμητοι* vel simile quid: *regi seu praevideri nequeunt.* Quicquid est, mox *προσαντῆσαν* forte dirimendum.' Quae credat, qui poterit." Ipse Mehlerus tentabat *νεμεσητικαί*, multo quam quod

Heynius reponebat infelicius. Quid de voce item perversissima προσαντῆσαν sentiret, tacuit, locumque in insanabilibus habens „ampliare satius esse" iudicavit, „quam multa excogitare, quae potuit dixisse scriptor." Equidem eum locum non tam desperatum habuerim cuius sententia est „luce clarior," nec dubito quin Heraclitus scripserit: ἀνομοθέτητοι γὰρ αἱ πολέμων ἐπ' ἀμφότερα ῥοπαί, καὶ τὸ νικηθὲν οὐδὲ προσδοκῆσαν αἰφνιδίως πολλάκις ἐκράτησεν. Vox ἀνομοθέτητοι Platoni sublecta quid nostro loco valeat, docebit Athenaeus Duridem excerpens (XII c. 60, p. 542d): ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς Δημήτριος (Phalereus) καὶ τοὺς βίους τάττων ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζεν. Eadem ratio nostro loco obtinet. Bellorum in utramque partem vices, inquit, *nullis legibus adstrictae sunt*, et qui victi fuerunt saepe *ne exspectato quidem* superiores repente evadunt.

C. XXXII (p. 65): Αὗται δ' ἐν παρεκβάσει τῶν προτέρων ἀλληγοριῶν, δι' ὧν καὶ τεχνικωτέραν ἔχουσιν ἐμπειρίαν, ἐν οἷς φησί κτλ. Paucula haec verba, — de Aloadis sermo est Martem vincientibus, — editoribus impedita visa sunt, itaque multum se cruciaverunt. In expedienda re Schowius, Mehlero iudice, non est audiendus. Adsentior, nam Schowium video et loci sententiam perperam cepisse, et hoc errore ductum pravis vexasse coniecturis. Melius rem gessit ipse Mehlerus, qui sententia melius perspecta proposuit: αὗται δ' αἱ παρεκβάσεις τ. προτ. ἀλληγοριῶν, δι' ὧν καὶ τεχνικωτέραν ἔχουσιν ἑρμηνείαν. Vel minore molimine et magis ex auctoris usu scripserim: αὗται δ' ἐν παρεκβάσει (cfr. p. 94) τῶν προτ. ἀλληγοριῶν, δι' ὧν καὶ τεχνικωτέραν ἔχουσι θεωρίαν. Quae ita cum Mehlero interpretor: „*quae iam sequuntur ad superiores allegorias sunt tamquam excursus; unde (a quibus) etiam magis consentaneam nanciscuntur interpretationem;*" (vel potius *interpretationem regulis artis magis convenientem.*) „h. e. episodium de Oto et Ephialte allegoriarum de Marte est veluti pars neque bene explicari potest, nisi adhibitis iis, quae de ipso Marte in superioribus sunt exposita." Haec ille. Auctorem ea significatione, quam dixi, frequenter usurpare vocabulum θεωρίαν, hi ex pluribus loci praestabunt: p. 1. εἴ τις ἄνευ φιλοσόφου θεωρίας νομίζοι (Homeri narrationes) κατὰ ποιητικὴν παράδοσιν

εἰρῆσθαι, Σαλμωνεὺς ἂν Ὅμηρος εἴη. Et p. 73: φυσικῆς δ' ἅπτεται θεωρίας καὶ ὅταν ὁ Ζεὺς – ἄρχηται τῶν μεγάλων ἀπειλῶν. P. 134: (Homerus) σημαίνει τὰς εὐαγεστάτας (sc. θεοὺς) τοῖς ἀκριβῶς ἐρευνᾶν ἐθέλουσι φυσικῆς θεωρίας εὐσεβῆ ἀφορμὴν χαρίζεσθαι, quem locum cum Mehlerus infeliciter tentasset, ex Scholiis ad Odysseam emendandum olim dixi in Observatt. (p. 89 not.) Sed omnium maxime ad nostra accedunt quae leguntur p. 54: καὶ τὸ μὲν ἄφυκτον ἔγκλημα περὶ τῶν Διὸς ἀσεβῶν δεσμῶν οὕτω φυσικῆς ἀλληγορίας ἔχει θεωρίαν. Quibus omnibus locis non multum differt ab acceptione vocis ἑρμηνεία.

C. XXXIII (p. 68). Hercules dicitur leonem prostravisse, τὴν ἀκρίτως ὁρμῶσαν ἐφ' ἃ μὴ δεῖ φοράν, κατ' αὐτὸ δὲ θυμοὺς ἀλογίστους πεδήσας τὸν ὑβριστὴν ταῦρον ἐνομίσθη δεδεκέναι. Requiritur: μετ' αὐτὸν δὲ.

C. XXXIV (p. 69): Τετρωμένην δ' Ὅμηρος ὑπεστήσατο τὴν Ἥραν, τοῦτο ἀκριβῶς παραστῆσαι βουλόμενος, ὅτι τὸν θολερὸν ἀέρα καὶ πρὸ τῆς ἑκάστου διανοίας ἐπαχλύοντα πρῶτος Ἡρακλῆς θείῳ χρησάμενος λόγῳ διώρθωσε, τὴν ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίαν πολλαῖς νουθεσίαις καταπράσας. „Ex felici Schowii emendatione" editum est rarius διώρθωσε neque alibi quod sciam repertum pro insano hic διήρθρωσε. Sed antecedentia altius mendum obsidet. „Non intelligo vocabula καὶ πρὸ τῆς ἑκ. διανοίας ἐπαχλύοντα, neque scio, quo modo possint emendari." Ita Mehlerus. Emendatio mihi petenda videtur ex totius disputationis tenore. Heraclitus docet, quo pacto labores qui dicuntur Herculis allegoricam interpretationem admittant. Etenim Hercules ille, quem ipse animo informavit, ἀνὴρ ἔμφρων καὶ σοφίας οὐρανίου μύστης γεγονὼς ὡσπερεὶ κατὰ βαθείας ἀχλύος ὑποδεδυκυῖαν ἐφώτισε τὴν φιλοσοφίαν, καθάπερ ὁμολογοῦσι καὶ Στωικῶν οἱ δοκιμώτατοι. Itaque hic Hercules et libidinem exturbavit e vita et ignaviam et voluptatem et pravos appetitus et inanes spes. Atque eundem Homerus inducit Iunonem vulnerantem, τοῦτο ἀκριβῶς παραστῆσαι βουλόμενος, ὅτι τὸν θολερὸν ἀέρα καὶ πρὸ τοῦ ἑκάστου δι' ἀνοίας ἐπαχλύοντα πρῶτος Ἡρακλῆς θείῳ χρησάμενος λόγῳ διώρθωσε. Nempe ignorantiam et socordiam eiecit e vita, quae serenum cogitandi caelum

tanquam caligine obscurant, quibus sublatis tum demum homines ad altiora illa templa mentes praeiudicatis opinionibus liberas erigere valebant. Comprobantur haec et iis, quae continuo sequuntur: *τὴν ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίαν πολλαῖς νουθεσίαις κατατρώσας*, et quae paulo ante sunt (p. 31): *ἡ δὲ Ἥρα μετ' αὐτόν* (Iovem) *ἐστιν ἀήρ, μαλακώτερον στοιχεῖον, διὰ τοῦτο καὶ θῆλυ. τὰ δ' ἀκριβῆ περὶ τούτου διαλεξόμεθα μικρὸν ὕστερον, νῦν δ' ἀπόχρη τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι τοῦ πάλαι θολεροῦ διαχυθέντος ἀέρος, αἰφνιδίως διεκρίθη τὸ σύμβαμα.*

C. XXXIV (p. 70): Sequitur: *πᾶς γὰρ ἀνὴρ φιλόσοφος ἐν θνητῷ καὶ ἐπιγείῳ τῷ σώματι πτηνὸν ὥσπερ τι βέλος τὸν νοῦν εἰς τὰ μετάρσια διαπέμπεται.* Faciunt etiam haec ad stabiliendam superiorem et emendationem et interpretationem. Sed iure in his advertit Mehlerum singularis usus verbi *διαπέμπεται*. „Exspectares *ἀνίεται* vel simile quid; neque *διαπέμπεται* ab ipso Heraclito scriptum esse censeo." Scripsit fortasse: *ἀναπέμπεται.*

C. XXXVI (p. 74): *Τὸ σφαιρικὸν ἡμῖν τοῦ κόσμου σχῆμα δι' ἑνὸς ἐμέτρησε στίχου.* Figurato sensu dicere solet *διεμέτρησε*, ut statim infra: *γεωμετρικῇ θεωρίᾳ τὸ σφαιρικὸν σχῆμα διεμέτρησεν*, et passim alibi.

C. XXXVII (p. 75): *Ἔνιοι δ' εἰσὶν οὕτως ἀμαθεῖς, ὥστ' αἰτιᾶσθαι τὸν Ὅμηρον καὶ περὶ τῶν Λιτῶν, εἰ τὰς Διὸς γονὰς οὕτως ὕβρισε, διάστροφον αὐταῖς περιθεὶς ἀμορφίας χαρακτῆρα.* Primum recipiendus scholiorum inversus ordo: *ἔνιοι δ' οὕτως εἰσὶν ἀμαθεῖς.* Tum miro iudicio Mehlerus edidit: *εἰ τ. Δ. γονὰς ὕβρισε*, cum veteres editiones habeant *εἰς τ. Δ. γονάς*. Nam utroque opus: *εἰ εἰς τὰς Διὸς γονὰς οὕτως ὕβρισε.* Licet enim quod discrimen Lucianus statuit (*Σολοικ.* § 10: *τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν τὸ σῶμά ἐστι τὸ σόν, -- τὸ δὲ ἐς σέ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις*) nimis arctum nec verum videatur, tamen talibus locis, qualis hic est, ubi non de iniuria illata agitur, sed de contumeliosis dictis in aliquem vel aliquam praesertim absentem ingestis, nemo facile aliter dixerit quam *εἴς τινα ὑβρίζειν*, ut

iocum moveat Mehleri nota: „*vera lectio*, quam Schow. e MS. Angl. reposuerat, etiam in A et ap. Schol. apparet."

Neque melius res ei cessit in iis quae statim sequuntur: ἐν δὲ τούτοις τοῖς ἔπεσι τὸ τῶν ἱκετευόντων σχῆμα διαπέπλασται. πᾶσα γὰρ οὖν συνείδησις ἁμαρτόντος ἀνθρώπου βραδεῖα, καὶ μόλις οἱ δεόμενοι τοῖς ἱκετευομένοις προσέρχονται (quantocius reponendum Scholiorum προσίασιν compendiose scriptum), τὴν αἰδῶ κατὰ ῥῆμα μετροῦντες. Nemo mirabitur ultima vocabula editori „subobscura" visa esse. Neque magis apertum mihi est, cur ea „versus speciem prae se ferre" suspicetur. Sed hoc iam miraculi instar est, quod verissimam a Wetstenio olim repertam emendationem repudiavit, quippe „cuius vim haud prorsus perspicere" fateatur! Nempe Wetstenius (ad Luc. XV, 20) correxerat: τὴν αἰδῶ κατὰ βῆμα μετροῦντες, vel ex Phurnuto (s. Corn. c. 12) probandum. Ita enim Heraclitus ambitiose dixit pro: βραδεῖ τῷ βήματι διὰ τὴν αἰδῶ προσιόντες. Nihil verbum (ῥῆμα) hic habet quod faciat. Nempe tria Homerus de Deabus Supplicibus praedicat: χωλαί τε ῥυσαί τε παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ: tria eadem rhetorice περιφράζει et dilatat Heraclitus. Incessum (χωλαί) notat, eumque iis verbis quae proposuimus, oculorum aciem (παραβλῶπες) ita: οὔτε μὴν ἀτρεμὲς δεδόρκασιν, ἀλλ' ὀπίσω τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς ἀποστρέφουσι, colorem denique: καὶ μὴν ἔν γε τοῖς προσώποις (optime sic Heynius, codd. πρώτοις sine sensu) οὐδὲν γεγηθὸς τῶν ἱκετευόντων ἡ διάνοια περιτίθησιν (?) ἔρευθος, ἀλλ' ὠχροὶ καὶ κατηφεῖς. Iam videmus unamquamque sententiam duobus vel tribus membris contineri. Notandum simul Heraclitum ῥυσαὶ de colore intellegere videri, cum caeteris sit ῥυτίδας ἔχουσαι. (Photius).

C. XXXIX (p. 80): Δένδρον ἅπαν κομᾷ, καὶ θριξὶν ὁμοίως ἀπὸ τῶν κλάδων ἀπαρτᾶται τὰ φύλλα. Oportet: θριξὶν ὅμοια ἀπὸ τῶν κλάδων ἀπαρτᾶται τὰ φύλλα.

C. XXXIX (p. 81): Προσεπισφραγιζόμενος δὲ τοῦτο (nempe Iovis cum Iunone amplexus interpretandos esse aërem ad veris amoenitatem solutum et tepefactum) τὸν λωτὸν εἶπεν ἐρσήεντα, [τὸν δροσερόν,] τῆς ἐαρινῆς καταστάσεως ἐμφανέστερον ποιῶν τὸν καιρόν. Expungendum cum Schowio apertissimum emblema.

C. XXXIX (p. 82): Τίς ἀγνοεῖ τοῦθ', ὅτι χειμῶνος μὲν ἐπάλληλα πυκνώματα τῶν νεφῶν ἐκμελαίνεται, καὶ μετὰ θολερᾶς ἀχλύος κατηφὴς ἅπας ὁ οὐρανὸς ἀμαυροῦται· τοῦ δ' ἀέρος ὑποσχίζοντος, ἀργὰ τὰ νέφη μαλακῶς ὑποσπείρεται, ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐναγκαλιζόμενα, καὶ παραπλήσιόν τι χρυσαῖς μαρμαρυγαῖς ἀποστίλβει. Vel solum χειμῶνος μὲν sufficit ad fulciendum pro τοῦ δ' ἀέρος a Scholiis praebitum atque etiam a Mehlero commendatum τοῦ δ' ἔαρος, sed sequens quoque participium leve vitium concepisse putem, cui medens editor τὴν ἀχλὺν inserebat. Sed neque τὸ ἔαρ neque ὁ ἀὴρ proprie dici potest ὑποσχίζειν τὴν ἀχλύν, quod in Heraclito non multum quidem curaremus, modo causa appareret, cur illa vocabula excidisse statueremus. Cum nulla appareat, transposito simul καὶ, (nam illa ταῖς -- ἐναγκαλιζόμενα ad sequentia pertinere patet, non ad praecedentia ἀργὰ - ὑποσπείρεται,) totum locum ita constituerim: τοῦ δ' ἔαρος ὑποσχιζομένης (i. e. τῆς ἀχλύος), ἀργὰ τὰ νέφη μαλακῶς ὑποσπείρεται, καὶ ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐναγκαλιζόμενα παραπλήσιόν τι χρυσαῖς μαρμαρυγαῖς ἀποστίλβει.

C. XL (p. 83): Λέληθε δ' αὐτοὺς ὅτι τούτοις τοῖς ἔπεσιν -- ἐκτεθεολόγηται -- τὰ συνεχῶς ᾀδόμενα τέτταρα στοιχεῖα· τούτων τῶν στίχων ἐστὶ τάξις, καθάπερ ἤδη μοι λέλεκται· πρῶτος αἰθήρ, καὶ μετὰ τοῦτον ἀήρ, εἶθ' ὕδωρ τε καὶ γῆ τελευταία, τὰ πάντων δημιουργὰ στοιχεῖα. Sine controversia mendosum est στίχων. Itaque Mehlerus lubens „pulcrum Heynii inventum" στοιχείων in textum recepisset, „si eo recepto omnibus numeris absoluta esset sententia. Sed restant complures etiam scrupuli. Quos facile cuique perspicuos non opus est ut pluribus demonstrem." Quam vellem Mehlerus complures illos scrupulos verbo saltem explicavisset. Equidem, quae mea est ignorantia, Heynii adscita coniectura unum tantum video scrupulum, eumque minima mutatione de via tollendum. Nempe scribamus: τούτων τῶν στοιχείων ἐστὶ τάξις, καθάπερ ἤδη μοι λέλεκται, πρῶτος αἰθήρ, καὶ μετὰ τοῦτον ἀήρ, εἶθ' ὕδωρ τε καὶ γῆ τελευταία, ΤΟ πάντων δημιουργΟΝ στοιχεῖΟΝ, et pervelim doceri, quid in hac scriptura, — mutavi tantum τὰ a Mehlero e Scholiastis adsumtum in singularem atque ad hoc accommodavi sequentia

nomina, — remaneat difficultatis. Argumentorum ratio hinc repetenda. E narratione de Iunone a Iove vincta et suspensa, quam nunc persequitur, Heraclitus extundit, Homerum non tantum quattuor elementa ante philosophos cognita habuisse, quod et ex aliis locis elicit, sed praesertim sic allegorice *eorum ordinem* proponere voluisse. Idem iam in antecedentibus raptim indicaverat. *Περὶ μὲν τῶν Ἥρας δεσμῶν, ἐν οἷς ἡ τάξις ἠλληγόρηται τῶν τεττάρων στοιχείων, εὐκαιρότερον αὖθις ἐροῦμεν.* (p. 48.) His Heyniana coniectura satis fulta erit. Meam sic defendam: *Ζεὺς γὰρ -- ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιβουλεύεται στοιχείων, Ἥρας μὲν τοῦ ἀέρος, Ποσειδῶνος δὲ τῆς ὑγρᾶς φύσεως, Ἀθηνᾶς δὲ τῆς γῆς· ἐπεὶ δημιουργός ἐστιν ἁπάντων καὶ θεὸς ἐργάνη,* (p. 53.) et vel disertius p. 87: *κοινὸν δὲ πάντων καὶ ἑδραιότατον ἀπεφήνατο στοιχεῖον εἶναι τὴν γῆν, ὥσπερ ἑστίαν τινά, τὴν τῶν ὅλων δημιουργόν.* Satis aperte, opinor, terra praedicatur *τὸ πάντων δημιουργὸν στοιχεῖον.*

Pergit: *Ζεὺς τοίνυν ὁ πρῶτος τὸν ἑαυτοῦ ἀέρα κατήρτηκε. στερεοὶ δ' ἄκμονες ὑπὸ ταῖς ἐσχάταις ἀέρος βάσεσιν, ὕδωρ τε καὶ γῆ.* Scholia vel mendosius: *κατέστησε.* Scribendum mutata interpunctione, (apud Mehlerum post *κατήρτηκε* punctum est, post *γῆ* miror incisio,) *Ζεὺς τοίνυν πρῶτον ἑαυτοῦ τὸν ἀέρα κατήρτηκε, στερεοὶ δ' ἄκμονες ὑπὸ ταῖς ἐσχάταις ἀέρος βάσεσιν (εἰσιν) ὕδωρ τε καὶ γῆ.* Partem veri et Heynius vidit et post eum Mehlerus. At cur quod reponendum duximus verum praedicatur? Non nimis immodeste me hoc affirmasse, vel ex his verbis apparet, quae paucis interiectis sequuntur: *πάνυ δὴ πιθανῶς, καθ' ὃ μέρος ἀλλήλοις ἐπισυνάπτουσι, λήγων μὲν ὁ αἰθήρ, ἀρχόμενος δὲ μετ' ἐκεῖνον ὁ ἀήρ, χρυσοῦν ὑπεστήσατο δεσμόν.*

C. XLI (p. 85): *Διευπορῶν γέ τοι καὶ ἐπὶ πολλοῖς ἀλληγορικῶς παριστάναι βουλόμενος ταυτὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ μετ' ὀλίγον ἐν τοῖς Ποσειδῶνος πρὸς Ἶριν λόγοις αὐτὰ ταῦθ' ὑφίσταται.* Nec *διευπορῶν*, non hercle de trivio sumptum vocabulum, nec *ἐπὶ πολλοῖς* recte habet. Nam quid sibi vult: Homerus *abundans* — qua tandem re? — eandem rem saepius proponit? Vel obscurius est *ἐπὶ πολλοῖς*, quod neque *διὰ πολλῶν* neque *πολλάκις* valet. Pro priore in Scholiis est *διαπορῶν*, pro posterioribus in

Heracliti codicibus ἐπὶ καλοῖς a Schowio receptum, utrumque Mehlerianis vel mendosius. Sententia auctoris est poëtam, quo *luculentius* ostenderet haec de elementis allegorice esse accipienda, saepius ea iterasse. Δι' εὐπόρων γέ τοι καὶ ἐπιπολῆς ἀλληγορικῶς παριστάναι βουλόμενος ταυτὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ μετ' ὀλίγον -- αὐτὰ ταῦθ' ὑφίσταται, i. e. ut allegoria unicuique expedita et quasi in superficie posita sit. Eadem sententia caput concludit: διὰ τοῦτο δέ μοι δοκεῖ συνεχῶς ἀλληγορεῖν ὑπὲρ (immo περὶ) αὐτῶν, ἵν' ἡ δοκοῦσα τοῖς ἔπεσιν ὑφεδρεύειν ἀσάφεια τῷ διηνεκεῖ τῆς παραδόσεως ᾖ γνωριμωτέρα.

C. XLI (p. 86): Πᾶς γὰρ ὁ μῦθος ἠλλήγορηται περὶ τῶν ἀπ' ἀρχῆς τεττάρων στοιχείων. Κρόνον μὲν γὰρ ὀνομάζει τὸν χρόνον κατὰ μετάληψιν ἑνὸς στοιχείου. πατὴρ δὲ τῶν ὅλων ὁ χρόνος, -- διὸ δὴ ῥίζα τῶν τεττάρων στοιχείων οὗτός ἐστι. Deësse quaedam vel caecus videat. Itaque Mehlerus aut excidisse sententiam statuit, in hunc modum revocandam: τὸν μὲν οὖν Κρόνον πατέρα αὐτῶν ὑφίσταται, aut mutato sententiarum ordine praeponenda duxit haec: πατὴρ δὲ τῶν ὅλων ὁ χρόνος. Quod cum disputandi tenorem prorsus et interrumpat et corrumpat, lacuna statuenda, sed lenius sic fere explenda: Κρόνον μὲν γὰρ ὀνομάζει (τὸν πατέρα αὐτῶν, τουτέστι) τὸν χρόνον, et sic optime eadem forma sequitur: μητέρα δ' αὐτοῖς ἔνειμε Ῥέαν, ἐπεὶ ῥύσει τινὶ καὶ ἀεννάῳ κινήσει τὸ πᾶν οἰκονομεῖται. χρόνου δὴ καὶ ῥύσεως τέκνα, γῆν τε καὶ ὕδωρ, αἰθέρα τε καὶ ἀέρα σὺν αὐτῷ (?) ὑπεστήσατο. Quae inserui ex locis adumbravi, quales hi sunt: Θέτιν δ' αὐτὴν εὐλόγως ὠνόμασεν (p. 54) et: Ἑρμῆς ἐφίσταται, τουτέστιν ὁ ἔμφρων λόγος (p. 141) et ap. Phurnutum (s. Corn.) c. 3: Ῥέαν τὴν μητέρα αὐτῶν ἐμυθεύσαντο εἶναι, πατέρα δὲ τὸν Κρόνον, permultisque similibus.

C. XLII (p. 88): Τά γε μὴν ἐπὶ Σαρπηδόνος δάκρυα. „Ita D. Reliqui omnes Σαρπηδόνι." Restituatur reliquorum omnium librorum lectio. Nam quis probet: δακρύειν ἐπί τινος?

C. XLIII (p. 90): In narratione de fabricandis Achillis armis poëta τὸ πρῶτον ὑπεστήσατο τῆς παντελοῦς δημιουργίας νύκτα καιρόν·

ἐπειδήπερ αὕτη χρόνου πτερὰ πάτρια πρεσβεῖα κεκλήρωται. „Potest locus corruptus variis coniecturis tentari," Mehlero iudice. In codicibus nihil est praesidii. Cod. A et Scholia in iis quae supra scripta sunt consentiunt, nisi quod haec πτερὰ omittunt. Cod. D in alia omnia abit: ἐπείπερ αὐτὴ πατρὶ τῷ χρόνῳ πρεσβεῖα κέκτηται. Proposuit Mehlerus pulcherrime: ἐπειδήπερ αὕτη Χρόνου γέρα πάτρια πρεσβείᾳ κεκλήρωται, cuius coniecturae probatio apud ipsum petatur. Adsentior, expuncto insuper glossemate Χρόνου.

C. XLIII (p. 91): Οὐ γὰρ οὕτως ἄθλιόν τινα καὶ κακοδαίμονα παρεισάγει τὸν Ἥφαιστον, ὡς μηδὲ νυκτὸς ἀνάπαυσιν ἔχειν τῆς χειρωναξικῆς ἐργασίας, ὅπου γε καὶ παρ' ἀνθρώποις ἄθλιον εἶναι δοκεῖ τὸ μηδὲ νυκτὸς τῶν πόνων ἐκεχειρίαν ἄγειν. Observat Mehlerus: „Codd. παρ' ἀνθρώποις ἀθλίοις ἄτοπον, quod quid possit significare, vix intelligo." Significat, credo, iam ex veteribus scribis quemdam vidisse, repetitum ἄθλιον ab auctore non videri profectum, itaque pro eo reposuisse ἄτοπον. Deinde, ut fit, utraque scriptura in textum recepta est, tum — quoniam παρ' ἀνθρώποις ἄθλιον ἄτοπον stare non potest — alterum horum caeteris utcunque accommodatum. Equidem auctorem non magis ἄτοπον quam ἄθλιον dedisse existimaverim, sed: ὅπου γε καὶ παρ' ἀνθρώποις σχέτλιον εἶναι δοκεῖ τὸ μηδὲ νυκτὸς τ. π. ἐκεχειρίαν ἄγειν. Similiter seq. pag.: καὶ γὰρ οἶμαι σχέτλιον Ἀχιλλέα μηδὲ Γλαύκῳ κατὰ τὴν πολυτέλειαν ἴσον εἶναι.

C. XLVI (p. 97): Φυσικῶς δὲ διὰ τούτου τοῦ λόγου ἀποδείκνυσιν ὅτι σφαιροειδής ἐστιν ὁ κόσμος. Praecesserat aliud argumentum (c. XLV: ἥ τε θοὴ νὺξ οὐκ ἄλλο τι σημαίνει, πλὴν τὸ σφαιροειδὲς ὅλου τοῦ πόλου σχῆμα.), itaque addendum: Φυσικῶς δὲ (καὶ) διὰ τούτου τοῦ λόγου ἀποδείκνυσιν κτλ. Idem inserendum in tertio argumento (c. XLVII p. 99): καὶ μὴν (καὶ) αἱ φοραὶ τῶν ἐναντίων ἀνέμων δηλοῦσι τὸ τοῦ κόσμου σφαιροειδές.

C. XLVII (p. 100): Quae statim sequuntur ita fortasse erunt constituenda: Βορέας μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέων μετέωρος μέγα κῦμα κυλίνδει· τὴν γὰρ ἀπὸ τοῦ μεταρσίου φορὰν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἐκ μιᾶς λέξεως κατεκύλισεν ὁ στίχος. τοὔμπαλιν

δὲ ἐπὶ τοῦ νότου, πνέοντος ἀπὸ τῶν κάτω τόπων, κροτήσας (ΙCΡΟΤΗCΑC) „ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὠθεῖ," τὴν ἀπὸ τοῦ ταπεινοτέρου κίνησιν εἰς τὸ μετέωρον ἀνακυκλεῖ, — codices et scholiastae ἱστόρησεν, unde Heynius ἐς τὸ ῥίον ingeniosius quam verius effecit, cum in versu statim sequente idem vocabulum recurrat, — et conferenda cum scholiis ad γ 296 et ε 295. Verbum κροτεῖν ea significatione est in Platonis qui dicitur Axiocho p. 369 D.

Sequitur: πᾶν σφαιροειδὲς σχῆμα καὶ ἄπειρόν ἐστι καὶ πεπερασμένον· τῷ μὲν γὰρ ὅρον τινὰ καὶ περιγραφὴν ἔχειν, εὐλόγως αὐτὸ πεπεράνθαι νομιστέον· ἄπειρον δ' ἂν [ὁ κύκλος] ὀνομάζοιτο δικαίως, ἐπειδήπερ ἀμήχανόν ἐστι δεῖξαι πέρας ἐν αὐτῷ τι. Cancellis circumdatum substantivum vel una grammatica ratio damnat. Maiore molimine Mehlerus tentabat: „fort. leg. ἄπειρος δ' αὖ ὁ κύκλος ὀνομάζοιτ' ἂν δικαίως."

C. XLVIII (p. 104): Ἡ τῆς κοσμικῆς γενέσεως εἱμαρμένη πρῶτον θεμελιοῦχον ἐκρότησε τὴν γῆν· εἶτα ἐπὶ ταύτῃ -- τὸν οὐρανὸν ἐπωρόφωσε, καὶ κατὰ τῶν ἀναπεπταμένων αὐτῆς κόλπων ἀθρόαν ἔχεε τὴν θάλατταν, εὐθὺς θ' ἡλίῳ καὶ σελήνῃ τὰ διακριθέντα [τῶν στοιχείων] ἀπὸ τοῦ πάλαι χάους ἐφώτισεν. Et locus importunus emblema arguit et sententia. Non enim nunc de quattuor elementis agitur.

C. LIII (p. 113): Ταύτην μὲν οὖν πιθανότητος μᾶλλον ἢ ἀληθείας ἐχομένην τὴν ἀλληγορίαν ἄχρι τοῦ μὴ δοκεῖν ἀγνοεῖν παρειλήφαμεν· ἃ δ' ἐστὶν ἐναργέστερα καὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας ἐχόμενα, ταῦτα δὴ σκοπεῖν ἀναγκαῖον. Mehlero „videtur scripsisse Heraclitus ἐγγυτέρω ἐχόμενα vel μᾶλλον ἐχόμενα. Quod etiam Gesnerus est suspicatus." Etiam hic non addendo sed demendo Heraclitus sua recuperabit: ἃ δ' ἐστὶν ἐναργέστερΟΝ τῆς Ὁμήρου σοφίας ἐχόμενα, eiecto καί.

C. LVIII (p. 120). Deorum certamen, quale in illa Iliadis parte commemoratur quae Θεομαχία inde inscribitur, (Υ 1—75), longis ambagibus allegorice interpretatus Heraclitus disputationem suam his verbis concludit: Τίς οὖν οὕτω μέμηνεν, ὡς θεοὺς μαχομένους ἀλλήλοις παρεισάγειν, Ὁμήρου φυσικῆς ταῦτα δι'

ἀλληγορίας θεολογήσαντος. Pessime haec in codicibus tradita, cum et μέμηνεν et παρεισάγειν de Homero dicta oportebat, non de alio quodam hanc fictionem ut impiam culpante, qui ut propter hanc criminationem μεμηνέναι fortasse ab Heraclito Φορτικῶς loquente dici potuit, at certe non θεοὺς μαχομένους ἀλλήλοις παρεισάγειν. Neque Mehlerum fugit, „Heraclitum, siquidem sapiebat, ita scribere non potuisse. Cui hoc fortasse est restituendum: οὔκουν οὕτω μέμηνεν, ὡς -- παρεισάγειν, Ὅμηρος, Φυσικῆς ταῦτ' αὐτοῦ δι' ἀλλ. θεολογήσαντος." In eandem sententiam ipse correxerim: Τίς οὖν οὕτω μεμηνέν(αι), ὡς θεοὺς μαχομένους ἀλλήλοις παρεισάγειν, (λέγει) Ὅμηρον, · Φυσικῶς (ita codd.) ταῦτα δι' ἀλληγορίας θεολογήσαντΑ; Ita v. c. p. 4: τίς δ'. ἐπὶ τούτοις Ὅμηρον ἀσεβῆ λέγειν τολμᾷ; eademque forma interrogandi auctor saepius utitur.

C. LX (p. 122): Ἐπὶ τὴν ἠθικὴν μεταβῶμεν Ὀδύσσειαν. οὐδὲ γὰρ αὕτη τελείως ἀφιλοσόφητος· ἀλλ' ἐν ἑκατέροις τοῖς σωματίοις ὅμοιον εὑρίσκομεν Ὅμηρον, μηδὲν περὶ θεῶν ἀπρεπὲς ἱστοροῦντα [δίχα δὲ τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας αἰνιττόμενον]. Quae uncinis inclusa exhibui vocabula non meo iudicio textui detrahuntur, sed Mehleri sic disputantis: „eiusdem (haec) videntur esse farinae, cuius iam plura per textum Heracliteum demonstravi. *Sunt interpolatoris*, nec inveniuntur in optimo cod. D, neque apud Scholiastam, qui a vocabulis τελείως ἀφιλοσόφητος raptim transit ad ea, quae sunt inde a capite 61." At quae haec ratio est, quae expedire nequeas, ea propterea delere ut insiticia? Quo tandem consilio haec sensu cassa adiecisset interpolator? At desunt in uno codice, quantum equidem video caeteris nihil fide digniore, et apud Scholiastam. Itaque antecedentia quoque (ἀλλ' ἐν ἑκατέροις -- ἀπρεπὲς ἱστοροῦντα) Heraclito abiudicemus necesse est, quoniam apud eundem Scholiastam desunt. Molesta verba sunt et haud dubie corrupta, in quibus restituendis et Gesnerus et Schowius desudarunt, hic ἀπειρίας coniiciens, ille ἀπρεπείας. De quibus hoc Mehleri iudicium est: „praestat haud dubie Schowii coniectura Gesnerianae." Equidem et in hac aestimatione ita ab eius effato dissentio ut neutram coniecturam probem, locumque lacuna hiare potius censuerim sic fere explenda: -- ὅμοιον εὑρίσκομεν Ὅμηρον, μηδὲν περὶ θεῶν ἀπρεπὲς

ἱστοροῦντα, δίχα δὲ τῆς τοιαύτης (ἀσεβείας μετὰ Φυσικῆς) ἐμπειρίας αἰνιττόμενον. Ἀσεβείας commemoratio enim in hac oppositione prorsus necessaria est. Iam in prima operis pagina legimus: πάντως γὰρ ἠσέβησεν (Homerus), εἰ μηδὲν ἠλληγόρησεν, atque in quavis fere pagina idem recurrit. (Cfr. i. a. et pp. 59 et 112.)

C. LXII (p. 124): "Ἴδιος τοίνυν παρεισελθὼν ὁ νοῦς ἐξεπαίδευσε τὸν Τηλέμαχον, οὐ θεὰ παρακαθημένη, καὶ ταῦθ' ἃ λέγει παραινοῦσα διαπεττεύοντος· ἄγε δή, φησίν, ὦ Τηλέμαχε, μειρακίου γὰρ ἤδη τι φρονεῖς πλέον· „νῆ' ἄρσας -- ἔρχεο πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο." Quid hic locorum codices praebeant, ex Mehleri indiciis perspicue conficere non potui: quae exscripsi ex ipsius sunt coniectura, quam ita praedicat: „iusto fortasse est audacius, quod meam corrupti loci recensionem in textum recepi, -- qua scriptori sententiam suam propriam esse restitutam, mihi est persuasum." Mihi vero, — dicam aperte, — non ita persuasum est. Sed primum Schowianam recensionem conferamus: τίνα τοίνυν παρεισελθὼν ὁ νοῦς ἐξεπαίδ. τ. Τηλέμαχον; οὐ θεᾶς παρακαθημένης, καὶ ταῦτα, ἃ λέγει, παραινούσης, διαπεττεύοντος αὐτοῦ· ἀλλ' ἄγε δή, φησιν κτλ. Sunt haec et absurda, (quid enim sibi vult τίνα τὸν Τηλέμαχον, aut, si mavis, τίνα παρεισελθών? quid ὁ νοῦς θεᾶς παρακαθημένης?) et a codicum lectionibus magis, ut videtur, Mehlerianis abhorrentia. A codicibus enim et αὐτοῦ et ἀλλ' absunt et pro genetivis (θεᾶς -- παραινούσης) nominativi leguntur. In eo tantum laudandus Schowius, quod verba prout traduntur non cohaerere deprehendit, licet in connectendi conamine offenderit. Mehleri autem textus num multo concinnior est? Quod edit: Ἴδιος ὁ νοῦς ἐξεπαίδευσε τ. Τηλέμαχον, οὐ θεὰ παρακαθημένη, cohaerent haec et intellego: at ex iis quae sequuntur non amplius me expedio. Quid ineptius est quam θεὰ ταῦθ' ἃ λέγει παραινοῦσα? Quod vinculum in his: Ἴδιος ὁ νοῦς ἐξεπαίδευσε· ἄγε δή, φησίν? Experiamur, ecquid proponere possimus magis et sanum et cohaerens: (Ὅτι) ἴδιος τοίνυν παρεισελθὼν ὁ νοῦς ἐξεπαίδευσε τὸν Τηλέμαχον, οὐ θεὰ παρακαθημένη, καὶ ταῦθ' ἃ λέγει παραινΕΙ διαπεττεύοντος. ἄγε δή, φησίν κτλ. Ita, ut oportet, verba ταῦθ' ἃ λέγει (in quibus ταῦθ' verbi παραινεῖ *subiectum* est)

non iam ac deam pertinent, sed ad *τὸν νοῦν*, et sic optime sequitur, quid tandem *ὁ νοῦς* dixerit. Dignus est qui conferatur eiusdemmodi locus in vicinia (p. 143): *παραστὰς οὖν οὗτος ὁ λογισμὸς ἀπὸ τῆς ἀκρατοῦς ὀργῆς ἐπέπληξεν αὐτῷ* (Ulixi) *μάτην κατασπεύδοντι· „τίπτ' αὖτ' ὦ δύστηνε δι' ἄκριας ἔρχεαι οἶος; κτλ.*

C. LXIII (p. 126): Telemachus *τοιούτοις ἐπαρθεὶς λογισμοῖς εὐλόγως μετέωρον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐλαφρίζει.* Immo: *αὑτοῦ.*

C. LXIII (p. 127): *Ἐμβαίνοντι δ' αὐτῷ* (Telemacho) *τῆς νεὼς πάλιν συνεμβέβηκεν Ἀθηνᾶ, Μέντορι τὴν μορφὴν εἰκασμένη, ἀνδρὶ πρὸς Φροντίδας τὴν διάνοιαν ἔχοντι, Φρονήσεως μητέρα.* Prorsus adsentior Mehlero, contorta esse atque inepta omnia verborum *ἀνδρὶ* -- *μητέρα* explicandorum conamina. Quapropter haec proponit: *ἀνδρὶ πρ. Φρ. τ. διάνοιαν ἔχοντι. Φροντίδες γὰρ αἱ μένθηρες.* At hoc non est amplius auctoris verba emendare, sed rescribere. Accedit quod, quemadmodum Heraclitus nominum *Φρόνιος* et *Νοήμων* expressam originem non proponit sed per ambages innuit, idem eum in Mentoris etymologia facere consentaneum est. Legendum videtur, mutatione prope nulla: *Μέντορι* -- *ἀνδρὶ πρὸς Φροντίδας τὴν διάνοιαν ἔχοντι, Φρονήσεως μητέρ*AC. Conferri possunt quae p. 40 leguntur: (*τὸ Φρόνημα*) *ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς γεγενῆσθαι δοκεῖ· τοῦτον γὰρ ἀπεφηνάμεθα τὸν χῶρον ἰδίως λογισμῶν εἶναι μητέρα.*

C. LXIV (p. 128): *Καὶ μὴν ὁ περὶ Πρωτέως λόγος* -- *τὴν ἐξαπατῶσαν εὐθὺς ἔχει φαντασίαν, πάνυ μυθώδης ὤν. γεγονέναι τῆς ἐν Αἰγύπτῳ νησῖδος ἄθλιον ἔποικον· — θυγάτηρ δ' Εἰδοθέα, διὰ πατρὸς ἀδικίας ξένον εὖ ποιοῦσα· δεσμοὶ μετὰ τοῦτο καὶ Μενέλαος ἐνεδρεύων· εἶθ' ἡ πολυπρόσωπος εἰς ἅπαντα ἃ βούλεται Πρωτέως μεταμόρφωσις· ποιητικοὶ καὶ τέραστιοι μῦθοι [δοκοῦσιν], εἰ μή τις* -- *τοὺς ὀλυμπίους Ὁμήρου μύθους ἱεροφαντήσειε.* Damnandum *δοκοῦσιν*. Similis cernitur constructio p. 136.

C. LXV (p. 128): Sequitur allegorica horum interpretatio: *τὴν γοῦν προμήτορα τῶν ὅλων ὑφίσταται γένεσιν, ἀφ' ἧς τὸ πᾶν ῥιζωθέν, εἰς ὃ νῦν βλέπομεν, ἥκει κατάστημα. παλαιοὶ γὰρ ἦσάν ποτε χρόνοι, καθ' οὓς ἀτύπωτον ἡ ὑπόλιμνον ἦν, οὐδέπω κε-*

κριμένοις χαρακτῆρσιν εἰς τέλειον ἥκουσα μορφῆς. Substantivum deësse ad quod ἥκουσα pertineat certum est. Heynius scribebat: εἰς τέλειον ἡκούσης μορφῆς, Mehlerus: εἰς τέλειον ἧκον μορφήν, uterque mendum occultans magis quam tollens. At sic, ni fallor, sublatum erit: παλαιοὶ γὰρ ἦσάν ποτε χρόνοι, καθ' οὓς ἀτύπωτον (ἡ ὕλη) ἢ ὑπόλιμνον ἦν, οὐδέπω κεκρ. χαρ. εἰς τέλειον ἥκουσα μορφῆς.

C. LXV (p. 129): Quae sequuntur ita mihi videntur et digerenda et interpungenda: οὔτε γὰρ γῆ -- κέντρον ἐπεπήγει βέβαιον, οὔτ' οὐρανὸς περὶ τὴν ἀΐδιον φορὰν ἱδρυμένος ἐκυκλεῖτο, πάντα δ' ἦν ἀνήλιος ἠρεμία καὶ κατηφὴς σιγή, καὶ πλέον οὐδὲν ἢ κεχυμένης ὕλης ἄμορφος ἀργία, πρὶν Ἡ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ σωτήριον ἑλκύσασα τῷ βίῳ τὸν τύπον τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ, (καὶ) διεζεύγνυ τὸν μὲν οὐρανὸν τῆς γῆς, ἐχώριζε δὲ τὴν ἤπειρον τῆς θαλάττης, τέσσαρα δὲ στοιχεῖα -- ἐν τάξει τὴν ἰδίαν μορφὴν ἐκομίζετο. Mehlerus ediderat: -- πάντα δ' ἦν ἀνήλιος ἠρεμία -- καὶ πλέον οὐδὲν ἢ κεχυμένης ὕλης· ἄμορφος γὰρ ἀργία, πρὶν Ἡ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ -- τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ, διεζεύγνυ τὸν μὲν οὐρανὸν τῆς γῆς κτλ. In qua scriptura, ne caetera persequar, inserto ex uno codice (A) γάρ prorsus absurde ἡ ἄμορφος ἀργία, quibus verbis ipsum chaos significatur, mundi partes a chao divulsisse dicitur. Immo vero, ut apud Ovidium est, „hanc deus et *melior* litem *natura* diremit." Haec apud Heraclitum nunc ἡ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ audit, [1]) et paulo post ἡ πρόνοια, (μία τὸ πρὶν ὢν φύσις Πρωτεὺς εἰς πολλὰς ἐμερίζετο μορφάς, ὑπὸ τῆς προνοίας διαπλαττόμενος), quam ex eius sententia allegorice Homerus Εἰδοθέαν nuncupavit. Caeterum quod ad verba: τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ Mehlerus Eustathium profert (p. 977, 9: ἐπεὶ δὲ κόσμος ἐγένετο ὁ κόσμος, καὶ διεκρίθη τὰ πάντα), poterat ipsum nostrum excitare (p. 92) de Charite Vulcani uxore dicentem: ἔμελλε γὰρ ἤδη τῷ κόσμῳ χαριεῖσθαι τὸν ἴδιον κόσμον.

---

1) Etiam Mehlerus nunc ἡ δημ. ἀρχὴ proposuit (Mnemos. N. S. t. VI. 1878 p. 407.), et adest apud Galeum.

C. LXVI (p. 130): Proteus varias inducens formas leo fit et draco et panthera et sus, *γίγνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.* Quarum formarum haec allegorica redditur interpretatio: *διὰ μὲν οὖν τοῦ λέοντος - - τὸν αἰθέρα δηλοῖ. δράκων δ' ἐστὶν ἡ γῆ. - - δένδρον γε μὴν ἅπαν αὐξανόμενον καὶ τὴν ἀπὸ γῆς ὁρμὴν μεταρσίαν λαμβάνον, συμβολικῶς εἶπεν ἀέρα.* Inserendum, ut scriptoris mens appareat: (*δι' οὗ*) *συμβολικῶς εἶπεν ἀέρα.*

C. LXVI (p. 131): Similiter inserendum: *Φυσικῶς οὖν* (*τὸν*) *ἁπάντων πατέρα χῶρον ὠνόμασε Φάρον.*

C. LXIX (p. 135): De Martis Venerisque adulterio agens ex sententia adversariorum, *τὸ παρ' ἀνθρώποις* — inquit —, *ὅταν γένηται, θανάτου τιμώμενον οὐκ ἐδυσωπήθη παρὰ θεοῖς ἱστορῆσαι. λέγω δὲ* [*μοιχείαν.*]

> *ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος ἐυστεφάνου τ' Ἀφροδίτης,*
> *ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν Ἡφαίστοιο δόμοισιν.*

Ne urgeam auctorem designare rem, non declarare, quis Graece dicat: *λέγω μοιχείαν ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος*?

C. LXX (p. 137): *Καθόλου δὲ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλει σκοπεῖν, ἠλληγορημένην εὑρήσει.* Ulixem enim tanquam perfectum virtutis exemplar proponens *διὰ τούτου πεφιλοσόφηκεν, ἐπειδὴ τὰς ἐκνεμομένας τὸν ἀνθρώπινον βίον ἤχθηρε κακίας, ἡδονὴν μέν, τὸ Λωτοφάγων χωρίον, ξένης γεωργὸν ἀπολαύσεως, ἣν Ὀδυσσεὺς ἐγκρατῶς παρέπλευσε.* Multo malim: *κενῆς γεωργὸν ἀπολαύσεως.*

Pergit (p. 139): *καὶ Χάρυβδις μὲν ἡ πολυδάπανος ἀσωτία καὶ περὶ πότους ἄπληστος εὐλόγως ὠνόμασται. Σκύλλαν δὲ τὴν πολύμορφον ἀναίδειαν ἠλληγόρησε. διὸ δὴ καὶ κυνῶν οὐκ ἀλόγως ὑπέζωσται προτομάς, ἁρπαγῇ, τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ πεφραγμένας. αἱ δ' ἡλίου βόες ἐγκράτεια γαστρός εἰσιν· εἰ μηδὲ λιμὸν ἔσχεν, ἀδικίας ἀνάγκην· ἃ δὴ μυθικῶς μέν ἐστιν εἰρημένα παρὰ τοὺς ἀκούοντας· εἰ δέ τις ἐπὶ τὴν ἠλληγορημένην σοφίαν καταβέβηκεν, ὠφελιμώτατα τοῖς μιμουμένοις γενήσεται.* Adscripsi totam sententiam quamquam longiorem, quo clarius appareret, et quam

varie ac flagitiose corrupta circumferatur, et quam facili nego tio singula monstra quae videntur procurari possint. Iam primum haec falsa sunt: κυνῶν ὑπέζωσται προτομάς, ἁρπαγῇ -- πεφραγμένας. Ain vero? Haeccine canum *effigiei* vitia? Debebat saltem πεφραγμένων, sed ne hoc quidem rectum. Verum acute vidit Heynius: πεφραγμένη, quod adsciscendum, una vocula inserta: διὸ δὴ καὶ κυνῶν -- ὑπέζωσται προτομάς, (ὡς) ἁρπαγῇ, τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ πεφραγμένΗ. Nunc consideremus sequentia: αἱ δ' ἡλίου βόες ἐγκράτεια γαστρός εἰσιν· εἰ μηδὲ λιμὸν ἔσχεν, ἀδικίας ἀνάγκην. Quis λιμὸν ἔσχεν? Cum difficile dictu sit, Heynius ἀκράτεια et ἔσχον proponebat, de quibus Mehlerus ita iudicat: „prius bene fortasse se habet, posterius haud dubie est falsum." Equidem utrumque falsum habuerim, nec Mehlero assentiar profitenti: „quid scripserit Heraclitus, mihi non liquet." At mihi liquere putaverim. Scripsit Heraclitus: εἰ μηδὲ λιμὸC ἔσχεν ἀδικίας ἀνάγκην, substantivo activa significatione usurpato, quemadmodum Numa apud Plutarchum (c. 16) dicitur ἀνάγκην τῆς ἀδικίας ἀφαιρῶν τὴν ἀπορίαν. Neque minus sequentia laborant: ἃ δὴ μυθικῶς μέν ἐστιν εἰρημένα παρὰ τοὺς ἀκούοντας, in quibus neque ἐστιν bene habet neque παρά vel Schowianum περί. Pro praepositione verbum requiritur, unde pendeat accusativus τοὺς ἀκούοντας. Quod verbum ex his elicuerim: οὐ γὰρ πλάσμασι ποιητικοῖς τοὺς ἀκούοντας τέρπων χωλὸν ἡμῖν παραδέδωκεν Ἥφαιστον. (p. 55) Hinc eiecto ἐστιν nostro quoque loco scribendum: ἃ δὴ μυθικῶς μὲν εἰρημένα τέρπει τοὺς ἀκούοντας· εἰ δέ τις ἐπὶ τὴν ἠλληγορημένην σοφίαν καταβέβηκεν, ὠφελιμώτατα τοῖς μιμουμένοις γενήσεται. Eadem enim inest oppositio ac decantato illi Horatiano dicto: *et prodesse volunt et delectare poëtae*, eadem etiam ac non minus decantato Polybiano: ψυχαγωγεῖ μέν, ὠφελεῖ δ' οὐδέν.

C. LXXII (p. 142): Mercurio est γλῶττα θυσία, τὸ μόνον λόγου μέρος. Neque μόνον aptum neque Mehlerianum μόνιμον, sed τὸ γόνιμον λόγου μέρος. (Cfr. Scholl. nostra ad γ 332 et 341.)

C. XXIII (p. 144): De inferis et alia dicuntur et haec: ᾅδης μὲν οὖν ὁ ἀφανὴς τόπος ἐπωνύμως ὠνόμασται. Φερσεφόνη δ' ἀλληγορικῶς ἡ τὰ πάντα πεφυκυῖα διαφθείρειν, ἐν οἷς οὐκ ὄγχνη ἐπ'

ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ. τὰ δ' ἐνερριζωμένα πρέμνα τοῖς ἄλσεσιν αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Cui pertinet *ἐν οἷς*? Non certe ad *τὰ πάντα*, multoque minus ad *Φερσεφόνη*. Nempe lacunam tenemus manifestam, quae sic sarcietur: *Φερσεφόνη δ' ἀλληγορικῶς, ἡ τὰ πάντα πεφυκυῖα διαφθείρειν. (ἄλσεα δὲ Φερσεφόνης), ἐν οἷς οὐκ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.* Spectant enim haec κ 509, 510:

ἔνθ' ἀκτή τε λάχεια καὶ ἄλσεα Περσεφονείης,
μακραί τ' αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

C. LXXIV (p. 147): Scribendum: *ὁ σύμπας κόσμος Ὁμήρου μία φησὶν εἶναι πατρίς· -- ἐξόχως δ' Ἀθῆναι, αἱ Σωκράτην μὲν ἀρνησάμεναι πολίτην μέχρι φαρμάκου, μίαν δ' εὐχὴν ἔχουσαι (τὸ) δοκεῖν Ὁμήρου πατρὶς εἶναι.* Inserto enim articulo oratio Graeca erit.

C. LXXIV (p. 148): Sequitur longa atque artificiosa oppositio Homerum inter et Platonem, hunc libidinis magistrum et exemplum, illum virtutis. *Τοὺς Πλάτωνος* — inquit — *διαλόγους ἄνω καὶ κάτω παιδικοὶ καθυβρίζουσιν ἔρωτες, οὐδαμοῦ δ' οὐχὶ τῆς ἄρρενος ἐπιθυμίας μεστός ἐστιν ὁ ἀνήρ.* Et hic *οὐδαμοῦ δ' (οὗ) οὐχὶ* dictum oportet, quemadmodum *οὐδεὶς ὅς* (vel *ὅστις*) *οὐ* unice linguae legibus satisfacit.

Pergit Homerum extollens: *Μούσας μὲν Ὅμηρος ἐπικαλεῖται θεὰς παρθένους ἐπὶ τοῖς λαμπροτάτοις τῶν κατορθωμάτων, ὅπου τι καὶ γεννικόν ἐστιν ἐπίτευγμα καὶ τῆς Ὁμηρικῆς θειότητος ἄξιον ...... οὐκ ἔλασσον ἢ κατὰ πόλιν διαταττομένη καὶ μεγάλαις ἡρώων ἀριστείαις· συνεχῶς οὖν καθάπερ εἰς χῶρον αὐτῷ συνήθη τὸν Ἑλικώνιον ἐφίσταται λέγων·*

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Οἵτινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν. (B 484, 487.)
Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὅστις δὴ πρῶτος Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθεν. (Λ 218, 219.)

ἢ πάλιν ἡνίκα τῆς Ἀγαμέμνονος ἀνδραγαθίας ἐνάρχεται, τοῖς τρισὶ θεοῖς ἥρωα σύμμορφον ὑμνῶν. Nihil opus est molestias, vel — ut verius dicam — densissimas tenebras, quibus longior hic locus premitur, singillatim exponere. Quis haec intellegit? Sunt verborum optime Graecorum *ἰνδάλματα*, unde, sive sin-

gulas spectemus sententias sive sententiarum continuationem et tenorem, nihil elicere datur, quod sanum sit atque integrum. Neque aliud Mehleri iudicium est haec adnotantis: „conclamatum locum haud facile arbitror exstiturum, qui ita possit sanare, ut ipsa scriptoris revocet verba; *cuius ne sententiam quidem ex iis, quae sunt in utroque codice eodem modo vitiose scripta, coniiciendo licet assequi.*" Satis desperate, atque ita ut vel audaciorem quempiam ab omni divinandi coniectandique conamine deterrere valeant. Vel sic tamen audendum aliquid; etenim quemadmodum verba nunc stant, stare nullo modo possunt, et, ut in proverbio est, fortes fortuna. Ac primum circumspiciendum, ecquid codices auxilii suppeditent. Qua in re hoc tenendum est, omnem Heraclitei textus in hac parte constituendi rationem contineri duobus codicibus Vaticanis, A (Vat. 871) et D (Vat. 305). In priore sententia nihil opitulari videntur, sed aliter se res habet in posteriore. D enim ita: *συνεχῶς οὖν καθάπερ αὐτὸς πρὸς χῶρον συνήθη τὸν Ἑλικώνιον ἐφίσταται λέγων: ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὅστις κτὲ. καὶ πάλιν οἵτινες κτὲ., ἡνίκα τῆς Ἀγ. ἀνδραγ. ἐνάρχεται.* At in A est: *συν. οὖν καθάπερ εἰς χῶρον αὐτῷ συνήθη τὸν Ἑλικώνιον ἐφίσταται λέγων ἔσπ. . . . . κοίρανοι ἦσαν, ἢ πάλιν ἡνίκα τῆς Ἀγαμ. ἀνδρ. ἐνέρχεται τοῖς τρισὶ θεοῖς ἠρ. συμμ. ὑμνῶν· ἔσπετε . . . . . ἀντίος ἦλθεν.* Unde et alia discimus et hoc, eum sententiarum tenorem, pessimum et perturbatissimum, quem nescio unde Mehlerus lectoribus proposuit, neutrius codicis auctoritate niti. Neque hoc ita dico, quasi quem codices praebent ordinem eum praeferendum et amplectendum existimem. Nam hic quoque et ipse perversus est neque in utroque codice idem. Sed cum hinc perspicue appareat, iam antiquitus hic locorum in sententiis connectendis esse peccatum, et ad deserendum Mehlerianum ordinem sponte allicimur, et hoc clare perspicimus, quattuor versus Homericos, molestissime apud Mehlerum Heracliti sententiis interpositos, in neutro codice ut apud hunc est uno tenore continuari. Iam hoc satis est ut sana ratione duce meliorem ordinem expiscemur hunc: *Μούσας μὲν Ὅμηρος ἐπικαλεῖται θεὰς παρθένους ἐπὶ τοῖς λαμπροτάτοις τῶν κατορθωμάτων, ὅπου τι καὶ γεννικόν ἐστιν ἐπίτευγμα καὶ τῆς Ὁμηρικῆς θειότητος ἄξιον, (τῆς δὲ παρουσίας αὐτῶν) οὐκ ἔλασσον· (οἷον) ἢ κατὰ πόλεις διαταττο-*

μένΩΝ Ἦ καὶ (ἐν) μεγάλαις ἡρώων ἀριστείαις, ἢ πάλιν ἡνίκα τῆς Ἀγαμέμνονος ἀνδραγαθίας ἐνάρχεται τὸν τρισὶ θεοῖς ἥρωα σύμμορφον ὑμνῶν· [1])

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὅστις δὴ πρῶτος Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθεν.

συνεχῶς οὖν καθάπερ εἰς χῶρον αὐτῷ συνήθη τὸν Ἑλικώνιον ἐφίπταται λέγων·

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Οἵτινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.

Convertamus nos nunc ad Platonem (p. 149): Ἀλλ' ὅ γε θαυμαστὸς ἐν τῷ περικαλλεῖ Φαίδρῳ τῆς σώφρονος ὑπὲρ ἐρώτων διακρίσεως ἀρχόμενος ἐτόλμησεν ὡς ὁ Λοκρὸς Αἴας ἐν τῷ παρθενῶνι τῆς ἁγιωτάτης θεᾶς, ἄγος τι Μουσῶν κατασπείσας, τὰς σώφρονας ἔργων ἀσελγῶν καλέσαι βοηθούς. Iam primum in ipso oppositionis introitu *nomen* philosophi aegre desideratur, quod cum in A adsit, (qui θεῖος Πλάτων), audacter inseramus. Contra paulo post idem nomen praepostere additum videtur in his: περὶ τίνος, εἴποιμεν ἄν, ὦ θαυμασιώτατε [Πλάτων]; Tum ἡ ὑπὲρ ἐρώτων διάκρισις miro modo σώφρων audit, quae statim post ἔργων ἀσελγῶν nomine insignitur, ne dicam mox in eadem periodo recurrere vocem σώφρονας, sed recte nunc et ordine de Musis usurpatam. Quapropter corrigam: ἀλλ' ὅ γε θαυμαστὸς (Πλάτων) ἐν τῷ περικαλλεῖ Φαίδρῳ τῆς σοφῆς ὑπὲρ ἐρώτων διακρίσεως ἀρχόμενος. Tandem dicine potest: ἄγος τινὸς κατασπένδειν? Cum vix putem, fortasse melius fuerit: ἄγος τι Μουσῶν κατασπείρας, quemadmodum p. 3 legitur: ὅτι οὐδεμία κηλὶς ἐναγῶν μύθων τοῖς ἔπεσιν ἐνεσπείρηται.

Quae sequuntur et apud editorem et in utroque codice Vaticano miserum in modum permixta mihi videntur et perturbata, lacunosa insuper scribendique vitiis omne genus obsita: Τοιγαροῦν εἰκότως ὁ μὲν Ὁμήρου λόγος ἡρώων ἐστὶ βίος, οἱ δὲ Πλάτωνος διάλογοι μειρακίων εἰσὶν ἔρωτες καὶ πάντα παρ' Ὁμήρῳ

---

1) Alludit rhetor ad B 476 seqq.:

τοὺς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα
ὑσμίνηνδ' ἰέναι, μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων,
ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ.
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

γεννικῆς ἀρετῆς γέμει. Haec non cohaerere primo obtutu quivis videat. Simpliciter indicabo, quemadmodum totum hunc intricatiorem locum equidem digesserim. *Τοιγαροῦν εἰκότως ὁ μὲν Ὁμήρου λόγος ἡρώων ἐστὶ βίος, οἱ δὲ Πλάτωνος διάλογοι μειρακίων εἰσὶν ἔρωτες καὶ* (*παιδικῆς ἐπιθυμίας γέμουσι*). *πλὴν εἰ μὴ νὴ Δία βίου ὠφέλειαν φήσομεν εἶναι τὰ σεμνὰ τῶν ἰδεῶν τερετίσματα καὶ παρ' Ἀριστοτέλους τοῦ μαθητοῦ γελώμενα.... πάντα παρ' Ὁμήρῳ γεννικῆς ἀρετῆς γέμει. Φρόνιμος Ὀδυσσεύς, ἀνδρεῖος Αἴας, σώφρων Πηνελόπη, δίκαιος ἐν ἅπασι Νέστωρ, εὐσεβὴς εἰς πατέρα Τηλέμαχος, ὑπὲρ ὧν παρὰ Πλάτωνι τῆς τοῦ φιλοσόφου ἐξώρισται πολιτείας. διὰ τοῦτο ἀξίας οἶμαι τῶν καθ' Ὁμήρου λόγων τὰς δίκας ὑπέσχεν*. Apud Mehlerum et in codicibus, ut dixi, prior sententia usque ad verba: *ἀρετῆς γέμει* non intermisso tenore continuatur, tum exempla sequuntur, *Φρόνιμος Ὀδυσσεύς - - ἐξώρισται τῆς πόλεως* (nam ita edidit), post quae, quod quis minime exspectaverit, illa de ideis subiunguntur, (*πλὴν εἰ μὴ — γελώμενα*), quae non minus mire hac excipiuntur conclusione: *διὰ τοῦτο* (igitur propter ideas) *ἀξίας - - τὰς δίκας ὑπέσχεν*. Quam iocculariter haec *ἀσύγκλωστα* connectantur, nemo mihi est monendus. Itaque tota transposita sententia (*πλὴν εἰ -- γελώμενα*), duplici insuper lacuna statuta, et post *καὶ* et post *γελώμενα*, — violentioribus, fateor, remediis, — grave vulnus sarcire conatus sum. Quae post *καὶ* addebam, desumpsi ex simillimis iis quae supra (p. 148) leguntur paulo ante a me emendatis. In quibus me sensum tantum adumbrasse, vix opus est ut moneam. Cum de lacunis transpositionibusque dixerim, nunc de scripturae vitiis paucis videamus. Edidisse Mehlerum *παρ' Ἀριστοτέλει τῷ μαθητῇ* levioris momenti est; difficiliorem inveniunt procurationem haec in D sic scripta: *ὑπὲρ ὧν παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ τῆς τοῦ φῶ τοῦ Πλάτωνος ἐξώρισται πόλεως*. In A omnia verba inter *πλάτ. τ. φιλοσόφῳ* et *πλὴν εἰ* sine ullo lacunae signo desiderantur: Mehlerus edidit (dubitanter tamen): *ὑπὲρ ὧν παρὰ Πλάτ. τῷ φιλοσόφῳ ἐξώρισται τῆς πόλεως*, ego, abiectis [*τῷ φιλοσόφῳ*] et [*τοῦ Πλάτωνος*] scripserim quae supra posita sunt. Mox editor perperam admodum: *πλὴν εἰ μὴ διὰ βίου ὠφέλειαν φήσομεν εἶναι τὰ -- τερετίσματα*. Quod reponebam: *πλὴν εἰ μὴ νὴ Δία βίου ὠφέλειαν κτλ.* nititur codicis A auctoritate seque facile per se tuebitur.

Nondum unius capitis corruptelas exantlavimus. Plato igitur (pergit p. 150) maledicentiae in Homerum iustas luit poenas, ἐν ἐλευθέρῳ δὲ σώματι δουλικὴν ἠνέσχετο τύχην καὶ μέχρι πράσεως. οὐδ' εἷς γὰρ ἀγνοεῖ τὸν Σπαρτιάτην Πόλλιν, ῷ οὐδ' ὡς Λιβυκοῦ χάρις ἐλέου σέσωσται, καὶ μνῶν εἴκοσι καθάπερ ἀνδράποδον εὐτελὲς ἐτιμήθη. Emendandis verbis corruptissimis ῷ -- σέσωσται praeivit Mehlerus haec disputans: „quae sequuntur pessime habita vocabula, ita fort. possunt emendari: ῷ δουλεύων Λιβυκοῦ χάριν ἐλέου σέσωσται. Qui enim redemit e servitute Platonem, Anniceris fuit Cyrenaeus." Similiter, sed magis ni fallor secundum literarum apices Heraclitique consuetudinem ipse correxerim: οὐδ' εἷς γὰρ ἀγνοεῖ τὸν Σπαρτιάτην Πόλλιν ῷ (δεδούλευκεν), οὐδ' ὡς Λιβυκοῦ χάριν ἐλέου σέσωσται.

C. LXXV (p. 151): Castigato Platone Heraclitus vel acerbius in Epicurum invehitur. Ὁ δὲ Φαίαξ φιλόσοφος ['Επίκουρος], ὁ τῆς ἡδονῆς ἐν τοῖς ἰδίοις κήποις γεωργός, -- ἄρ' οὐχὶ καὶ ταῦθ' ἃ μόνα τῷ βίῳ παρέδωκε αἰσχρῶς ἀγνοήσας παρ' Ὁμήρου κέκλοφεν; Quanto acrius simul et salsius Epicurus significatus erit non adiecto nomine! Praeterea ἀγνοήσας neque per se recte habet et alius vocabuli prorsus necessarii iniuria locum occupat. Etenim si quis quid ἀγνοήσας κέκλοφεν, cur ei hoc adeo vitio erit vertendum? Ne urgeam hoc ab auctoris mente abhorrere saepius expressa. (Cfr. p. 6 et 152.) Et quocum coniungendum αἰσχρῶς? Estne παρέδωκε (sic) αἰσχρῶς? an potius αἰσχρῶς ἀγνοήσας? an αἰσχρῶς κέκλοφεν? At primum ineptum est, caetera otiosa. Praeterea non adiecto substantivo illa: ἃ μόνα τῷ βίῳ παρέδωκε obscure admodum dicta erunt. Rescribendum: ἄρ' οὐχὶ καὶ ταῦθ' ἃ μόνα τῷ βίῳ παρέδωκεν αἰσχρῶς ἀγαθὰ παρ' Ὁμήρου κέκλοφεν; Error ut saepius in Heraclito animadvertimus e lacunula (ἀγ) male expleta ortus.

In iis quae statim sequuntur: ἃ γὰρ 'Οδυσσεὺς ὑποκρίσει παρ' 'Αλκίνῳ μὴ φρονῶν ἐψεύσατο ταῦτα ὡς ἀληθεύων ἀπεφήνατο τέλος βίου, vitium est in verbis μὴ φρονῶν, pro quibus participium requiritur unde ὑποκρίσει pendeat, χρώμενος vel simile quid, quod tamen saepius quaesitum frustra quaesivi.

Versus illos quibus luxuriam extollit λέγει 'Οδυσσεύς, οὐχ ὁ

παρὰ Τρωσὶν ἀριστεύων, οὐχ ὁ Θρᾴκην κατασκάπτων, -- ἀλλὰ τὸ βραχὺ τῆς Ποσειδῶνος ὀργῆς λείψανον. Ad ὁ Θρᾴκην κατασκάπτων Mehlerus: „quamnam Odyssei ἀριστείαν his verbis possit indicare Heraclitus ignoro." Nihil tamen apertius quam Ismarum direptam argute significari, Ciconum urbem (ἣ νῦν Μαρώνεια λέγεται. Scholl. ad ι 39, 40.), Ciconesque Thracicam gentem fuisse.

C. LXXV (p. 152): Ἃ δὴ παρὰ τοῖς ὑποδεξαμένοις ἐνομίζετο τίμια τούτοις ἐξ ἀνάγκης συγκαταινεῖ. -- ἃ δὴ πραττόμενα φαύλως οὐκ ἐνῆν διδάσκοντα βελτίω ποιεῖν τούτοις — ἠναγκάσθη μαρτυρεῖν. Nisi plura exciderunt, altero loco scribendum ἅ τε.

Haec habui, quae in praesentia ad Heracliti Allegorias emaculandas proferrem exiguae molis libellum, qui tamen ne omnibus quidem quas proposui coniecturis adscitis perpurgatus legetur.

Ad Scholia decimi libri reversum haec advertunt, quae ad κ 528 leguntur: καὶ πῶς ἠπίστατο (Ulixes) τὴν δύσιν ἐν σκότῳ ὄντος; (B) Aut ἐν σκότῳ ὢν oportet aut σκότου ὄντος.

λ, 3. Ad ἐν δ' ἱστὸν τιθέμεσθα καὶ ἱστία νηὶ μελαίνῃ in V: οὐχ ἁπλῶς ἐνεθήκαμεν τῇ νηί, ἀλλὰ μετὰ τὸ στῆσαι τὸν ἱστὸν καὶ ἁπλῶσαι τὰ ἱστία, οἷον εὐτρεπίσαμεν. Corrigendum: μετὰ τὸ στῆσαι τὸν ἱστὸν καὶ ἁπλώσαντες τὰ ἱστία. Hoc vult: verbum τιθέμεσθα praegnanti qui dicitur sensu hic usurpatum esse.

λ, 38. Οἱ ἓξ (vs. 38—43) παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ Ἀριστοφάνει ἠθετοῦντο ὡς ἀσύμφωνοι πρὸς τὰ ἑξῆς. κτλ. (HQ) Larochius edidit προηθετοῦντο, et adsentirer, nisi vel lenior eiusdem sententiae restituendae modus esset. Nempe codices praebent οἱ καί, Porsono debetur οἱ ἕξ, sed utroque opus. Scribamus, numerum errore excidisse rati: οἱ (ἓξ) καὶ π. Ζην. κ. Ἀριστ. ἠθετοῦντο. Cfr. α 38. Eiusdem notae contractior forma legitur in V (M et Vindd. 56 et 133 sec. Laroch.) pessime concepta: ἀθετοῦνται οὗτοι οἱ ἕξ, ὅτι οὔπω προσέρχονται· καὶ ὅτι ἀδύνατον φέρειν τὰς ψυχὰς τὰς τῶν σωμάτων πληγάς. Etiam Larochius haec sine ulla animadversione praetermisit. Me tamen offendunt illa: ὅτι

οὔπω προσέρχονται, nam *ἀγέροντο* quidem *ψυχαὶ νεκύων κατατεθνηώτων* (vs. 37), sed non *sic*, ut spuriorum auctor versuum volebat. Hinc scripserim *ἀθετοῦνται -- ὅτι οὔπω προσέρχονται*, quae non optime referre censuerim haec amplioris scholii (ex HQ): *οὐ γὰρ μεμιγμέναι αἱ ψυχαί· νῦν δὲ ὁμοῦ νύμφαι, ἠΐθεοι, γέροντες, παρθένοι*. In fine aperte scribendum: *ἀλλὰ πρὸς ἀνακεφαλαίωσιν πεποίηνται τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθέντων*, sc. *οἱ στίχοι*, non — quod editur — *πεποίηται*.

λ, 46. Ulixes comites apud inferos iubet *μῆλα — δείραντας κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν*. Quid sit *ἐπεύξασθαι* exponitur in H: *χάριν δι' εὐχῶν ὁμολογῆσαι, ὡς δὴ ἀντομένου τοῦ σπευδαζομένου*. Immo: *ἀντομένους*.

λ, 73. *Μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι*. Paraphrasis in B: *ἤτοι μὴ ὀργισθῶσι σὲ οἱ θεοὶ δι' ἐμὲ ἄταφον ἐαθέντα*. Oportet: *μὴ ὀργισθῶσί σοι οἱ θεοί*.

λ, 88. Accedit matris umbra, quam tamen sanguinem degustare gestientem Ulixes etsi invitus arcet, ut Tiresian prius consulat. Adnotatur: *καρτερικὸς ὁ ἔρως τοῦ ἠθέος ἀεὶ προκρίνων τὸ συμφέρον*. (HQ), belle pro: *καρτερικὸς ὁ ἥρως*, quod diserte scriptum esse narratur in H.

λ, 174. Interrogat Ulixes matris umbram:

εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον, --
εἰπὲ δέ μοι μνηστῆς ἀλόχου βουλήν τε νόον τε.

Scholion ad haec: *τὰ τοιαῦτα ὁ Ὀδυσσεὺς ἐρωτᾷ τὴν ψυχὴν τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς περὶ τῆς συνεύνου αὐτοῦ καὶ τῶν παίδων. καὶ οὐκ ἀπεικὸς τοῦτο ποιεῖ. ἐπειδὴ γάρ, φασίν, αἱ ψυχαὶ μετὰ τὴν τοῦ συνθέτου διάλυσιν αἴσθησιν ἔχουσί πως τῶν τῇδε καὶ γνῶσιν ἀσωματωτέραν καὶ ἁπλουστέραν τῶν συντεθειμένων ἔκ τε ψυχῆς καὶ [τοῦ] σώματος, καλῶς λαβεῖν τῶν τοιούτων τὴν εἴδησιν ἐκ τῆς μητρῴας ψυχῆς εἶχε τὸν ἐρωτῶντα. ἑξῆς καὶ [ὡς] ἐνδον ἤκουσεν ἅπερ αὐτὸς [ὁ Ὀδυσσεὺς] πρὸς τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως οὐκ ἐγίνωσκεν, ἀλλ' ὅμως καὶ τόπον τόπῳ ἀμείβων ὁ δύστηνος.* Totum scholion in solo Q servatum etsi longiusculum apposui, quoniam non nisi tenore cognito ratio plurimorum quibus in-

quinatur vitiorum eorumque medela perspicitur. Statim in initio scribendum esse: *τὰ τοιαῦτα ὁ Ὀδ. ἐρωτᾷ -- περὶ τοῦ συνεύνου αὐτῆς καὶ τοῦ παιδός*, probatione non egere putem. Sequens sententia plana erit et perspicua eiecto, quod iam proposui, *τοῦ* eodemque post *καλῶς* inserto, correcto simul *εἶχε τὸν ἐρωτῶντα*, — nisi quis expedire possit quid sit: *εἴδησιν λαμβάνειν ἔχει τὸν ἐρωτῶντα*, — quod tamen non vitium scribarum est, sed Struvii *παραδιόρθωσις* pro codicis lectione *εἶχε τὸν ἔρωτα*. Itaque scribatur: *ἐπειδὴ — αἱ ψυχαὶ — αἴσθησιν ἔχουσί πως τῶν τῇδε καὶ γνῶσιν ἀσωματωτέραν καὶ ἁπλουστέραν τῶν συντεθειμένων ἔκ τε ψυχῆς καὶ σώματος, καλῶς (τοῦ) λαβεῖν τῶν τοιούτων τὴν εἴδησιν ἐκ τῆς μητρῴας ψυχῆς εἴχετο ἔρωτι*. Sed omnium pessime mulcata sunt extrema. Pellucebit sententia, ubi hic quoque eiectis *ὡς* ex dittographia, ut videtur, nato et *ὁ Ὀδυσσεύς* glossa inutili, caetera constituta erunt in hunc modum: *ἑξῆς καὶ ἐνδὸν ἤκουσεν ἅπερ αὐτὸς πρὸ τῆς αὐτοῦ ἐρωτήσεως οὐκ ἐγίνωσκεν οὐδαμῶς, καί(περ) τόπον τόπῳ ἀμείβων ὁ δύστηνος*.

λ, 213. Homerica paraphrasi sic dilatantur: *ἤ, φησίν, οὐχ ὑπάρχεις σὺ ἡ ἐμὴ μήτηρ, ἀλλ' εἴδωλόν τι καὶ ἀποσκίασμα τὸ παρ' ἐμοὶ νῦν δρώμενόν ἐστιν*; (HQ) In H est *ἐμοί*, in Q: *ἡμῖν*. Neutrum rectum, sed *τὸ παρ' ἐμοῦ - δρώμενον*.

λ, 238. Enipeus praedicatur *πολὺ κάλλιστος ποταμῶν*. Quaeritur: *πῶς οὖν ἐν Ἰλιάδι ὁ Ἄξιος; ἢ τοῦ μὲν Ἀξίου τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ Ἐνιπέως τὸ σῶμα. ὅθεν καὶ ἐραστά*. (V) Buttmannus *ἠράσσατο* coniecit, possis lenius: *ὅθεν καὶ ἐραστόν*, sc. *τὸ σῶμα*. Simul apparet, alteram solutionem (*κατὰ λέξιν*) excidisse in hac epitome eorum, quae plenius leguntur ad vs. 239 ex HQT, licet haec et ipsa compendifacta sint.

λ, 271. *Λάϊος — μαντείαν λαβὼν ὅτι ὁ τικτόμενος παῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναιρεῖ αὐτόν, Ἐπικάστην γήμας γεννᾷ Οἰδίποδα καὶ τοῦτον ἐκτίθησι*. (V) Audiverat Laius, opinor, *ὅτι ὁ τικτόμενος παῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀναιρήσει αὐτόν*. Interiecto tempore Oedipus matrem inscius in matrimonium ducit *ἐπιλυσάμενος τὸ τῆς Σφιγγὸς αἴνιγμα τὸ λέγον, τί δίπους, τί τρίπους, τί τετράπους. καὶ*

λέγομεν ὅτι τὸ δίπους ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, τὸ τρίπους [σημαίνει] γέροντα βαστάζοντα βακτηρίαν, καὶ τὸ τετράπους τὸ νήπιον. Praestat καὶ *λύει*, quo correcto abiicere poterimus σημαίνει a Dindorfio nullo vetere teste insertum. Tandem apud Atticos receptus τελευτῶν ὁ Οἰδίπους διὰ γῆρας παρεκάλεσε τὸν Θησέα μηδενὶ τῶν Θηβαίων δεῖξαι τὸν τάφον. ἐθελῆσαι γὰρ αὐτὸν καὶ νεκρὸν αἰκίσασθαι. Immo ἐθελ. γ. *αὐτοὺς* κ. νεκρὸν αἰκίσασθαι.

λ, 309. Ζείδωρος ἄρουρα non est ἡ τὰ *τινὸς* ζωὴν δωρουμένη γῆ (Q), quod ridicule editur, sed ἡ τὰ ΠΡΟΣ ζωὴν δωρουμένη, quemadmodum non solum Lexicographi habent omnes, Apollonius, Photius, Hesychius, sed emendate extat ad γ 3. [1])

λ, 320. Γένυς male dicitur in H πληθυντικῶς αἰτιατικῆς pro πληθυντικῆς.

λ, 321. Κέφαλος νομίσας εἶναι θηρίον - - ἔλαθεν αὐτὴν Πρόκριν κατακοντίσας. (V) Oportet noto usu: ἔλαθεν *αὐτὸν* Πρόκριν κατακοντίσας.

λ, 326. In historia de Amphiarao et Eriphyle non solum ὡμολόγησαν in singularem mutandum, quod operarum vitium est (Praef. LIX), sed — quod maioris paulo momenti — lenissima correctione ea restitui possunt, quae et Barnesio et Buttmanno lacunosa videbantur nec sine maiore molimine sananda. Editur: λαβοῦσα δὲ ἡ Ἐριφύλη τὸν ὅρμον - - *προέθετο* τοῖς περὶ τὸν Ἄδραστον *βιαζομένοις* τὸν Ἀμφιάραον ἰδόντα τὴν τῶν δώρων ὑποδοχὴν καὶ πολλὰ τὴν Ἐριφύλην αἰτιασάμενον, αὐτὸν μὲν ἐξορμῆσαι πρὸς τὴν στρατείαν, Ἀλκμαίωνι δὲ προστάξαι - - ἀποκτεῖναι τὴν μητέρα. (V) Buttmannus lacunosa quae ipsi videbantur sic sarciebat: „προσέθετο (adjunxit se) τοῖς περὶ τὸν Ἄδρ. βιαζομένοις τὸν Ἀμφιάραον συστρατεύειν αὐτοῖς. τὸν δὲ Ἀμφιάραον κ. τ. ἑ." Scribamus, adsumta priore Buttmanni emendatione eaque verissima: λαβοῦσα δὲ ἡ Ἐριφύλη τ. ὅρμ. - - *προσέθετο* τοῖς περὶ τὸν Ἄδραστον (*τὸν ἄνδρα*) *βιασομένη*. (*καὶ*) τὸν Ἀμφιάραον — αὐτὸν μὲν ἐξορμῆσαι — Ἀλκ-

---

1) Ζείδωρον: τὴν τὰ πάντα πρὸς τὸ ζῆν δωρουμένην. (E.)

ιαίωνι δὲ προστάξαι κτλ., oratione de more repente in indirecam versa et iam nulla lacuna statuenda supererit. Nempe nota achygraphica pro καί quemdam fefellisse videtur.

λ, 359. Pro πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ Aristophanes legebat: πλειοέρῃσιν χερσί. ὁ μετὰ πλεόνων ἀπελθὼν τοῦ ποτε. (H) Immo ῶν ποτε.

λ, 385. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σίσυφος κέρδιστος ὢν διὰ τί κολάζεται; τὸ κακότροπον ὁ Γλαῦκος τοῦ προγόνου εἰς σύνεσιν μετήνεγκεν. TV) De re ipsa post Buttmannum olim disputavi in Observv.). 29, simul correctis huius scholii extremis. Nunc in iis juae descripsi inverso ordine eoque naturali scriptum malim: τὸ κακότροπον τοῦ προγόνου ὁ Γλαῦκος εἰς σύν. μετήνεγκεν, quae juo sensu essent accipienda Buttmannus docuit.

λ, 428. Ulixes Agamemnonis verba refert apud inferos sibi lata et alia et haec:

ὡς οὐκ αἰνότατον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός
[ἥτις δὴ τοιαῦτα μετὰ φρεσὶν ἔργα βάληται]·

Ulteriorem versum et plurimi recentiorum expunxerunt et antiquiorum: Ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται, ὡς ἐκλύων τὸν θυμόν, οὐ γὰρ ὅτι πρὸς θεραπείαν Ἀρήτης ὁ Ὀδυσσεύς· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τῷ ὑποκρινομένῳ τὸ πρόσωπον Ἀγαμέμνονος περιίστασθαί τι εἰπεῖν. (H) Ita haec in Dindorfiana eduntur. Nisi me omnia fallunt, Didymi hic verba tenemus eum versum damnantis qui, Porsono iudice, „profecto omnium fere qui pro spuriis notantur dignissimus qui expungatur." Nota tamen in Schmidtii sylloge desideratur, fortasse quod non habebat, quid verbis misere corruptis substitueret. Attamen dispicere mihi videor, quid grammaticus dederit. Ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται, ὡς ἐκλύων τὸν θυμόν. οὐ γὰρ ὅτι πρὸς θεραπείαν Ἀρήτης εἴρηται. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τῷ ὑποκρινομένῳ τὸ πρόσωπον Ἀγαμέμνονος παρίστασθαι ὅ τι εἶπεν, quae antiquorum grammaticorum et brevitatem et iudicandi sanitatem feliciter referunt. Eiiciendus versus est, inquit. Non enim eo defendendus, quod Ulixes hunc addit ne Aretes animum offendat. Etenim non ex sua nunc loquitur persona sed ex Agamemnonis, neque opus est ut huius dicto-

λέγομεν ὅτι τὸ δίπους ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, τὸ τρίπους [σημαίνει] γέροντα βαστάζοντα βακτηρίαν, καὶ τὸ τετράπους τὸ νήπιον. Praestat καὶ *λύει*, quo correcto abiicere poterimus σημαίνει a Dindorfio nullo vetere teste insertum. Tandem apud Atticos receptus τελευτῶν ὁ Οἰδίπους διὰ γῆρας παρεκάλεσε τὸν Θησέα μηδενὶ τῶν Θηβαίων δεῖξαι τὸν τάφον. ἐθελῆσαι γὰρ αὐτὸν καὶ νεκρὸν αἰκίσασθαι. Immo ἐθελ. γ. *αὐτοὺς* κ. νεκρὸν αἰκίσασθαι.

λ, 309. Ζείδωρος ἄρουρα non est ἡ τὰ *τινὸς* ζωὴν δωρουμένη γῆ (Q), quod ridicule editur, sed ἡ τὰ ΠΡΟΣ ζωὴν δωρουμένη, quemadmodum non solum Lexicographi habent omnes, Apollonius, Photius, Hesychius, sed emendate extat ad γ 3. [1])

λ, 320. Γένυς male dicitur in H πληθυντικῶς αἰτιατικῆς pro *πληθυντικῆς*.

λ, 321. Κέφαλος νομίσας εἶναι θηρίον -- ἔλαβεν αὐτὴν Πρόκριν κατακοντίσας. (V) Oportet noto usu: ἔλαβεν *αὐτὸν* Πρόκριν κατακοντίσας.

λ, 326. In historia de Amphiarao et Eriphyle non solum ὡμολόγησαν in singularem mutandum, quod operarum vitium est (Praef. LIX), sed — quod maioris paulo momenti — lenissima correctione ea restitui possunt, quae et Barnesio et Buttmanno lacunosa videbantur nec sine maiore molimine sananda. Editur: λαβοῦσα δὲ ἡ Ἐριφύλη τὸν ὅρμον -- *προέθετο* τοῖς περὶ τὸν Ἄδραστον *βιαζομένοις* τὸν Ἀμφιάραον ἰδόντα τὴν τῶν δώρων ὑποδοχὴν καὶ πολλὰ τὴν Ἐριφύλην αἰτιασάμενον, αὐτὸν μὲν ἐξορμῆσαι πρὸς τὴν στρατείαν, Ἀλκμαίωνι δὲ προστάξαι -- ἀποκτεῖναι τὴν μητέρα. (V) Buttmannus lacunosa quae ipsi videbantur sic sarciebat: „προσέθετο (adjunxit se) τοῖς περὶ τὸν Ἄδρ. βιαζομένοις τὸν Ἀμφιάραον συστρατεύειν αὐτοῖς. τὸν δὲ Ἀμφιάραον κ. τ. ἑ." Scribamus, adsumta priore Buttmanni emendatione eaque verissima: λαβοῦσα δὲ ἡ Ἐριφύλη τ. ὅρμ. -- *προσέθετο* τοῖς περὶ τὸν Ἄδραστον (*τὸν ἄνδρα*) *βιασαμένη*. (*καὶ*) τὸν Ἀμφιάραον — αὐτὸν μὲν ἐξορμῆσαι — Ἀλκ-

1) Ζείδωρον: τὴν τὰ πάντα πρὸς τὸ ζῆν δωρουμένην. (E.)

μαίωνι δὲ προστάξαι κτλ., oratione de more repente in indirectam versa et iam nulla lacuna statuenda superenit. Nempe nota tachygraphica pro *καί* quemdam fefellisse videtur.

λ, 359. Pro *πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ* Aristophanes legebat: *πλειοτέρῃσιν χερσί. ὁ μετὰ πλεόνων ἀπελθὼν τοῦ ποτε.* (H) Immo *τῶν ποτε.*

λ, 385. *Ἀλλὰ καὶ ὁ Σίσυφος κέρδιστος ὢν διὰ τί κολάζεται; τὸ κακότροπον ὁ Γλαῦκος τοῦ προγόνου εἰς σύνεσιν μετήνεγκεν.* (TV) De re ipsa post Buttmannum olim disputavi in Observv. p. 29, simul correctis huius scholii extremis. Nunc in iis quae descripsi inverso ordine eoque naturali scriptum malim: *τὸ κακότροπον τοῦ προγόνου ὁ Γλαῦκος εἰς σύν. μετήνεγκεν*, quae quo sensu essent accipienda Buttmannus docuit.

λ, 428. Ulixes Agamemnonis verba refert apud inferos sibi data et alia et haec:

ὡς οὐκ αἰνότατον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός
[ἥτις δὴ τοιαῦτα μετὰ φρεσὶν ἔργα βάληται]·

Ulteriorem versum et plurimi recentiorum expunxerunt et antiquiorum: *Ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται, ὡς ἐκλύων τὸν θυμόν, οὐ γὰρ ὅτι πρὸς θεραπείαν Ἀρήτης ὁ Ὀδυσσεύς· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τῷ ὑποκρινομένῳ τὸ πρόσωπον Ἀγαμέμνονος περιίστασθαί τι εἰπεῖν.* (H) Ita haec in Dindorfiana eduntur. Nisi me omnia fallunt, Didymi hic verba tenemus eum versum damnantis qui, Porsono iudice, „profecto omnium fere qui pro spuriis notantur dignissimus qui expungatur." Nota tamen in Schmidtii sylloge desideratur, fortasse quod non habebat, quid verbis misere corruptis substitueret. Attamen dispicere mihi videor, quid grammaticus dederit. *Ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται, ὡς ἐκλύων τὸν θυμόν. οὐ γὰρ ὅτι πρὸς θεραπείαν Ἀρήτης εἴρηται. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τῷ ὑποκρινομένῳ τὸ πρόσωπον Ἀγαμέμνονος παρίστασθαι ὅ τι εἶπεν*, quae antiquorum grammaticorum et brevitatem et iudicandi sanitatem feliciter referunt. Eiiciendus versus est, inquit. Non enim eo defendendus, quod Ulixes hunc addit ne Aretes animum offendat. Etenim non ex sua nunc loquitur persona sed ex Agamemnonis, neque opus est ut huius dicto-

rum quasi patrocinium suscipiat. Post prius *οὐ γάρ* verbum, v. c. *λεκτέον*, *νοητέον*, *ὑπαντητέον*, ob brevitatis studium saepe omittitur. *Ἐκλύων τὸν θυμόν*, i. e. *τὸ παθητικόν* dicitur ut v. c. *Ζηνόδοτος δὲ γράφων „δάκρυα θερμὰ χέων" ἐκλέλυκε τὴν μεγαλειότητα τοῦ στίχου.* (*β* 81), et: *Καλλίστρατος ὑπονοεῖ τὸν στίχον λέγων ἐκλύεσθαι τὸ τάχος τῆς ἁρπαγῆς.* (*μ* 250.)

λ, 519. Hic versus ita paraphrasi redditur: *ἀλλὰ μυθήσομαι οἵως τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο.* (Q) In Homero est *οἷον* (*θαυμαστικῶς*, addit scholiasta,) sed ideone in prosa oratione dicetur *οἵως*? Fortasse *ὅπως* scripsit.

λ, 593. De Sisypho dicitur: *ἡ τιμωρία τούτου ἦν ἵνα λίθον μέγαν ἀναβιβάσῃ ἐν κορυφῇ ὄρους. τοῦτον ὁπόταν ἀνεβίβασε, διατεινόμενος ὁ λίθος πάλιν ὑπέστρεφε.* (B) Paulo minus soloece scribetur: *τοῦτον ὁπότ' ἀναβιβάσαι*, i. e. *ἀναβιβάσειε.*

λ, 602. Adnotat Aristonicus: *ὅτι αὐτοὺς τὰ σώματα αὐτῶν φησιν Ὅμηρος, οὐκ ἂν δέοι σώματος ἐν θεοῖς.* (H) Immo: *οὐκ ἂν δέον σώματος ἐν θεοῖς.*

λ, 632. Et alios praeterea priscos heroas vidissem, Ulixes inquit,

> *ἀλλὰ πρὶν ἐπὶ ἔθνε' ἀγείρετο μυρία νεκρῶν*
> *ἠχῇ θεσπεσίῃ· ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει.*

Vetus enarrator ad haec: *ἐπεὶ ἄπιστον ἦν τὸ φιλήκοον ὄντα τὸν Ὀδυσσέα ἑκουσίως τῆς τῶν παραδόξων θεαμάτων ἱστορίας ἀποστῆναι, ἀξιόπιστον τὴν ἀπαλλαγὴν διὰ τοῦ δέους ἐποιήσατο.* (HQ) Solenni errore pro: *διὰ τὸ δέος.*

μ, 15. Elpenori iustis persolutis, corpore instrumentisque crematis

> *τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες*
> *πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.*

Secundum versum Zenodotus aliter scribebat: *Ζηνόδοτος γράφει, „ἀκροτάτῳ τύμβῳ ἵνα σῆμα πέλοιτο."* (H) Hucusque in textu legitur. Sed praeterea ad eundem versum „Cramerus ex H attulit haec corrupta," quae itaque ad imam paginam detrusa sunt: *ἵνα*

στήλης σημεῖον ἦ ἔσται δὲ παρακούω τοῦ Ἐλπήνορος εἰπόντος „πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμόν." Nihil facilius est, quam haec sensu cassa in ordinem cogere. Quippe nota Aristonici est, quaeque infra textum exhibentur, ea Aristoniceo more reiectae lectionis Zenodoteae causam proponunt. His perspectis emendationes corruptelarum iam sponte sese offerunt haece: Ζηνόδοτος γράφει „ἀκροτάτῳ τύμβῳ ἵνα σῆμα πέλοιτο·" ἵνα στήλΗ σημεῖον Ἠι. ΟΥΤΩ δὲ παρακούΕΙ τοῦ Ἐλπήνορος εἰπόντος „πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμόν." (λ 77.) Prorsus haec referunt Aristarchi sanum et cautum iudicium. [1]) Obiter addo, ad praecedentis versus (14) verba τύμβον χεύαντες legi in B: γῆν ἐπιχέαντες, ἣν αὐτὸς τύμβος. Puto: ἵν' ᾖ αὐτῷ τύμβος.

μ, 26. Circes verba: αὐτὰρ ἐγὼ δείξω ὁδὸν ἠδὲ ἕκαστα || σημανέω et quae sequuntur non optime paraphrasi explicantur sic: λέγω ὑμῖν τὴν ὁδόν, ἵνα μὴ διὰ τὸ ἀμφιβάλλειν καὶ ἀγνοεῖν τὴν ὁδὸν τῇ ἀλλήλων κακοτεχνίᾳ καὶ ἀπειρίᾳ ἀλγήσητε. (BHQ) Corrigendum esse: τῇ ἄλλων κακοτεχνίᾳ καὶ ἀπειρίᾳ (τοῦ πλοῦ) ἀλγήσητε, probabitur cum per se tum ex iis, quae in iisdem codd. statim adiunguntur: ἵνα μὴ τῇ ἀπειρίᾳ τοῦ πλοῦ εἰς βάρβαρον ἐλθόντες τόπον τῇ τῶν ἐνοικούντων κακοτεχνίᾳ ἀλγήσητε. Codex T, omissis scribendi errore ἀλγήσητε — ἀπειρίᾳ, utramque paraphrasin persimilem bellissime in unum conglutinavit.

μ, 105. De Scylla dicitur: ὃ θηρίον τοὺς παραπλέοντας τὰ πελάγη ταῦτα κατήσθιεν ἀφειδῶς ἢ θηριωδῶς. (HQ) Oportet: ἀφειδῶς καὶ θηριώδως.

μ, 107. Ad: οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπὲκ κακοῦ οὐδ' ἐνοσίχθων H: ὑποβολή. εἰκότως ἐπιταράττει αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ κτλ. Quod Circe de Charybdis violentia dicit ὑπερβολή potius erit. Cfr. supra (μ 88): εἰς ὅρον ὑπερβολῆς ἀεὶ τὸ θεῖον παραλαμβάνει ὁ ποιητής.

---

1) Paulo aliter, sed in eandem sententiam Cobetus (Mnem. N. S. I, 1873, p. 16): ἵνα στήλης σημεῖον ᾖ. ἔσται δὲ παρακοὴ τοῦ Ἐλπήνορος εἰπόντος κτέ.

μ, 160. Ulixes Sirenes praeternavigaturus sociis imperat: *ἀλλά με δεσμῷ* || *δήσατ' ἐν ἀργαλέῳ*. Adnotatur in Q: *εἰ μὲν καταφρονήσει τῆς ᾠδῆς, οὐδὲν ἠδίκει ὁ δεσμός· εἰ δὲ ἐθέλγετο δεθείς, ἐσώζετο*. Grammatica ratio postulat: *εἰ μὲν κατεφρόνησε τῆς ᾠδῆς, οὐδὲν ἠδίκει*.

μ, 193. Cantu Sirenum delenitus Ulixes sodalibus nutu significat, ut se solvant. *Μαρτυρία τῆς ἡδονῆς ὅτι καὶ ὁ ἐγκρατέστερος ἡττηται*. (BHV) Requiritur superlativus.

μ, 212. Ulixes comites consolaturus: *καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω*. Paraphrasis in B: *τῶν ἐνεστώτων κακῶν οἶμαι ποιήσασθαι μνείαν εἰς τὸ ἐκφυγεῖν ἡμᾶς τὸν ἀπὸ τούτων κίνδυνον*. Corrigendum et transponendum: *τῶν ἐνεστώτων κακῶν οἶμαι ποιήσεσθαι ἡμᾶς μνείαν διὰ τὸ ἐκφυγεῖν τ. ἀ. τ. κίνδυνον*.

μ, 228. Armat se Ulixes, ut sodales a Scyllae raptu defendat. *Καὶ πῶς οὐ μᾶλλον ἐξεπλάγησαν οἱ ἑταῖροι*; (Q) Solvitur difficultas: *ἤτοι οὖν ἀπεστραμμένοι καὶ ἐρέσσοντες ὁπλιζόμενον οὐκ εἶδον, ἢ οἴονται τεθαρρηκέναι αὐτὸν ὡς καὶ μόνον ἀμύνεσθαι τὸν ἐπερχόμενον*. Solutio facilius perspicietur sic scripta: *ἤτοι — ὡπλισμένον οὐκ εἶδον, ἢ ᾤοντο — μόνον ἀμύνεσθαι τὸ ἐπερχόμενον*.

μ, 247. Ulixes *σκεψάμενος ἐς νῆα θοὴν ἅμα καὶ μεθ' ἑταίρους* sex comites a Scylla raptos conspicit. Adnotatur: *σκεψάμενος· ἀντὶ τοῦ ἀποβλεψάμενος ἐπὶ τὴν ναῦν καὶ ἐπὶ τοὺς ἑταίρους· προείρηκε γὰρ ὅτι ἀλλαχοῦ* (vs. 230—233) *εἶχον τοὺς ὀφθαλμοὺς πλανωμένους πρὸς τὸ ζητῆσαι ποῦ ἐστιν ἡ Σκύλλα*. (B) Immo: *εἶχε*.

μ, 290. Ad Eurylochi verba, Ulixem *νῆσον ἀλεύασθαι τερψιμβρότου Ἠελίοιο* optime monentem obiurgantis et aliis et his:

πῇ κέν τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
ἤν πως ἐξαπίνης ἔλθῃ ἀνέμοιο θύελλα,
ἢ Νότου ἢ Ζεφύροιο δυσαέος, οἵ τε μάλιστα
νῆα διαρραίουσι θεῶν ἀέκητι ἀνάκτων·

ad haec igitur verba cum lemmate *θεῶν ἀέκητι* in solo H haec

leguntur: *θέλουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ θεοὶ ὁρμισθέντας — θεοὶ δωτῆρες ἐάων.* Bis egit de hoc loco Dindorfius, App. p. 788 et Praef. p. LXI. Ipse iam olim (in Observv. p. 81, 82) verba etiam Dindorfio iudice „manifesto defecta" ita fere redintegranda dixi: *θέλουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ θεοὶ ὁρμισθέντας (ἀναπαύεσθαι. Τὸ δὲ „θεῶν ἀνάκτων" ὡς τὸ) „θεοὶ δωτῆρες ἐάων."* (θ 325), accurate ostendens duas breves scholio inesse animadversiones, quarum prior sententiam, altera formam Homericorum illustraret. Neque nunc sententiam muto neque huius scholii iterum hic mentionem iniecissem, nisi diu post conscriptas meas Observationes in manus pervenisset disputatio viri cl. Max von Karajan [1]), aliter de loco nostro censentis. Nempe hic in Vindob. cod. 133, — cuius etsi non scribam, certe auctorem vel potius consarcinatorem habet Senachiribum, grammaticum Byzantinum saec. XIII p. Chr. meritis suis multo clariorem, — nostra sic scripta invenit: *θέλουσι γ. ἡμᾶς οἱ θεοὶ ὁρμηθέντας σωθῆναι, θεοί τε δο(τῆρε)ς ἐάων*, atque ita locum redintegratum existimat. „Dieses *σωθῆναι*" — inquit — „ist entschieden der Infinitiv den wir in dem Scholion H vermissen." Hinc et ex alio loco suppleto [2]) confecit: *sui codicis ad aliorum codicum, inprimis Harleiani, lacunas explendas et aliquem usum esse et magnam auctoritatem* [3]). Equidem aliter iudicaverim: Vindobonensem codicem sua absque dubio bona habere dignumque adeo esse, qui et accurate excutiatur et cum caeteris conferatur, et ut

---

1) Über die Handschriften der Scholien zur Odyssee, von Max v. Karajan. (1856.)

2) Ad ν 96, ubi HQ: *ὁ λιμὴν οὗτος [ἐκ] τινος Φόρκυνος θεοῦ ποτε γέγονε κἀκ τούτου τὴν κλῆσιν ἔσχεν.* Verba *κἀκ* — — *ἔσχεν* plane omittit Q, etiam H in fine lacer est, cum *ἔσχεν* omittat a Dindorfio additum. (Praef. p. LXI). Verum „der cod. 133 hat — — statt dessen *ἔλαβε* und zwar steht dieses vor *τὴν κλῆσιν*." Hoccine uberioris fontis indicium! Quasi non quivis scriba paulo attentior talia ex ingenio supplere potuerit! Melius fecisset, si *ἐκ* omisisset, nam festivus admodum portus est *ἐκ θεοῦ γεγονώς*.

3) Leider bietet zur Ergänzung von Lücken — — unser codex nur wenig Stoff. Es gelingt uns eine solche mit seiner Hilfe nur an zwei Stellen. (μ 290 et ν 96, de quibus diximus.) Contra „das aus H und Q ganz gleich überlieferte Scholion zu λ 579 (p 522, 6—19 Dind.) ist auch in cod. 133 an derselben Stelle lückenhaft. — — Vielleicht trug schon die Urquelle diese Lücke?" Unde quod posuimus vel magis defenditur: auctorem Vindobonensis 133 lacunas optimis nostris codicibus communes, ubi commode poterat, *ex ingenio* supplevisse, ubi non poterat, servasse.

quae insint propria in communem notitiam proferantur, — quod Ludwichium facturum quam maxime optamus, — sed sive Senachiribum sive quicunque tandem eius auctor fuerit antiquiora scholia praesertim ex H vel huius archetypo non multo minus lacunosa usurpasse quam nos ea terimus. *Has igitur lacunas ipse ex ingenio utcunque explevit*, et nostro quidem loco admodum infeliciter. Nam, ut mittam pravum *ὁρμηθέντας* et *σωθῆναι* minus sententiae accommodatum quam quod ego coniiciebam *ἀναπαύεσθαι*, inutiliter admodum ad antecedentia adhaerent illa: *θεοί τε* (praestaret saltem *γάρ*, sed praetulisse puto interpolatorem *τε*, quoniam *γάρ* iam in praecedenti membro est) *δοτῆρες* (*δωτ.*) *ἐάων*, suntque contra totius antiquitatis mentem, praesertim Homericae, dicta ex Christianorum doctrina, ut scilicet haec sententia insit: nolunt dii nos perire, ipsi enim bonorum tantum, non calamitatum, auctores sunt. Quapropter nostrum certe locum Vindobonensis sarsisse magis videtur quam sarsit, eiusque aliarum quoque lacunarum supplementa, si qua olim prodibunt, magna cum cautione adhibenda censuerim.

μ, 303. Rogatu Ulixis socii *ἀπώμνυον ὡς ἐκέλευον*. Nempe *ὡς οὐ βλάψωσι βοῦν τῆς τοῦ Ἡλίου ἀγέλης ἢ πρόβατον.* (Q) Immo: *ὡς οὐ βλάψουσι.*

μ, 378. *Ταῦτα ὁ Ἥλιος πρὸς τὸν Δία ἀρώμενος λέγει, ὅπως ἀντιβλάψῃ τοὺς ἑταίρους τοῦ Ὀδυσσέως, ὑπὸ ὧν τὰς αὐτοῦ βοῦς καὶ τὰ πρόβατα ἔκτεινόν τε καὶ ἔφαγον.* (Q) Graecum putem: *ὅπως ἀντιβλάψῃ -- ἀνθ' ὧν -- ἔκτεινόν τε καὶ ἔφαγον.*

μ, 411. Navis armamenta omnia *εἰς ἄντλον κατέχυνθ'*. Ad *ἄντλον* BH: *εἰς τὸν τόπον τῆς ἀντλίας*. Sequuntur quaedam post *ἀντλίας*, quae Dindorfius non uno modo refert. In App. p. 788: „*τὸν* om. H" — inquit — „et post *ἀντλίας* addere dicitur *ὡς εἰς τὸ μῦρον* (?)." At in Praef. (p. LXI) codex praebere dicitur: „*ἀντλίας τὸ μῦρον* (sic.)" Quidni corrigamus: *εἰς ἄντλον κατέχυνθ'*: *εἰς τὸν τόπον τῆς ἀντλίας· ὡς εἰς τὸ μύρον*? I. e. *ἄντλος* proprie aquam marinam significat in sentinam se insinuantem, hic autem *ἀντλίαν* valet locumque ipsum designat, quemadmodum apud Atticos *μύρον* etiam est *μυροπωλεῖον*. Hoc

saepius attigerunt grammatici, nusquam dilucidius quam in scholio ad Equitt. vs. 1375: τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τὰν τῷ μύρῳ. Ad quem versum scholia: οὕτως Ἀττικῶς (l. - κοὶ) ἀντὶ τοῦ ἐν μυροπωλείῳ, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς τόπους καλοῦντες. Fuisse inter veteres, qui et hic et ο 479 ἄντλον interpretarentur τὴν θάλασσαν fere conficias ex Euripidis usu (Hecuba vs. 1625) et fortasse ex Aeschyli Sept. adv. Thebas, vs 796, (802) et ex Hesychio.

VII.

Quae in duodecim posteriorum librorum scholiis corrigenda supersunt, brevibus illis atque exiliter scriptis, praeter illa quae iam in antecedentibus multifariam sparsa tractavimus, ea nunc in ultimum caput epilogi instar coniiciemus. Primum prodeat sat amplum Porphyrii scholion in Appendicem nescio qua de causa relatum (p. 789, 790), quod paulo emendatius exhibere conabor, caetera iam minuta erunt.

Namque ad ν 1 „in codice Veneto N haec adscripta sunt (Porphyrii, ut videtur), quae rhapsodiae Π potius adscribi debebant." (Dind.) Exhibebo tantum, quae probabili medela corrigere posse mihi videor. Διὰ τί — incipit — Ὀδυσσεὺς τῇ μὲν Πηνελόπῃ ἡλικίαν τε ἤδη ἐχούσῃ καὶ φιλούσῃ αὐτὸν οὐκ ἐδήλωσεν ὃς ἦν, τῷ δὲ Τηλεμάχῳ νέῳ ὄντι καὶ τοῖς οἰκέταις; Variae ex Aristotele solutionis causae adferuntur. Ἔστι φάναι, φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι τοῖς μὲν ἔδει ὡς ἂν μετέχειν μέλλουσι τοῦ κινδύνου εἰπεῖν. -- διὰ ταῦτα δὲ καὶ τῇ Εὐρυκλείᾳ ἐκκαλύπτει αὐτὸν χρησίμῳ ἐσομένῃ πρὸς τὴν θυρῶν ἀσφάλειαν. Oportet: ἐκκαλύπτει α ὑ τ ὸ ν. Simul et interpunctionem mutatam oportet, concinnitatis causa participio in indicativum correcto, in hunc modum: ἔστι φάναι — ὅτι τοῖς μὲν ἔδει — εἰπεῖν· ἀδύνατον γὰρ ἦν ἄνευ τούτων ἐπιθέσθαι τοῖς μνηστῆρσι· (διὰ ταῦτα δὲ κ. τ. Εὐρυκλείᾳ ἐκκαλύπτει αὐτὸν χρησ. ἐσομ. πρὸς τ. θυρῶν ἀσφ. κ. τ. τ. θεραπαινίδων ἡσυχίαν·) πᾶσι δ' οὐχ ἅμα, ἀλλὰ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ καὶ μόνῳ ἐκφαίνΕΙ, ἵνα μὴ ἐκλαλήσας τις εἰς ἕτερον τὴν αἰτίαν ἀνενέγκῃ. In codice est ἐκφαίνων. Paucis interiectis: ἔστι δὲ εἰπεῖν καὶ ὅτι ηὐλαβήθη μὴ περιχαρὴς ἀκούσασα

γένηται καὶ ἐπίδηλον ποιήσῃ. ἑώρα γὰρ αὐτὴν σφόδρα ἐπιθυμοῦσαν. οὐκοῦν καὶ ὁ υἱός. ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μειδιᾶν εἴωθε, — — ἡ δὲ μόνον κλαίειν. παυσαμένης οὖν τοῦ κλαίειν μόνον, εἰ καὶ μηδεὶς ἐξεῖπεν, ὑποψία τις ἐγίνετο. Immo, — nam de una Penelope nunc sermo est non hercle verbis sed iam mutato corporis habitu suspicionem procis praebitura, — *εἰ καὶ μηδ*EN *ἐξεῖπεν, ὑποψία* (*ἄν*) *τις ἐγένετο.* Sequitur: *οὐ γὰρ ἂν προσεποιήθη δακρύειν. ἡ γὰρ χαρὰ ὑποῦσα οὐκ ἂν κρατεῖν τῆς ποιήσεως εἴασεν.* Non intellego illud *κρατεῖν τῆς ποιήσεως.* Correxerim: *ἡ γὰρ χαρὰ ὑποῦσα οὐκ ἂν κρατεῖν τῆς προθέσεως εἴασε*, quae suberat laetitia Penelopen propositi compotem fieri non sivit, quemadmodum in Actis Apost. est (XXVII, 13): *δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι*, dictum ut in nostris: *εἰσόμεθα δ' εἰ κεκράτηκε τῆς ἐπαγγελίας* (ζ 148), similiaque. Pergit: *ἴσως δὲ καὶ μὴ σῶσαί τινας βουληθεῖσα ὑπείδετο. ἑώρα γὰρ καὶ ἑαυτὸν πεποιθότα τοῦτο πρός τινας.* In priore sententia participium facit, ut oratio exitum non inveniat, itaque rescribendum: *ἴσως δὲ κ. μὴ σῶσαί τινας βουληθεί*H *ὑπείδετο*, et in altera *ἑώρα γ. κ. ἑαυτὸν πεπονθότα τοῦτο*, quod habet margo Pluygersianus. Mox: *εἶχε δέ που κἀκεῖνα ἐν μνήμῃ ἃ Ἀγαμέμνων συνεβούλευσε* (λ 441 seqq.) *„τῷ νῦν μήποτε" κτλ. καὶ πάλιν ἐπάγει, „ἀλλ' οὐ σοί γ' Ὀδυσεῦ, φόνος ἔσσεται ἔκ* (*γε* add.) *γυναικός", ἀλλ' αὖθι παρακελεύεται, „κρύβδην μηδ' ἀναφανδὰ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν νῆα κατισχέμεναι."* Ratio oppositionis suadet ut inseramus a scriba omissum: *καὶ πάλιν ἐπάγει* (*μὲν*) *„ἀλλ' οὐ σοί γ'" κτλ., ἀλλ' αὖθι παρακελεύεται.* Sequitur: *καὶ διὰ τοῦτο ..... παρακελεύεται Ὀδυσσεύς „μήτ' οὖν Λαέρτης ἴστω τόδε μήτε συβώτης* || *μήτε τις οἰκήων μήτ' αὐτὴ Πηνελόπη* (l. *Πηνελόπεια*), *ἀλλ' οἶον* (l. *οἶοι*) *σύ τ' ἐγώ τε."* (*π* 302—304.) Lacuna fere non aliter expleri potest quam sic: *κ. διὰ τοῦτο* (*τῷ υἱῷ*) *παρακελεύεται Ὀδυσσεύς κτλ.* Sed de more pessime extrema mulcata sunt. *Ὑπερτίθεται δὲ τὰς* (*ἀναγνωρίσεις*) *πρὸς οὓς ἥκιστα ἐχρῆν — διώκων τὸ παράδοξον καὶ ἵνα ἐκπληκτικαὶ γένωνται. — — ἅμα τε γὰρ ἀκούουσι πάντα αὐτὸν καὶ τοὺς μνηστῆρας ἅπαντας τεθνεῶτας. ἀγωνίας δ' ἂν οἱ μὲν πολεμοῦντες μείζονας ἐπλήσθησαν, ὃς καὶ ἐσπούδασε τοὺς φιλτάτους ἀπαλλάξαι.* Ultima sententia sana esse nequit. Si Ulixes ante certamen cum procis initum patri uxorique quis esset patefecisset, ideone et ipse et filius

(*οἱ πολεμοῦντες*) maiore sollicitudine fuissent districti? Difficile est credere, et vitiosam esse sententiam vel *μέν* arguit, cui nihil respondet. Corrigendum: *ἀγωνίας δ' ἂν οἱ μὴ πολεμοῦντες μείζονος* [1]) *ἐπλήσθησαν*, et sic melius sententiae consultum erit. At iam nihil hoc vitium ad sequentia. *Καὶ καθεύδουσι μᾶλλον καὶ τὴν ἐκ τοῦ ὕπνου ἔχουσι τέρψιν ἢ περὶ τὰ ἔργα ἀσχολουμένοις ἐξαίφνης δηλῶσαι, ἀκίνδυνον τὸ εὐτύχημα ἢ τὸ εὔφρόσυνον τὸ ἐκ τῆς παρουσίας διὰ τὸν φόβον ἀπολέσθαι τῆς τοῦ πολέμου ἐκβάσεως.* Esse haec aegrorum somnia sententiasque exitum non invenientes neminem vel obiter perlegentem latere potest. Sensus nexusque et indagandi et restituendi rationem hinc optime repetemus, ut perspiciamus ista, *καθεύδουσι* et *ἔχουσι*, non verba esse sed participia, quemadmodum et *ἀσχολουμένοις* participium est, eaque cum sequentibus esse continuanda. Sed sic res nondum expedita erit. Nam neque *τὸ ἑαυτὸν δηλῶσαι*, quocunque tandem modo et quo tempore fiat, recte *εὐτύχημα* dici potest, et in altero membro comparatio desideratur, quam tamen inesse debere comparativa particula *ἤ* ante *τὸ εὔφρόσυνον* satis declarat, et non optime componuntur *τὸ καθεύδουσι μᾶλλον δηλῶσαι ἢ τὸ εὔφρόσυνον διὰ τὸν φόβον ἀπολέσθαι.* Verbis saepe attenteque rimatis hoc mihi videre videor, *duas* inesse oppositiones, quarum priorem designare *statum personarum*, quibus Ulixes quis sit profiteatur, alteram *opportunitatem temporis*, quo hoc faciat. Prior oppositio his continetur verbis: *καθεύδουσι κτλ.* et *ἀσχολουμένοις.* Ut altera constet, considerandum quid tandem suapte natura contrarium sit his: *τὸ εὐφρόσυνον ἀπολέσθαι διὰ τὸν φόβον τῆς τ. πολ. ἐκβάσεως.* Nempe *reportata victoria* de belli eventu nulla anxietas animos sollicitare amplius poterat. Inest haec notio voci *εὐτύχημα*, ut inest v. c. loco Xenophonteo (Anab. VI, III § 6): *οἱ δὲ Θρᾶκες ἐπεὶ ηὐτύχησαν τοῦτο τὸ εὐτύχημα.* Itaque locum lacunam passum esse statuerim sic fere explendam: *καὶ καθεύδουσι μᾶλλον καὶ τὴν ἐκ τοῦ ὕπνου ἔχουσι τέρψιν ἢ περὶ τὰ ἔργα ἀσχολουμένοις ἐξαίφνης δηλῶσαι (ζηλωτόν· καὶ) ἀκινδυνότερον (μετὰ) τὸ εὐτύχημα ἢ τὸ εὐφρόσυνον τὸ ἐκ τῆς παρουσίας διὰ τὸν φόβον ἀπολέσθαι τῆς τοῦ πολέμου ἐκβάσεως.* Tota dispu-

1) Margo Pluygersianus *μείζους* praebet.

tatio his verbis concluditur: ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν περὶ τοῦ πολιτικοῦ μεριμνῆσαι πολέμου οὐχ οὕτως ὄντος ἐκπληκτικοῦ διὰ τὴν τῶν μνηστήρων λαμπρὰν ἀποβᾶσαν νίκην, ἢ ταῖς ἐλπίσιν ἐξεκρούετο παρὰ (περὶ N) τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπανισταμένων. Ne haec quidem suis molestiis vacant. Ecquis enim est qui mihi exponat, quid sibi velit *victoria, quae spe decidit*, idque — si dis placet — per seditionem moventes? Non multum interest, opinor, utrum ex codice περὶ an παρὰ enotetur, cum utrumque sit alienissimum. Verius erit: διὰ τὴν — — νίκην, ἢ τῆς ἐλπίδος ἐξεκρούετο ΠΑΝ τὸ ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπανιστάμενΟν. Confusa in nostris πᾶν et παρά videre est ad λ 613: εἰς ἐκεῖνον γὰρ τὸ πᾶν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης κατέκλεισε. Vulgatorum vetus editio (et Bodleianus liber?) hic τὸ παρά, bellissime: correxit Barnesius, Heliodori (Aeth. III, 4) verbis usus ipsum illud scholion respicientis, quod opportune monuit Buttmannus.

ν, 6. Τοιοῦτόν ἐστιν ὃ λέγει (Alcinous)· εἰ καὶ ἀγνωμόνως ἡ τύχη σοι κέχρηται καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐναντιοῦται, ἀλλ' οὐ νῦν οἴομαί σε ἁμαρτεῖν τῆς πατρίδος ἡμῶν προπεμπόντων. (Q) Concinnitas postulat: ἠναντίωται.

ν, 68. Χηλὸς πυκινή exponitur in V: συνετήν.[1]) Aliquanto minus ridicule Barnesius στεγνὴν reponebat, Hesychii ut videtur ope. Verius iudico: συνεχῆ, ex eodem Hesychio petitum, qui: Πυκινήν· συνετήν, στεγνήν, ἰσχυράν, συνεχῆ. Cfr. et quae notavimus ad β 170. (p. 246.)

ν, 110. Ad καταιβαταί H: ὀξυτόνως ἐπὶ τῷ καταιβατεῖ. Mire dictum, itaque Dindorfius: „exspectes τό." An miseras tenemus reliquias uberioris notae Herodianeae, in auxilium vocatis Hesychio et Aristophane (Pac. vs. 42.) et Scholiis in

---

1) Vetus hoc vitium est, nam etiam M: πυκινήν· ἤτοι συνετήν, ἀσφαλῆ, ἠσφαλισμένην κιβωτόν. Duo prima verba comparent in Vulgatorum quoque codice Monacensi similiter depravata. Utriusque codicis lectionum notitiam debeo commentationi Arth. Ludwichii V. Cl.: „Scholia ad Od. L. XIII ex Codd. MSS. Veneto et Monacensi. (1871.)" inscriptae, cuius exemplar ipsius humanitati acceptum refero.

Sophoclis Oed. Colon. (vs. 705) et Aeschylo (Prometh. vs. 359) compluribusque aliis ita fere redintegrandae: *ὀξυτόνως ἐπὶ τῷ καταιβαταὶ* (*θύραι· ἐπὶ δὲ τῷ Καταιβάτης Ζεὺς καὶ κεραυνὸς καὶ τοῖς τοιούτοις παροξυτόνως*)? De *ἐπὶ* cum dativo, ubi genetivum expectaremus, apud grammaticos posito satisfaciet Lehrsii disputatio eius Herodiano addita, p. 449 seqq.

ν, 174. Ad *πομποὶ ἀπήμονες* adscribitur: *ὅτι καὶ τῶν μὴ ἀναξίων ἀπήμονες, μὴ ἐῶντες αὐτοὺς πημαίνεσθαι.* (Q) Nota procul dubio Aristonici est spectatque duplicem vocis *ἀπήμων* significationem, et passivam et — quae hic obtinet — activam, *τοῦ μὴ πημαίνοντος μηδ' ἐῶντός τινα πημαίνεσθαι.* Sed quis ex *μὴ ἀναξίων* hoc extundat? Ut insit, corrigendum suspicor: *ὅτι καὶ* (*ἐπὶ*) *τῶν μὴ ἀνιώντων ἀπήμονες.* Caeterum vocem hoc significatu saepius occurrentem hoc uno loco, ni fallor, ex Aristonico notatam habemus.

ν, 214. *Τίνυται*: *οὕτως τίνυται, τιμωρεῖ, κολάζει.* (H) Oportet usitata forma: *τιμωρεῖται*, ut infra (*ν* 262): *ἵνα δοκῇ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀποστερεῖν αὐτὸν ἐπιχειροῦντας* et *ν* 387: *τοὺς μνηστῆρας τιμωρήσεται.* Et ita Apollonius: *Τίννυνται* (sic)· *τιμωροῦνται* [1]).

ν, 266. Narrat Ulixes se Orsilochum Idomenei filium necavisse, qui se praeda spoliare voluerit,

οὕνεκ' ἄρ' οὐχ ᾧ πατρὶ χαριζόμενος θεράπευον
δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ἀλλ' ἄλλων ἦρχον ἑταίρων.

Cum lemmate: *ἄλλων ἦρχ. ἑτ.* est in H: *ἀντὶ τοῦ βασιλεύων τῷ Ἰδομενεῖ.* Scribam calami lapsu haec dedisse credam pro: *ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν τῷ Ἰδομενεῖ.*

ν, 320—321. *Νοθεύονται. οὐκ ἂν παρούσης τῆς Ἀθηνᾶς θεοῖς ἀναθήσει τὴν σωτηρίαν.* (H) Oportet *οὐκ ἂν — — ἀναθήσειε.* Neglegenter haec excerpta ex amplioribus quae praecedunt, ita tamen ut verius fortasse Aristonici *dictionem* referant quam quae

1) M (Venetus) et V (Monacensis 233; chartac. saec. XV) apud Ludwichium uterque praebet *τιμωρεῖται.*

simillima in ampliorè isto scholio exhibentur: ὅτι Ἀθηνᾶς παρούσης θεοῖς ἀνατίθησι τὴν σωτηρίαν.

ν, 333—338. Ἀθετοῦνται στίχοι ς' ὅτι οὐδὲν εἴληφε (Minerva) παρ' αὐτοῦ (Ulixe) σημεῖον τοῦ μήπω βούλεσθαι τὴν γαμετὴν ἰδεῖν. τοὐναντίον γὰρ διὰ τοῦτο αὐτῷ ἐπιφαίνεται, ἵνα κρύψῃ αὐτοῦ τὴν εἴσοδον. διὸ καί φησιν „ἦ μάλα δὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο φθίσεσθαι κακὸν οἶτον ἐπὶ (textt. recte ἐνὶ) μεγάροισιν ἔμελλον, εἰ μή μοι σὺ ἕκαστα θεὰ κατὰ μοῖραν ἔειπες." (vss. 383—385.) οὕτως οὖν αὐτὸς ἠπείγετο ἰδεῖν τὴν γαμετήν. (HQ) Aristonicea et haec sunt Aristarchum referentia prudentissime monentem, etsi nemo quod sciam recentiorum obtemperavit. In nota omnia plana praeter haec: τοὐν. γ. διὰ τοῦτο αὐτῷ ἐπιφαίνεται. Quid enim verbi subiectum putemus? Num τοὐναντίον? At hoc absurdum. An Minerva! Hoc unice verum, at expressum oportet. Praeterea Aristonici dictio, quamvis inelegans videatur, tersior est quam ut ferat: παρ' αὐτοῦ σημ. - - διὰ τ. αὐτῷ ἐπιφ., ἵνα κρύψ. αὐτοῦ τ. εἴσοδον, *ter* repetito eodem pronomine intra brevissimum spatium. Immo vel hoc indicio est αὐτῷ labem concepisse sic lenissime corrigendam: τοὐναντίον γὰρ διὰ τοῦτο αὐτὴ ἐπιφαίνεται, ἵνα κρύψῃ αὐτοῦ τὴν εἴσοδον, et sic bene habet διὸ κ. φησι et quae sequuntur. Ἐπιφαίνεσθαι et ἐπιφάνεια de diis dici hominibus sese ostendentibus, in vulgus notum.

ν, 335. Οὐκ ἔστι σοι φίλον μαθεῖν τὴν ἄλοχον ἐπιδημίαν τὴν σήν, εἰ μήπω πρῶτον ταύτην πειράσεις, εἰ παρ' αὐτῆς ἧς γνώριμος. (H) Dindorfius simpliciter (Praef. p. LXII): „haec corrupta." Paraphrasin iis contineri versuum Homericorum 335 et 336 apertum est, quae sic haud absurde revocabitur: εἰ μὴ πρότερον ταύτην πειράσεις, εἰ παρ' αὐτῇ ἔτι εἶ γνώριμος.

ν, 368. Ὁ χρυσὸς καὶ τὰ ἱμάτια ὅλων ἦν ἐν τῇ χηλῷ. τάχα οὖν διὰ τὸ βάρος - - ἐχώρισεν αὐτά, ἵνα βαστάσῃ κατὰ μέρος. (H) Reliquias cernimus quaestionis, cur — cum omnes Ulixis opes quas a Phaeacibus accepisset in una arca fuerint absconditae — poëta tamen dicat: αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς || ἄσσον πάντ' ἐφόρει, χρυσὸν καὶ ἀτειρέα χαλκόν || εἵματά τ' εὐποιητά. Quod quo clarius appareat, rescribendum; ὁ χρυσὸς κ. τ. ἱμάτια ὅλα ἐνῆν ἐν τῇ

χηλῷ. Apud sequiores ὅλα valet πάντα. Cfr. ex centenis exemplis unum, Pauli Silent. (in Anth. Pal. V, 217) χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει, et e nostris v. c. ad δ 699 et 737: τάχ. ὅλα ἐξήνεγκε. λέγει γ. τ. φαῦλα συντόμως.

ν, 387. Πῶς οὐ πρὸς Νέστορα καὶ Μενέλαον μετέρχεται στρατείαν λαβεῖν; (Q) Putem: στρατιάν, quo procos opprimeret.

ν, 398—401. Ἀθετοῦνται διὰ τὸ ἦθος ὡς ἕκαστον ἐπεξιέναι. (H) Dindorfio haec sunt „verba non integra, quae a proximis, quibuscum non cohaerent, separavi." Proxima illa, item ex uno H, sic sunt concepta: ἀθετοῦνται μετὰ ἀστερίσκων ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς μετενηνεγμένοι, in quibus ἐκ addidit Buttmannus. Itaque bis eandem criticam Aristarchi notam tenemus, altero loco ab Aristonico excerpta, priore a Didymo. Didymi excerptum sic sanaverim: ἀθετοῦνται διὰ τὸ εὐήθως δὶς ἕκαστα ἐπεξιέναι, in quibus εὐήθως Cobeto debetur. Nempe huc translati sunt hi versus ex sequentibus (vss. 430—433), ubi iterum monemur (ad vs. 430): ὅτι ἐντεῦθεν οἱ ἄνω μετενηνεγμένοι εἰσίν.

ν, 408. Ἀρεθούσης υἱὸς καὶ Κόραξ ἐγένετο. οὗτος οὖν ὁ Κόραξ - - πεσὼν ἐπὶ τῆς πέτρας ἐτελεύτησεν. ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ Ἀρέθουσα - - ἑαυτὴν ἀπήγξατο. ἔνθα ἀπὸ τοῦ Κόρακος ἡ πέτρα, ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρεθούσης ἡ κρήνη. εἰώθαμεν δὲ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων πολλάκις τοὺς τόπους, ὡς οἱ Ἀττικοί. λέγει δ' οὖν τὰ συφόρβια. ἰστέον ὅτι Ἀρέθουσαι κρῆναί εἰσι τέσσαρες. (BHQ) Vel me indicente perspicitur, quae diductis literis significavi seorsim esse ponenda, cum cohaerentia iculariter divellant.

ξ, 10. Ἀχερδός ἐστιν ἀκανθῶδες φυτόν. - ἔνιοι δὲ ἀπέδοσαν τὴν ἀγρίαν ἄπιον. ἀκανθώδης γὰρ ἡ αὐτὴ εἴωθεν εἶναι. (V) Dindorfius pro ἡ αὐτὴ requirebat αὕτη, ipse rescripserim: ἀκανθώδης γὰρ καὶ αὐτὴ εἴωθεν εἶναι.

ξ, 29. Ὑλακόμωροι exponitur quid sit. Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος, ὀξύφωνοι. κρεῖσσον δὲ ἀποδιδόναι οἱ περὶ τοῦ ὑλακτεῖν μεμορημένοι, ὅ ἐστι πεπονημένοι. (QV) Immo vero: οἱ περὶ τὸ ὑλ. με-

μορ. [1]). In eandem sententiam B: *οἱ περὶ τὴν ὑλακὴν μεμορημένοι, ὅ ἐστιν εἰθισμένοι ἢ κακοπαθοῦντες, ἀπὸ τοῦ μόρος ἡ κακοπάθεια. οἱ ὁρῶντες πάντοτε πρὸς τὴν ὑλακήν.* Mire dictum mihi videtur *ὁρᾶν πρὸς τὴν ὑλακήν*, — quae enim hic *videndi* ratio? — et per haec: *οἱ ὁρ. κτλ.* nova incipit expositio. Quapropter vix dubito quin corrigendum sit: - - *κακοπάθεια.* (Ἢ) *οἱ ὠ ρ ο ῦ ν τ ε ς πάντοτε πρὸς τὴν ὑλακήν.* Stet hoc fide Etymologi Magni, apud quem est: *Ὑ λ α κ ό μ ω ρ ο ι· ὑλακτικοί, οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν πονούμενοι. τινὲς δὲ τοὺς ὀξυφώνους. - βέλτιον δὲ οἱ περὶ τὴν ὑλακὴν μεμορημένοι, διὰ τὸ ἐγρηγορέναι· ἢ τῇ ὑλακῇ ὠροῦντες, ὅ ἐστιν ὀξείᾳ χρώμενοι ὑλακῇ.* Rem ipsam nunc non persequor, hoc tantum moneo, interpretationibus duplicem subesse etymologiam, insanam utramque, *παρὰ τὸ ὑλακὴ καὶ μόρος* et *παρὰ τὸ ὑλακὴ καὶ ὥρα.* Brevius Hesychius: *Ὑ λ α κ ό μ ω ρ ο ι· οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν μεμορημένοι, ὅπερ ἐστὶν ἴσον τῷ πεπονημένοι· οἱ βαρύφωνοι, ὀξύφωνοι.* Et hic corrigendum: Ἢ *οἱ βαρύφ., ὀξύφωνοι* [2]).

ξ, 30. *Κεκληγῶτες καὶ κεκλήγοντες διχῶς αἱ Ἀριστάρχου. εἰ μὲν διὰ τοῦ ω, περισπᾶται, εἰ δὲ διὰ τοῦ ντ, προπαροξύνεται.* (HQ) Non hoc verum, sed: *εἰ μὲν διὰ τ. ω, π ρ ο π ε ρ ι σ π ᾶ τ α ι.*

ξ, 61. Ἡ *γὰρ* (parvum munus sed libenti animo oblatum) *δμώων δίκη ἐστίν* || *αἰεὶ δειδιότων, ὅτ' ἐπικρατέωσιν ἄνακτες* || *οἱ νέοι.* Observatur: *τὸ ἑαυτοῦ συμβεβηκὸς κοινὸν πρὸς ἄλλους ποιεῖ.* (H) Requiritur dativus: *τὸ ἑ α υ τ ῷ συμβεβηκός.*

ξ, 66. Ex H editur: *οὐ παραποιητικῶς* (*παρὰ ποιητικῶς* H

---

1) In Q est: *οἱ τὸ ὑλ.*, omissa praepositione ob siglam vel non intellectam vel non animadversam.

2) Apollonius Sophista i. v. *Ὑ λ α κ ό μ ω ρ ο ι· οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν μεμορημένοι, ἐν ἴσῳ τῷ πεπονημένοι.* Altera apud hunc interpretatio excidit, ex Hesychii glossa quam supra descripsi revocanda. Qui sciam? Et plures alias ob causas, de quibus in altera parte olim dabitur disputandi locus, et ob ea quae s. v. *Ἰόμωροι* leguntur: *Ἰ ό μ ω ρ ο ι ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ο ἱ τ ο ὺ ς ἰ ο ὺ ς ὀ ξ ε ῖ ς ἔ χ ο ν τ ε ς, καὶ τὸ „ὑλακόμωροι" παραπλησίως καὶ τὸ „ἐγχεσίμωροι"· βέλτιον δὲ ἀκούειν οἱ περὶ τοὺς ἰοὺς μεμορημένοι καὶ οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν πεπονημένοι καὶ οἱ περὶ τὰ ἔγχη. κτλ.* In his ultimis praetulerim: *βέλτιον δὲ ἀκούειν οἱ περὶ τ. ἰοὺς μεμορημένοι,* (*ο ἷ ο ν*) *π ε π ο ν η μ έ ν ο ι, καὶ οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν καὶ οἱ περὶ τὰ ἔγχη.* Similiter etiam i. v. *Ἐ γ χ ε σ ί μ ω ρ ο ι· οἱ περὶ τὰ ἔγχη μεμορημένοι, ὅπερ ἐστὶ πεπονημένοι. κτλ.*

ipse. App. p. 791.), *ἀλλὰ ἀορίστως. τὸ πεπιστευμένον τῷ οἰκέτῃ εἰς πλεονασμὸν καὶ ἐπίδοσιν ἄγει.* Lemma deëst, sed manifesto scholion hoc ad praecedentem versum referendum erat; quod quo clarius appareat, Homerica apponam. Dominum desidero, — inquit — qui si adesset mihi peculium permisisset,

63. *οἷά τε ᾧ οἰκῆι ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν,* —

65. *ὅς οἱ πολλὰ κάμῃσι, θεὸς δ' ἐπὶ ἔργον ἀέξῃ.*

Iam satis certum esse confido scholion haec spectare: *θεὸς δ' ἐπὶ ἔργον ἀέξῃ*, itaque esse corrigendum: *οὐ παρατατικῶς ἀλλ' ἀορίστως*, fortasse etiam: *τὸ πεπιστευμένον τῷ οἰκέτῃ εἰς πλεονασμὸν καὶ ἐπίδοσιν ἀγάγῃ*, quae paraphrasis vicem obtineant. Imperfectum non minus festive *παραποιητικόν* dicitur quam *πλαστικόν*, quod supra sustuli. Non dissimulo suspicionem, quam hic strictim pono, nos Aristonicum audire, id est Aristarchum.

ξ, 68. Eumaeus omnia mala imprecatur Helenae: *ὡς ὤφελλ' Ἑλένης ἀπὸ φῦλον ὀλέσθαι.* Adnotatur: *πῶς ἂν ὁ Πηνελόπης πατὴρ Ἰκάριος Λάκων εἴη τὸ γένος;* (HQ) Inseruerim: *πῶς (οὖν) ἂν κτλ.*

ξ, 132. *Αἶψά κε καὶ σύ, γεραιέ, ἔπος παρατεκτήναιο.*

[εἴ τίς τοι χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματα δοίη.]

Alterum versum *Διοκλῆς ἀθετεῖ. οὔτε γὰρ ἡ Πηνελόπη πάντα ἀμφιέννυσιν, οὐθ' οὕτως πάντα διὰ τοῦτο ψεύδεται, ἀλλὰ καὶ διὰ μόνην πολλάκις τροφήν.* (HQ) Codices nihil dissentire videntur, nisi quod pro altero *πάντα* in H est *πάντως* haud paulo rectius. Totum sic ordinandum videtur: *οὔτε γ. ἡ Πην. πάντα ἀμφιέννυσιν, οὐθ' οὗτος πάντως διὰ τοῦτο ψεύσεται, ἀλλὰ καὶ διὰ μόνην πολλάκις τροφήν.* Quid sit *πολλάκις* olim dixi in Observatt.

ξ, 248. Ad *ἐννέα νῆας στεῖλα, θοῶς δ' ἐσαγείρετο λαός* glossula in H: *ὁ ναυτικὸς λαός.* An: *τὸ ναυτικὸν λαός?*

ξ, 352. Ulixes insidiis petitus se in mare praecipitat, *μάλα δ' ὦκα θύρηθ' ἔα ἀμφὶς ἐκείνων.* Cum perverso lemmate *θύρηφι* V: *ἔξω ἀγόμενος.* Sic Barnesius ex codice se reposuisse fatetur pro *εἴσμενος.* Lenius correxeris: *ἔξω ἡγμένος.*

ξ, 467. Ἀλλ' ἐπεὶ οὖν τὸ πρῶτον ἀνέκραγον, οὐκ ἐπικεύσω. Exponuntur haec: ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ πρώτην ἐπιβουλὴν λέγειν ἠρξάμην, οὐ μὴ ἐπικεύσω ἤτοι κρύψω ὅπερ εἰπεῖν ὑπεσχόμην. (Q) Requiritur: *primo impetu*, κατὰ πρώτην ὁρμήν, non: *primo consilio;* itaque una litera dempta scribendum: ἐπεὶ κατὰ πρώτην ἐπιβΟλὴν λέγειν ἠρξάμην. Perpetuo βουλή, βολή, βοή cum compositis omnibus confunduntur, qua observatione ductus iam olim emendavi quae leguntur ad ο 14: αἱ τῶν ἀνάνδρων βοαὶ κατὰ καιρὸν συμβολῆς μαχίμου συστέλλονται, καὶ ἀγεννῶς πολλάκις ἐκλιμπάνουσι τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους δειλίᾳ, quae inserviunt explicandis notissimis illis: βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. In codice (H) erat ἀνάνδρων βουλαὶ et κατὰ καιρὸν συμβουλῆς τῆς μαχ. (Observv. p. 100.) Similiter, ut unum locum proferam de multis nunc quoque hoc modo corrigendis, Photius: Φθογγαῖς· βουλαῖς. Immo: βοαῖς.

ξ, 495. Ἀθετεῖται ὡς ἐκ τῆς Ἰλιάδος (Β 56) μετενηνεγμένος. γελοῖον δὲ εἰπεῖν καὶ τὸν ἐν λόχῳ καθυπνωκέναι. (H) Malim inverso ordine: γελοῖον δὲ καὶ εἰπεῖν τὸν κτλ.

ο, 45. Telemachus a Minerva per somnium admonitus ut in patriam reverteretur,

Νεστορίδην ἐξ ἡδέος ὕπνου ἔγειρεν
λὰξ ποδὶ κινήσας, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν.

Alterum versum expungebat Aristarchus. Νοθεύεται ὡς διαπεπλασμένος ἐξ ἡμιστιχίου τῆς κ Ἰλιάδος (vs. 158). ἐκεῖ γὰρ πρεπηκόντως Νέστωρ κοιμώμενον Διομήδην ἀνίστησι, κύψαι κατοκνήσας διὰ τὸ γῆρας. (H et Vind. 133.) In his, — quibuscum conferenda eiusdem auctoris nota ad K 158 — Dindorfius pro κύψαι (pot. κῦψαι) requirebat τύψαι (App. p. 791), iniuria, ut opinor. Senex enim exacta aetate se incurvare reformidat rigidior factus διὰ τὸ γῆρας, cur ob eandem causam caedere, sive verberare, dormientem declinasset? Expuncti autem versus patrocinium alii susceperunt. Πρεπόντως ὁ μὲν (Telemachus) ὑπὸ ἐκπλήξεως ἐπειγόμενος οὔτε τὸν καιρὸν οὔτε τὸ πρέπον θεωρεῖ. ἐφίστησι δὲ αὐτὸν εἰς ταῦτα ὁ Πεισίστρατος. (Q) Non optime adsequor, quo pacto quis possit πρεπόντως οὐ θεωρεῖν τὸ πρέπον, neque recte enunciatum est, Telemachum festinare ὑπὸ ἐκπλήξεως, quod

δι' ἔκπληξιν dicendum erat, neque quid sit ἐφιστάναι τινὰ εἴς τι equidem perspicio. Sed grammaticum dedisse suspicor: προσηκόντως ὁ μὲν ὑπ' ἐκπλήξεως ἐπεγρόμενος οὔτε τὸν καιρὸν οὔτε τὸ πρέπον θεωρεῖ. ἐφίστησι δὲ αὐτὸν διὰ ταῦτα ὁ Πεισίστρατος. I. e. *has ob causas* Pisistratus Telemachum nimis festinantem reprimit, coërcet, cohibet.

ο, 71. Ad ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα observatur: τὰ δίκαια, οἷον εἰρημένα καὶ προσήκοντα. μέτρον γὰρ πᾶν ἄριστον. (HQ) At αἴσιμα non significat εἰρημένα, verum cum H: τὰ δίκαια, οἷον (μεμ)ετρημένα καὶ προσήκοντα. Similiter Apollonius s. v. Αἴσιμα· τὰ προσηκόντως καὶ κατ' ἀξίαν λεγόμενα. – ἐνίοτε δὲ αἴσιμον τὸ εἱμαρμένον [1]. Et sic Etym. M. αἴσιμα· ἀγαθά, καθήκοντα, εἱμαρμένα, caeterique Lexicographi haud aliter.

ο, 93. Menelaus αὐτίκ' ἄρ' ᾗ ἀλόχῳ ἠδὲ δμῳῇσι κέλευσεν || δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν. Grammatici veriti ne Helenae dignitas minueretur adnotaverunt: οὐχ ἵνα αὐτουργήσῃ, ἀλλ' ἵνα κελεύσῃ καὶ διδάσκῃ μὴ δίχα γυναικὸς κελεύειν τι κατὰ οἶκον. (HQ) Itaque Helena *docet*, inscia uxore marito in rebus domesticis nihil esse iniungendum! Est hoc commentum vel in grammatico ineptum. Vera lectio διδάσκει est in Q, inconsulto in peius mutata. Quippe ita scribendum et interpungendum: οὐχ ἵνα αὐτουργήσῃ, ἀλλ' ἵνα κελεύσῃ. καὶ διδάσκει (nempe ὁ ποιητής) μὴ δίχα γυναικὸς κελεύειν τι κατὰ οἶκον.

ο, 161. Ἀργὴν χῆνα: ὅτι καὶ θηλυκὸν λέγεται. (H) Credam Aristonicum dedisse quod adsolet et rectum est: ὅτι κ. θηλυκῶς λέγ. Cfr. i. a. ad ξ 106: ὅτι ἀρσενικῶς τὸν αἶγά φησι. (Q)

ο, 246. De Amphiarao dicitur:

ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
παντοίην φιλότητ'· οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν,
ἀλλ' ὄλετ' ἐν Θήβῃσι γυναίων εἵνεκα δώρων.

---

1) Bekkerus nescio cur et in lemmate et in primo exemplo allato αἴσημα retinuit ex apertissimo sequioris scribae errore, cum tamen iam Villoisonus sub textum verum ostenderit.

In difficultate solvenda, quomodo de eo quem dilexerunt Iupiter atque Apollo dici potuerit οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν, versabatur quaestio Porphyriana, cuius nunc hae extant exiles reliquiae: ὁ δὲ παρὰ σύνταξιν κεῖται. λέγει γὰρ ὅτι καίπερ θεοφιλὴς ὢν οὐκ ἐγήρασε. τὸ οὖν ἑξῆς, γήραος δὲ οὐδὸν οὐχ ἵκετο. -- τούτῳ ὁ Μένανδρος οὐ προσεσχηκὼς εἶπεν „ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος." Hucusque HQ. Sequitur quasi novum scholion foret ex uno H: εἰς σύμβολον τῆς θεοφιλίας τὸ μὴ καταγηράσαι (l. -ρᾶσαι)· ἄμφω δῶρα, τὸ μὲν θεοφιλίας, τὸ δὲ μικροχρονίου ζωῆς. Quae sic edita nihil quidquam dicunt. Sed omnia in unum continuanda esse vel melius apparebit necessaria correctione adhibita: ὁ δὲ παρὰ σύνταξιν κεῖται. - τούτῳ ὁ Μένανδρος οὐ προσεσχηκὼς εἶπεν „ὃν - νέος." (Ἢ) εἰ σύμβολον τῆς θεοφιλίας τὸ μὴ καταγηρᾶσαι, ἄμφω δῶρα, τὸ μὲν θεοφιλίας, τὸ δὲ μικροχρονίου ζωῆς. Nempe duos modos init auctor, ut difficultatem obmotam expediat, ut *aut* oppositio innuatur (*etsi* — *tamen*), *aut* vitae quoque brevitas inter documenta τῆς θεοφιλίας numeretur. Melius dixisset: ἄμφω δῶρα, καὶ ἡ θεοφιλία καὶ ὁ μικροχρόνιος βίος, sed quis de hac re in hoc adnotationis statu certius definiat? Duplicem autem initam fuisse difficultatis expediendae rationem et res ipsa docet et scholion ex B eadem continens sed ad maiorem etiam exilitatem redacta: ἢ σύμβολον τῆς θεοφιλίας τὸ μὴ καταγηρᾶσαι, ἢ παρὰ σύνταξιν κεῖται. λέγει γὰρ ὅτι καίπερ θεοφιλὴς ὢν οὐκ ἐγήρασε. τὸ οὖν ἑξῆς, γήραος δὲ ὁδόν. Leg. οὐδόν, et notandum, quod saepissime fit, epitomatorem in media sententia desiisse. Etiam V, etsi verbis paulum diversis concepta, duplicem interpretationem stabiliunt: θεὸς γὰρ πεπρωμένης οὐκ ἀπολύει, ζῶντι δὲ ἀγαθῶν αἴτιος γίνεται. ἢ τὸ Μενάνδρειον „ὃν οἱ κτλ.

Sequitur de eodem Amphiarao nota historia: ὁ Ἀμφιάραος εἰδὼς πεπρωμένον εἶναι τὸ εἰ ἐξέλθοι ἐν πολέμῳ σφαγῆναι, ἐδειλία τὸν πόλεμον. (H) Infinitivus soloecus est et τὸ molestum. Quapropter fortasse fuit: εἰδὼς πεπρωμένον αὑτῷ εἰ ἐξέλθοι κτλ. Simul αὑτῇ scribendum pro αὐτῇ in his: Θηβαῖοι ἐστείλαντο λάθρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ὅρμον. -- παρέπεισεν αὐτῇ τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐξελθεῖν. Idem vitium frequentissimum et alibi corrigendum et in vicinia (ad π 367): σὺ γὰρ καταλείψει Τηλέμαχος τὸ - εἰπεῖν τὴν αὐτοῦ συμφορὰν καὶ ἅπερ παρ' ἡμῶν ἔπαθεν ἡ

οἰκία αὐτοῦ. (Q) Metuebant, credo, ne Telemachus indiceret *τὴν αὐτοῦ συμφοράν.*

ο, 348. *Περιφραστικῶς τῷ γήρει.* (H) Pertinet haud dubie ad *ἐπὶ γήραος οὐδῷ*, et *τῷ γήρᾳ* verius esse arbitror.

ο, 459. *Πολύϊδρις: οὐκ ἐπ' ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἐπὶ κακούργου καὶ ἀπατεῶνος.* (BHQ) At hoc nimium est de versuto illo Poeno ad Eumaei parentes decipiendos misso. Correxerim: *ἀλλ' ἐπὶ πανούργου καὶ ἀπατεῶνος*, quae saepissime copulantur. Sic v. c. apud Dionem Chrysostomum (Or. I § 26): *τὴν μὲν οὖν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἡγεῖται βασιλικὸν καὶ φρόνιμον, τὴν δὲ πανουργίαν καὶ τὴν ἀπάτην ἀνόητον καὶ δουλοπρεπές.* Sic *τρῶκται* in antecedentibus (vs. 416) exponitur per *ἀπατεῶνες*, *κλέπται* in Q, per *φιλάργυροι*, *πανοῦργοι* in V.

ο, 479. Ad: *ἄντλῳ δ' ἐνδούπησε πεσοῦσ' ὡς εἰναλίη κήξ* adnotatur in BHQ: *φαίνεται δὲ πεσοῦσα ἐπὶ κεφαλήν.* Immo: *ἐμφαίνεται*, sequitur enim: *καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὕτως καταδύεται.* De re dixi ad *μ* 411.

π, 175. *Πολλῶν δὲ κατορθωμάτων αἴτιος ἔμελλεν ἔσεσθαι ὁ ἀναγνωρισμός* (Telemachum inter et patrem), *ὡς ἐκ φύσεως ἦν.* (H) Ultima mihi certe sensu cassa sunt, quem sic restituerim: *ὡς ἐκ χύσεως (πλήρης) ὤν.*

π, 202. Iterum adfertur ex uno H: *οὐχ ἁρμόζει διὰ βάθους καὶ ἐκ ψυχῆς ὄντα φίλον ὑμῶν.* Quae quoniam per se spectata aenigmata sunt, Homerica evolvamus, quo spectare dicuntur. Ibi Ulixes ad Telemachum:

> *Τηλέμαχ', οὔ σε ἔοικε φίλον πατέρ' ἔνδον ἐόντα*
> *οὔτε τι θαυμάζειν περιώσιον οὔτ' ἀγάασθαι.*

Ad haec igitur nostra referenda putem bifariam divisa, ut duae breves glossae sint, prior sic concepta: *οὔ σε ἔοικε*] *οὐχ ἁρμόζει*, altera sic: *φίλον πατέρ' ἔνδον ἐόντα*] *διὰ βάθους καὶ ἐκ ψυχῆς ὄντα φίλον ὑμῶν*, qua interpretatione nihil reperiri potest perversius.

π, 429. Penelope irata Antinoo exprobrat, patrem suum

Eupithen ab Ithacensibus ei succensentibus exagitatum ad Ulixem profugisse et per hunc impunitatem esse consecutum:

τόν ῥ' ἔθελον φθῖσαι. καὶ ἀπορραῖσαι φίλον ἦτορ
ἠδὲ κατὰ ζωὴν φαγέειν μενοεικέα πολλήν·
ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν ἱεμένους περ.
τοῦ νῦν οἶκον ἄτιμον ἔδεις, μνᾷ δὲ γυναῖκα.

Ad haec Q: πλείων δὲ ἡ κατηγορία ὅτι καὶ πολλῆς οὐσίας ἀζημίωτον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Ὀδυσσεύς. ὥστε πλείω ὤφειλεν εἶναι ἢ χαρίζεσθαι ὅτι πολλὰ ἔχων νῦν ἀλλότρια ἐσθίει. In priore sententia participium deëst. Non enim ideo Ulixes Antinoi patrem magno beneficio obstrinxerat, quod eum πολλῆς οὐσίας ἀζημίωτον reddiderat, — novum hoc est ac ridiculum beneficii genus, — sed quod eum *etsi* divitiis praepollentem, adeo ut mulctam facile solvere potuisset, tamen omni poena liberaverat. Itaque scribendum: ὅτι καὶ πολλῆς οὐσίας (ο ὔ σ η ς) ἀζημίωτον αὐτὸν ἐποίησεν. Sequentium vitium indicare possum, certo remedio tollere non possum. Spectant haec Homerica: τοῦ νῦν οἶκον ἄ τ ι μ ο ν ἔδεις, in quibus adiectivum triplici modo accipiebatur, cuius rei nunc exiles reliquiae in nostris Scholiis supersunt. Quippe in QV est: ἄτιμον· ἀντὶ τοῦ ἀτίμως, in BH: ἀτιμώρητον. ἔδεις (εἶναι! H) δὲ προῖκα, μὴ καταβάλλων τὴν τιμὴν τῶν ἐσθιομένων. Erant igitur qui explicarent: „atque huius viri nunc opes *turpiter* (ἀτίμως) comes", erant qui „*impune* (ἀτιμώρητον) comes", erant et quibus placeret: „*gratiis* comes". Hanc ultimam interpretationem nostris quoque corruptis inesse suspicor. Tu, — sic ex huius sententia Penelope dicere videtur, — cui tamen Ulixis beneficio tantae opes sunt relictae, potius nobis aliquid impertire quam nullo pretio reddito nostra comedere debebas. Sed quis haec ex verbis εἶναι ἢ χαρίζεσθαι, — nam his vitium inesse mihi videtur, — ullo modo eliciat? An corrigendum: ὥστε πλ. ὤφ. χ α ρ ί ζ ε σ θ α ι ἢ (ὑ π ο μ.) ε ἶ ν α ι ὅτι κτλ.? Notandum praeterea ad primum quem citavi versum hanc variam lectionem breviter adferri ex M: κ τ ε ῖ ν α ι· γρ. φθεῖσθαι. Immo una litera dempta: φ θ ε ῖ σ α ι, i. e. φθῖσαι, quod nunc iure praefertur.

π, 471. Ἕρμαιος λόφος [1]), quem Eumaeus commemorat,

1) Sic plurimi recentiorum, non προπερισπωμένως cum Eustathio, Herodianum

ex QV quid sit docemur. Ἑρμῆς κατὰ Διὸς κέλευσιν ἀνελὼν Ἄργον τὸν τῆς Ἰοῦς φύλακα ἤχθη ὑπὸ δίκην, Ἥρας αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἀγαγόντων θεῶν εἰς κρίσιν ὅτι πρῶτος ἐπεβεβλήκει δαιμόνων θνητῶν μιάσματι τὸν Ἄργον καὶ ἀνῃρήκει. Prolixa nota, cuius nunc initium posui graviter corruptum, legitur etiam tota fere in Etymologico Magno, in brevius contracta apud Hesychium et Etym. Gud. [1]) Res editores fugisse videtur, ut mox videbimus, at Sylburgii Albertiique diligentiam non effugit. Quo magis miror, neminem offendisse in iis quae extremo loco posui. Nam quid tandem est τὸν Ἄργον ἐπιβάλλειν θνητῶν μιάσματι? Interfecerat, credo, Argum Iovis iussu, quod quis Graece sic dicat? Sed fac posse, cur Mercurius πρῶτος δαιμόνων id fecisse arguitur? Nolo caeteras molestias recensere, quas omnes tollemus sic scribendo: ὅτι πρῶτος περιεβεβλήκει δαίμονας θνητῶν μιάσματι τὸν Ἄργον ἀνῃρηκώς. Desunt haec ipsa — quod doleo — apud Etymologum, fortasse quod iam tunc corrupta transscribere noluit, emendare non potuit. Sed requiri quod dicebam, (Mercurium in iudicium esse adductum, quod primus superum deos sanguine humano polluisset Argo obtruncato,) vel sequentia satis defendunt: κρίνοντας δὲ τοὺς θεοὺς εὐλαβεῖσθαι μὲν τὸν Δία διὰ [2]) τὸ ὑπόδικον γεγενῆσθαι τὸν Ἑρμῆν ταῖς αὐτοῦ παραγγελίαις, ἅμα δὲ ἀφωσιωμένους τὸ ἄγος καὶ τῆς ἀνδροφονίας ἀπολύοντας αἷς εἶχον ὀργαῖς προσβαλεῖν αὐτῷ τὰς ψήφους, καὶ οὕτως ἐπισωρευθῆναι πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ

---

secuti ad N 791: τὸ δὲ »ὅθι θ' Ἑρμαιος λόφος ἐστίν« ὡς εἰς ἰδιότητα. καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κυρίου πρὸς ἀντιδιαστολὴν διάφορον τόνον ἀνεδέξατο, ὡς Ἀθηναῖος καὶ Ἀθήναιος, ἀγοραῖος καὶ ἀγόραιος.

1) Quae in Etymologico desint ex nostris supplenda diligenter indicavit Sylburgius, qui, quemadmodum Buttmannus αἷς εἶχον ὀργαῖς reposuit pro αἷς εἶχ. ὀργήν, ita in Etymol. pro ἣν εἶχ. ὀργήν commendavit simillimum ᾗ εἶχον ὀργῇ, „eo quo inflammati erant irae impetu." Est igitur hoc vitium e compendiosa scriptura ortum admodum vetustum atque adeo Etymologici compilatore vetustius. In Hesychio est: Ἑρμαῖος λόφος· τοὺς σωροὺς τῶν λίθων Ἑρμᾶς (sc. ἐκάλουν), τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ· Ἐνόδιος γάρ. Brevissime in Gud.: Ἑρμαῖος, λόφος, τύπος, ὄνομα. (Bellissime! Corrigatur: Ἑρμαῖος λόφος· τόπου ὄνομα.) εἰώθασι (-θεσαν?) γὰρ οἱ παλαιοὶ σωροὺς ἐκ λίθων ποιεῖν, οὓς ἐκάλουν Ἑρμαίας.

2) Deëst διὰ in Q (?) et in Vulgatorum vetere editione. Adiecit Buttm., comprobavit O a Dindorfio excussus (Praef. p. LXIV). Poterat quoque peti ex Etym. Mágno.

Ἑρμοῦ ψήφων πλῆθος. Sequitur: ὅθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς — σωροὺς ποιεῖν λίθων καὶ διάγοντας .προσβάλλειν λίθους, καὶ τούτους καλεῖν Ἑρμαίους λόφους. Credam homines struem lapidibus auxisse *praetereuntes*: καὶ π α ρ ι ό ν τ α ς προσβάλλειν λίθους. Quod confirmat Phurnutus (Cornutus) p. 168 Gale: προσωρεύουσι δὲ τοὺς λίθους τοῖς Ἑρμαῖς, ἕκαστος τῶν παριόντων ἕνα τινὰ αὐτοῖς προστιθείς. Caeterum historiola nostra in QV Anticlidem auctorem habere perhibetur, Etymologus nullum nomen adscripsit, sed praecedit apud eum alia narratio, quae e Xantho excerpta dicitur. Ἑ ρ μ α ῖ ο ν· τὸν σορὸν (sic ap. Sylb. pro σωρὸν) τῶν λίθων, καὶ συνόλως τοὺς ἐνοδίους λίθους. λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ξάνθος, ὅτι ἀποκτείναντος Ἑρμοῦ τὸν Ἄργον, καὶ δίκας εἰσπραττομένου καὶ ὑπέχοντος ἐν τοῖς θεοῖς διὰ τὸ πρῶτον ἅψασθαι („ἀνθρωπείου φόνου vel simile quid" supplendum esse vidit Sylburgius), τ ο ὺ ς λ ο ι π ο ὺ ς ἀ φ ο σ ι ο υ μ έ ν ο υ ς τ ὸ ἄ γ ο ς κ α ὶ ἀ π ο λ ύ ο ν τ α ς τ ο ῦ φ ό ν ο υ π ρ ο σ β ά λ λ ε ι ν α ὐ τ ῷ τ ὴ ν ψ ῆ φ ο ν (immo: προσβαλεῖν αὐτ. τὰς ψήφους)· ὅθεν διαμένειν ἔτι καὶ νῦν. Ἰλιάδος π' (errore iam ab Albertio notato pro Ὀδυσσείας) „ὅθι Ἑρμαῖος λόφος ἐστίν." Quam sit haec Xanthi enarratio Anticlideae simillima, adeo ut in quibusdam ad verbum ei respondeat, neminem latere potest. Unde facilis conclusio est, aut alterutrum alterum exscripsisse aut — quod vel verosimilius — ex eodem fonte sua hausisse utrumque.

π, 477. Subrisit Telemachus ἐς πατέρ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδών, ἀλέεινε δ' ὑφορβόν. Exponuntur ultima: ἐξέφυγε, μὴ γνῶσιν ὅτι τὸν πατέρα εἶδεν. (H) Rescribendum: μ ὴ γ ν ῷ ὅτι τὸν πατέρα ο ἶ δ ε ν, ne Eumaeus sciat, se patrem agnovisse.

ρ, 160. Ad versum huius libri 150 brevis notula critica adscripta est in H: ἀθετοῦνται ιϛ' στίχοι. Versus huius numerus positus est e Buttmanni Dindorfiique coniectura verissima, codicibus — nam Q quoque simillima habet — in his paucis verbis mire fluctuantibus. Adiiciam Buttmanni quaedam, coniecturam suam solita sagacitate et perspicuitate commendantis: „Manifestum est veram esse lectionem Harleianam ιϛ'" (nempe Q tantum ιβ' versus damnat), „sed eo referendam ubi notam ponit cod. Q. et

ponere volebat scriba quoque codicis Harl. aberrans ille quidem a versu ὣς φάτο (vs. 150) retro ad versum ὣς ἔφατ'. (vs. 147.) Ita salva narrationis serie tolluntur versus 150—165. comprehendentes sermonem Theoclymeni cum responsione Penelopes. Atque sic diserte schol. 160. *quanquam corruptum et ipsum.*" Haec ille. Videamus nunc corruptam illam ad vs. 160 notam, de qua post Buttmannum, Lehrsium, Dindorfium, Cobetum, [1]) et nostra disputatio erit. In Homero Theoclymenus in Penelopes conspectum admissus, ubi maturum Ulixis reditum vaticinatus est, sic orationem suam concludit:

τοῖον ἐγὼν οἰωνὸν ἐϋσσέλμου ἐπὶ νηός
ἥμενος ἐφρασάμην καὶ Τηλεμάχῳ ἐγεγώνευν.

Ad haec igitur Q et Vindob. 133: ἐν τοῖς χαριεστέροις οὗτοι μόνοι οἱ β' ἀθετοῦνται, ἐπεὶ καὶ πρὶν εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ τὸν οἰωνὸν εἶδε, καὶ ἐγεγώνευν ἀκαίρως ἐστίν. ἐν δὲ τοῖς κοινοτέροις ἀπὸ τοῦ „ὣς φάτο" (vs. 150) ἕως τοῦ „ἐξ ἐμεῦ". (vs. 165.) Scholion Buttmanno, ut vidimus, corruptum audiebat, nec iniuria. Scriptum erat: μόνοι οἱ ιβ' ἀθετοῦνται, ineptissimam scripturam correctione simplicissima et certissima in integrum restituit. Scriptum erat καὶ ἐγεγώνευν οὐκ ἀκαίρως ἐστίν, mente auctoris in contrarium versa. At Buttmannus sententia duce, — etenim ad damnandos hos versus argumenta congeruntur, non ad defendendos, — οὐκ eiecit, „nisi quis alium corrigendi modum comminisci potest quo locutio quoque aptior prodeat." Fortasse aptius erit quod equidem rescripserim: καὶ (τὸ) ἐγεγώνευν ἄκαιρόν ἐστιν. Tandem quod codices praebent ἀπὸ τοῦ „ὣς ἔφατο," et hoc, ni fallor, aptissime mutandum iudicavit sic disputans: „hac ultimi versus indicatione nostra quam supra exposuimus ratio" (nempe ἐν τοῖς κοινοτέροις et *sedecim* versus damnari et eos esse debere vss. 150—165) „confirmatur plenissime, apparetque simul, istud ἔφατο quod in scholio hic praecedit mutandum esse non in ἔφατ', sed in φάτο." Buttmanni correctiones et Lehrsii et Dindorfii adsensum tulerunt, neque is sum qui iis contradicam. Sed adsumtis his, locusne perpurgatus est et iam integer factus? Dubitationem iniecit Buttmannus ipse: „perversa autem condemnationis causa affertur,

---

1) Mnemos. N. S. VII (1879.) p. 111.

quod *ante conscensam navem* augurium fecerit Theoclymenus; nam *post descensionem* potius hoc evenit (*ο* 525 seqq.). *Verum haec ipsius scholiastae confusio relinquenda est eidem.*" At vero Lehrsio (Arist. p. 100) *perversa* quidem versuum damnandorum causa afferri visa est, neque tamen culpam huius rei in ipsum scholiastam conferendam putavit. „Quod Buttmannus" — inquit — „in scholio *β'* vult pro *ιβ'* et *οὐκ* delet ante *ἀκαίρως* hoc probamus: quod *εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ* interpretatur navem ascendere scholiastaeque „confusionem reliquit", improbamus. Verba *πρὶν εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ* mutila sunt, fortasse sic restituenda: *πρὶν εἰσελθεῖν* (sc. *εἰς ἄστυ*) *οὐκ ἐν τῇ νηΐ.*" Persuasit coniecturam Lehrsius Dindorfio, etsi prudenter hic admodum eam in adnotatione critica abscondidit. Adroganter fortasse facio, si adversus tot viros studiis Homericis clarissimos ego nunc grammatici nostri, — quis sit mox videbimus, — et verba et sententiam defendam. Equidem autem, nisi me omnia fallunt, neque in verbis video quod adhuc correctione indigeat, neque in re perspicio illam confusionem, quam Buttmannus „ipsi scholiastae relictam" volebat. Primum de verborum integritate videamus. Post Buttmanni demum editionem ex Harleiano prodiit brevior haec eiusdem sententiae nota: *καὶ μὴν οὐδέπω εἰσελθὼν εἰς τὴν ναῦν δέχεται τὸν οἰωνόν.* An haec quoque, ita diversa ut communis tamen origo clare pelluceat, eandem quam Lehrsius volebat labem et mutilationem passa sunt? An haec quoque Lehrsianam mutationem admitterent? Itaque verba iam ab omni mutandi conamine tuta in posterum fore confido. Et quam enarrationis perversitatem iis inesse credebat Buttmannus, ea cedo qualis est? Post descensionem, inquit, Theoclymeno augurium de quo loquitur evenit, non ante conscensam navem. Atqui hoc et verum est et non verum. Theoclymenus augurium vidit, et nave iam ad Ithacam appulsa et vel sic tamen *ante conscensam navem.* Mira narrare videor secumque pugnantia, ad quae probanda tamen ad ipsum Homerum provoco, ad eos ipsos versus *ο* 525 seqq., quos Buttmannus ad contrarium probandum excitavit. Quis enim illic conspicitur narrationis tenor? Navis quae et Telemachum eiusque comites et Theoclymenum vehebat appellitur ad Ithacae *insulae* oram prope eam agri partem, ubi Eumaeus degebat et

apud eum Ulixes mendici habitu latitans. Egrediuntur omnes, in acta cibum capiunt, Telemachus dicit se agros visurum quaeque illic gerantur, caeteros *nave ad urbem* pergere iubet. Ad haec Theoclymenus maestus rogat ad quemnam se conferri velit: *πῇ γὰρ ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω; τεῦ δώμαθ' ἵκωμαι;* Remittit eum Telemachus ad procos, in quorum manu nunc sint omnia. Hoc ipso temporis momento *ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις*. Quo augurio ut Ulixis conatibus fausto exposito Telemachus laetus Piraeo hospitem commendat, fidissimo sodali, *ἐνδυκέως φιλέειν καὶ τιέμεν, εἰσόκεν ἔλθω*. (vs. 495—543.) Cui Piraeus

546. *τόνδε τ' ἐγὼ κομιῶ, ξενίων δέ οἱ οὐ ποθὴ ἔσται.*
Ὣς εἰπὼν ἐπὶ νηὸς ἔβη, ἐκέλευσε δ' ἑταίρους
αὐτούς τ' ἀμβαίνειν ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι.
οἱ δ' αἶψ' εἴσβαινον καὶ ἐπὶ κληῖσι καθῖζον.
550. *Τηλέμαχος δ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,*
εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ
νηὸς ἀπ' ἰκριόφιν· τοὶ δὲ πρυμνήσι' ἔλυσαν.
οἱ μὲν ἀνώσαντες πλέον ἐς πόλιν, ὡς ἐκέλευσεν
Τηλέμαχος, φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο·
555. *τὸν δ' ὦκα προβιβῶντα πόδες φέρον.* [1])

Nonne igitur optime dixit vetus grammaticus: *ἐπεὶ καὶ πρὶν εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηῒ τὸν οἰωνὸν εἶδε?* Poterat vel accuratius *πρὶν αὖθις εἰσελθεῖν* dixisse, sed talia ad iurisconsultorum anxietatem exigere hi non solent. Et optime sic reddita causa est cur illa: *τοῖον ἐγὼν οἰωνὸν ἐϋσσέλμου ἐπὶ νηὸς || ἥμενος ἐφρασάμην* spuria habenda sint, quippe quae iis quae ex *ο* 546 seqq. exscripsimus aperte contradicant. Superest ut quaeramus et quemnam haec athetesis auctorem habeat et cui grammatico eius notitiam acceptam referamus. Aristarchum auctorem gravissimum non dubiis signis iam agnovit patefecitque Lehrsius l.l., collatis nostrae notae verbis: (*ὅτι τὸ*) *ἐγεγώνευν ἄκαιρόν ἐστιν* cum Aristoniceis Θ 223: *πρὸς τὸ γεγωνέμεν ὅτι οὐ ψιλῶς*

---

1) Similiter ex recentioribus Faesius rem proposuit (in nota ad *ρ* 160): „Übrigens stimmt unsere Stelle nicht genau mit der wirklichen Erzählung dieses Vorfalls *ο* 525—533 überein; denn dort beobachtet Theoklymenos dieses Zeichen nicht auf dem Schiffe sitzend (*ἐπὶ νηὸς ἥμενος*), sondern nach der ersten Landung in Ithaka *und ehe sie wieder einsteigen*."

quod *ante conscensam navem* augurium fecerit Theoclymenus; nam *post descensionem* potius hoc evenit (*ο* 525 seqq.). *Verum haec ipsius scholiastae confusio relinquenda est eidem.*" At vero Lehrsio (Arist. p. 100) *perversa* quidem versuum damnandorum causa afferri visa est, neque tamen culpam huius rei in ipsum scholiastam conferendam putavit. „Quod Buttmannus" — inquit — „in scholio *β'* vult pro *ιβ'* et *οὐκ* delet ante *ἀκαίρως* hoc probamus: quod *εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ* interpretatur navem ascendere scholiastaeque „confusionem reliquit", improbamus. Verba *πρὶν εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ* mutila sunt, fortasse sic restituenda: *πρὶν εἰσελθεῖν* (sc. *εἰς ἄστυ*) *οὐκ ἐν τῇ νηΐ.*" Persuasit coniecturam Lehrsius Dindorfio, etsi prudenter hic admodum eam in adnotatione critica abscondidit. Adroganter fortasse facio, si adversus tot viros studiis Homericis clarissimos ego nunc grammatici nostri, — quis sit mox videbimus, — et verba et sententiam defendam. Equidem autem, nisi me omnia fallunt, neque in verbis video quod adhuc correctione indigeat, neque in re perspicio illam confusionem, quam Buttmannus „ipsi scholiastae relictam" volebat. Primum de verborum integritate videamus. Post Buttmanni demum editionem ex Harleiano prodiit brevior haec eiusdem sententiae nota: *καὶ μὴν οὐδέπω εἰσελθὼν εἰς τὴν ναῦν θεᾶται τὸν οἰωνόν.* An haec quoque, ita diversa ut communis tamen origo clare pelluceat, eandem quam Lehrsius volebat labem et mutilationem passa sunt? An haec quoque Lehrsianam mutationem admitterent? Itaque verba iam ab omni mutandi conamine tuta in posterum fore confido. Et quam enarrationis perversitatem iis inesse credebat Buttmannus, ea cedo qualis est? Post descensionem, inquit, Theoclymeno augurium de quo loquitur evenit, non ante conscensam navem. Atqui hoc et verum est et non verum. Theoclymenus augurium vidit, et nave iam ad Ithacam appulsa et vel sic tamen *ante conscensam navem.* Mira narrare videor secumque pugnantia, ad quae probanda tamen ad ipsum Homerum provoco, ad eos ipsos versus *ο* 525 seqq., quos Buttmannus ad contrarium probandum excitavit. Quis enim illic conspicitur narrationis tenor? Navis quae et Telemachum eiusque comites et Theoclymenum vehebat appellitur ad Ithacae *insulae* oram prope eam agri partem, ubi Eumaeus degebat et

apud eum Ulixes mendici habitu latitans. Egrediuntur omnes, in acta cibum capiunt, Telemachus dicit se agros visurum quaeque illic gerantur, caeteros *nave ad urbem* pergere iubet. Ad haec Theoclymenus maestus rogat ad quemnam se conferri velit: *πῇ γὰρ ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω; τεῦ δώμαθ' ἵκωμαι;* Remittit eum Telemachus ad procos, in quorum manu nunc sint omnia. Hoc ipso temporis momento *ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις*. Quo augurio ut Ulixis conatibus fausto exposito Telemachus laetus Piraeo hospitem commendat, fidissimo sodali, *ἐνδυκέως φιλέειν καὶ τιέμεν, εἰσόκεν ἔλθω.* (vs. 495—543.) Cui Piraeus

546. *τόνδε τ' ἐγὼ κομιῶ, ξενίων δέ οἱ οὐ ποθὴ ἔσται.*
Ὣς εἰπὼν ἐπὶ νηὸς ἔβη, ἐκέλευσε δ' ἑταίρους
αὐτούς τ' ἀμβαίνειν ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι.
οἱ δ' αἶψ' εἴσβαινον καὶ ἐπὶ κληῖσι καθῖζον.
550. *Τηλέμαχος δ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,*
εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ
νηὸς ἀπ' ἰκριόφιν· τοὶ δὲ πρυμνήσι' ἔλυσαν.
οἱ μὲν ἀνώσαντες πλέον ἐς πόλιν, ὡς ἐκέλευσεν
Τηλέμαχος, φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο·
555. *τὸν δ' ὦκα προβιβῶντα πόδες φέρον.* [1])

Nonne igitur optime dixit vetus grammaticus: *ἐπεὶ καὶ πρὶν εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηῒ τὸν οἰωνὸν εἶδε?* Poterat vel accuratius *πρὶν αὖθις εἰσελθεῖν* dixisse, sed talia ad iurisconsultorum anxietatem exigere hi non solent. Et optime sic reddita causa est cur illa: *τοῖον ἐγὼν οἰωνὸν ἐϋσσέλμου ἐπὶ νηὸς || ἥμενος ἐφρασάμην* spuria habenda sint, quippe quae iis quae ex *ο* 546 seqq. exscripsimus aperte contradicant. Superest ut quaeramus et quemnam haec athetesis auctorem habeat et cui grammatico eius notitiam acceptam referamus. Aristarchum auctorem gravissimum non dubiis signis iam agnovit patefecitque Lehrsius l.l., collatis nostrae notae verbis: (*ὅτι τὸ*) *ἐγεγώνευν ἄκαιρόν ἐστιν* cum Aristoniceis Θ 223: *πρὸς τὸ γεγωνέμεν ὅτι οὐ ψιλῶς*

1) Similiter ex recentioribus Faesius rem proposuit (in nota ad *ρ* 160): „Übrigens stimmt unsere Stelle nicht genau mit der wirklichen Erzählung dieses Vorfalls *ο* 525—533 überein; denn dort beobachtet Theoklymenos dieses Zeichen nicht auf dem Schiffe sitzend (*ἐπὶ νηὸς ἥμενος*), sondern nach der ersten Landung in Ithaka *und ehe sie wieder einsteigen.*"

ἔστι φωνεῖν ἀλλ' ἀκουστὸν φθέγγεσθαι. Nota ipsa ad Didymumne referenda sit an ad Aristonicum, ambigi potest. „In schol. 160, quod *οἱ χαριέστεροι* et *οἱ κοινότεροι* [1]) commemorantur, Didymum latere", Schmidtii sententia est. At istud de *ἐγεγώνευν* Aristonicum magis redolere eodem iure dixeris. Itaque suspicor scholiorum concinnatorem, quod nonnumquam fecit [2]), Didymi Aristonicique notas fere similes in unum coniunxisse, ut quid utri debeatur discerni iam non amplius possit. Simul videmus utramque athetesin, et maiorem et minorem, ab Alexandrinis grammaticis profectam. Minor (versuum ρ 160, 161) Aristarchi est, maior (vss. ρ 150—165) certe Didymo antiquior. Unum est quod de Aristarcho minoris atheteseos auctore nos dubios reddere possit. Obstare videtur Herodiani auctoritas, ad M 337 versum nostrum cum levi scripturae discrepantia (*ἐγεγώνεον* pro *ἐγεγώνευν*) sed sine suspicionis significatione citantis. Sed videtur tantum. Non enim saepissime, sed aliquoties tamen Herodianus in Prosodiae Iliacae reliquiis quibus hodieque utimur locos Homericos sine suspicione adfert, quos Aristarchum damnasse aliunde liquido constat. Duos producam locos, ut rem conficiam. Citat Herodianus ad Z 422 et alios versus et Υ 254 „*μέσην ἐς ἄγυιαν*". At ex Aristonico discimus, quinque versus quorum hic unus est, (totus audit: *νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι μέσην ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι*) expungendos censuisse Aristarchum: *ἕως τοῦ „πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐκί" ἀθετοῦνται στίχοι πέντε* (Υ 251—255), *ὡς ἄκαιροι καὶ ὀχληροί.* At hos versus Didymus quoque pro Aristarcheis agnoscit, dixerit quis. Etsi non est hoc certissimum, dabo alium locum. Citat Herodianus ad N 29 „*τὴν δ' ἤνητ' ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην*"· (Ω 30.) At hunc quoque totum locum proscripserat Aristarchus. Testatur Aristonicus: *ἕως τοῦ*

---

1) Usitatum est *αἱ χαριέστεραι* et *αἱ κοινότεραι*, i. e. *ἐκδόσεις.* At masculinum et neutrum quoque in Didymi reliquiis, quas nunc terimus, haud ita rarum, veluti ad Ο 197 (*Ἀρίσταρχος »βέλτερον«, οἱ δὲ εἰκαιότεροι γράφουσι »κέρδιον«.*), Σ 100 (*διὰ τοῦ ω Ἄρεω ἡ Ἀριστάρχου· — ἐν δὲ τοῖς εἰκαιοτέροις »ἀρῆς« τῆς βλάβης.*), Ω 558 (*οὗτος ὁ στίχος οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ παλαιῷ.*), β 182 (*ἐν δὲ τοῖς εἰκαιοτέροις γράφεται οὐδέ τι.*), ε 327 (*οὐκ ἐνεφέρετο ἐν τοῖς πλείοσι.*) et sic saepius. Nonnunquam plenius, ut Υ 255: *τὰ δὲ φαυλότερα τῶν ἀντιγράφων ἐτεά ἔχει.*

2) Dixit de hac re quantum satis Lehrsius in Aristarcho (Diss. I, c. II, § 10) p. 27. 28 sec. ed.

„τὴν δ' ᾔνησ' ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην" ἀθετοῦνται στίχοι ϛ' (Ω 25—30) κτλ. Nunc Didymus quoque: „ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν"· -- ἀθετεῖ 'Αρίσταρχος διὰ τὴν μαχλοσύνην τὸν στίχον. [1]) Itaque Herodiani testimonium hac quidem in re Aristarchi auctoritati non amplius officiet, cui equidem adstipulor, — video enim circumscriptis versibus 160, 161 Theoclymeni vaticinium quam verius fiat acriusque concludatur, — plurimos recentiorum non adstipulatos esse demiror.

ρ, 208. 'Ανδρωθεὶς ὁ Φαέθων ἤρετο τὴν μητέρα τίνος εἴη πατρός. πυθόμενος δὲ ὡς 'Ηλίου, παρεγένετο ἐπὶ τὰς τοῦ πατρὸς ἀνατολάς. γνωρισθεὶς δὲ οὕτως ἐδεῖτο τοῦ πατρὸς ἐπ' ὀλίγον αὐτῷ συγχωρῆσαι τὸ ἅρμα καὶ τοὺς ῥυτῆρας. (HQV) In HQ communi consensu pro οὕτως ἐδεῖτο est τούτῳ, vero proximum, nam verum esse arbitror eiecto [τοῦ πατρός]: γνωρισθεὶς δὲ τ ο ύ τ ο υ ἐδεῖτο ἐπ' ὀλίγον κτλ. Etenim τοῦ πατρός ter repetitum in tribus deinceps sententiis vel in scriptoribus hoc genus nimis fatuum videtur. Post paulo: ἐπιβὰς τοῦ ἅρματος ἀτάκτως ἐφέρετο, ὥστε πάντα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρύγειν. Recte et ordine omnia, neque esset cur nos haec morarentur, nisi in V esset: ὥστε ταπεινῶν τὰ πάντα τὰ ἐ. τ. γ., vel ut Barnesius e MS. edebat: ὥστε ταπεινῶντα πάντα τὰ κτλ. In Q molestum participium deëst, ex H nihil certi enotatum reperio, neque tamen de nihilo ταπεινῶν (sive ταπεινῶντα) istud irrepsisse crediderim. Quam formam Barnesius protulit, ea quidem absurda est, sed quod Buttmannus statuebat „vix huius loci esse verbum ταπεινοῦν," an hoc quoque est certissimum? Nonne scriptum esse potuit; ὥστε τ α π ε ι ν ω θ έ ν τ α πάντα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρύγειν, eo sensu quo v. c. apud Pollucem (I § 213) scriptum reperio: διδακτέον δὲ τὸν ἵππον καὶ ὑποβιβάζεσθαι· ἔστι δὲ τοῦτο διιστάντα

---

1) Eiusdem generis et alia indicabo. Ad Δ 151 Herodianus i. a. citat B 82: νῦν δ' ἴδεν ὃς μέγ' ἄριστος." At Aristonico auctore (ad B 76) ἀθετοῦνται στίχοι ὀκτώ. (vss. 76—83.) Ad Z 348 citatur· ὄρσεο κυλλοπόδιον. (Φ 331). Damnavit versum Aristonico auctore Aristarchus, ὅτι ἄκαιρον τὸ ἐπίθετον. Ad M 295: οὐκ ἀπιθάνως δὲ ὁ 'Αρίσταρχος (sc. ἐξήλατον scribit), εἴγε καὶ ἑπταβόειον σάκος που λέγει καὶ ἐπὶ τῆς 'Αχιλλέως ἀσπίδος -- »ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων." (Υ 270.) At nunc quoque, indice Aristonico, ἀθετοῦνται στίχοι δ' (vss. 269—272) ὅτι διεσκευασμένοι εἰσὶν ὑπό τινος τῶν βουλομένων πρόβλημα ποιεῖν.

τὰ σκέλη ἐγκαθίζειν τε καὶ ταπεινοῦν ἑαυτόν, ὥστε εὐπετῶς ἀναβαίνειν τὸν ἱππέα, ut ταπεινοῦσθαι sit *demissius ferri*? Illud certius pro: καταπεσόντος δὲ αὐτοῦ μετὰ τῆς θείας Φλογὸς ἐπὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν καὶ Φθαρέντος αἱ ἀδελΦαὶ -- ἐθρήνουν legendum esse: καταπεσόντος — ὑ π ὸ τῆς θ. Φλογός et ε ἰ ς τ. Ἠριδανόν. Tandem in his: ὅθεν κατελεήσας ὁ Ζεὺς ταύταις ἀνάμνησιν (immo ἀ μ ν η σ τ ί α ν, quod Buttmannus iam proponebat) ἐνεποίησε τῶν κακῶν μεταβάλλων αὐτὰς εἰς αἰγείρους. [α ἵ π ε ρ ε ἰ σ ὶ δ έ ν δ ρ α.], inducendum esse ineptissimum emblema quis mihi monendus est?

ρ, 221. Ad θλίψεται ὤμους haec legimus: θλίψεται Αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ θλιβήσεται, ὃς οὐκ ἐκβήσεται τῶν Φλιῶν οὐδὲ εἴξει. (QV) At vel addita etymologia τῶν Φλιῶν manifestum facit, agi hic de varia scriptura Aeolicae formae Φλίψεται, neque ea res Buttmanni acumen latuit. Quare eadem fere reponenda censeo quae in recentioribus Vulgatorum editionibus fuerunt, quas interpolatas dicit Buttmannus, iure fortasse, sed recte interpolatas tamen. Nam ut adnotatio aliquid dicat, hanc induat formam: Φ λ ί ψ ε τ α ι Αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ (θ λ ί ψ ε τ α ι), θλιβήσεται.

De eadem re H breviter: Φλίψεται· διὰ τοῦ θ, ὡς καὶ Ζηνόδοτος. De his pauculis Harleiani verbis viri docti, quod in huius codicis scholiis corruptissimis simul et pretiosissimis saepissime usu venit, disputando in diversissima abierunt. Quorum Dindorfius, monito in textu esse Φλίψεται, „sed mutatum a correctore in θλίψεται", scholion sic corrigendum existimavit: „Φλίψεται διὰ τοῦ Φ, ὡς καὶ Ζηνόδοτος, ut Aristarchus cum Zenodoto consenserit, θλίψεται autem alius editionis scriptura sit." (Praef. p. LXV.) Prorsus contrarium Mauricius Schmidtius censet (Did. p. 209): „Scholiastae h. l. fides abroganda est. Debebat οὕτως διὰ τοῦ θ θλίψεται Ἀρίσταρχος, ὁ δὲ Ζηνόδοτος Φλίψεται." Utrius sententiam sequemur? Dindorfianae et mutationis simplicitas favet et quodammodo etiam Apollonii glossa Φ λ ί ψ ε τ α ι· ἀποθλιβήσεται, quam descripsit Hesychius. Pro Schmidtio analogia stat, cum sciamus Zenodotum in Homero multa Dorica et Aeolica admisisse, non admisisse Aristarchum. Quod ut verum sit, non tamen adnotatiuncula concinnanda in eum modum, quem Schmidtius indicavit. Nam rescribere hoc

est, non corrigere. Si in re incertissima hariolari licet, correxerim: διὰ τοῦ Θ, (οὐ διὰ τοῦ Φ), ὡς Ζηνόδοτος.

ρ, 222. Ἀκόλους exponitur: οὓς οὐκ ἄν τις κολούσῃ διὰ τὴν βραχύτητα. (BQ) Et in P: ψωμοὺς ὧν οὐκ ἄν τις κωλύσηται διὰ τὴν σμικρότητα. Buttmanno haec sunt „manifesta prioris scholii depravatio." Mihi scholion ex P priore scholio vel paulo rectius videtur, ubi scribarum errores correcti erunt. Nam unde pendet ὧν? Et quid hic sive κωλύεσθαι sive κωλύειν? Sed scribendum: ψωμοὺς ὧν οὐκ ἄν τις κολούσῃ τι διὰ τὴν σμικρότητα. Nempe videntur saepius scribae κολούειν in notius sibi κωλύειν absurde depravasse. Ipsum nostrum ἄκολος in Etymologico Magno significare dicitur: ὁ μικρὸς ψωμός, ὁ μηκέτι κολούεσθαι δυνάμενος διὰ σμικρότητα, quae proxime ad Palatinum scholion accedunt. Eadem sunt in Gudiano praeter unum. Habet ὁ μηκέτι δυνάμενος κωλύεσθαι, cui editor suum „sic" appinxit. Post correctionem meam remanet tamen in utroque scholio „soloecus usus conjunctivi pro optativo" de quo monuit Dindorfius. Vitium sanatu facillimum cum codicum consensu defendatur, in auctoribus id genus ferendum putaverim.

ρ, 352. Ἀνδρὶ προΐκτῃ: ἴκτης ψιλωτέον, παρὰ γὰρ τὸ παραβάλλειν τὴν χεῖρα καὶ αἰτεῖν δωρεάν. ἢ ὁ πρὸ τοῦ αἰτεῖν ἱκετεύων, εἰ δασύνεται. (Q) Solent mendici manum non *obiicere* (παραβάλλειν) sed *protendere*: ΠΡΟβάλλειν. Noster, quisquis est, vocem a verbo προΐημι derivavit, alias etymologias porrigunt Etymologus Magnus s. v. Καταπροΐξασθαι (p. 495, 32) et Προΐκτης (p. 689, 1) atque Apollonius. Quod ad scripturae depravationem attinet, vel ineptius ad σ 5 in codice (B) παραβατώδης est pro προβατώδης, quod monstrum procuravit Buttmannus, ipse aliud leviusculum eiusdem scholii vitium nunc eximam. Agitur de Iri nomine proprio Ἀρναῖος, cuius *tres* antiquitus proponebantur interpretationes: ἢ ὅτι προβατώδης· ἢ παρὰ τὸ ἄρνυσθαι· ἢ ἀραῖος, ηὔχοντο γὰρ αὐτοῦ οἱ γονεῖς γεννηθῆναι. Potius: ηὔχ. γ. αὐτὸν οἱ γονεῖς γεννηθῆναι, i. e. ὁ εὐκταῖος τῇ μητρὶ γενόμενος, quod in Q est, unde ieiunius nostrum in B scholion duxit originem. In transcursu moneo, quae de eodem nomine Etymologicum Magnum habet (p. 146, 11), ea tantum abesse ut „ex anti-

quioris scholiastae annotatione excerpta" sint, — quae Dindorfii sententia est, — ut *ad verbum consentiant* cum antiquiore et uberiore scholio ex Q, atque eo tantum hoc sint pleniora, quod interpretationum auctores adscripsit Etymologus, omisit aut Ambrosiani aut eius exemplaris scriba, sive casu hoc factum est sive ut describendi taedium compendifaceret sive quod marginis premebatur angustiis. Sed hoc obiter.

ρ, 442. Ulixes quoniam procis alia omnia de erroribus suis narravit quam Eumaeo, adnotatur: *πέπεισται ὁ Εὔμαιος τἀληθῆ αὐτῷ διηγήσασθαι τὸν μεταίτην διὰ τὴν εὔνοιαν, καὶ ταῦτα πρὸς τὴν Πηνελόπην μηνύει περὶ αὐτοῦ ὡς αὐτὸς ἤκουσε.* (HQ) Praestat· *ταὐτὰ* -- *ἃ καὶ*.

ρ, 443. Ad *Δμήτορι Ἰασίδῃ, ὃς Κύπρου ἶφι ἄνασσεν* in V legitur: *καὶ ἐν Ἰλιάδι πολλοὶ ὑπὸ βασιλέας ἦσαν.* Barnesius *πόλεις* ediderat, in editt. vett. punctum est post *Ἰλιάδι*, quae duae res nihil faciunt ad scholii obscuritatem vel aliquatenus tollendam. „Hinc suspicor primam scholii partem mutilam esse, quae mentionem Cinyrae ex Iliade olim habuerit, posteriorem autem depravatam ex his, *πολλοὶ γὰρ Κύπρου βασιλεῖς ἦσαν*: vid. schol. 442. init." Ita Buttmannus, qui verum de more divinavit, etsi nunc loci emendationem affecit magis quam perfecit. Verum est, mutila nostra spectare quaestionem, cur poëta in Iliade Cinyram Cypri regem dixerit [1]), nunc Dmetorem, quam et Aristarchum attigisse contra chorizontes verosimillimum est et in quam Lyticos cupide involasse non est quod miremur. Nostra Aristarchi sententiam referre existimaverim, neque tamen ita ut Aristonici verba exhibeant, sed in quaestionis responsionisque formam sequioribus adamatam conversa. Nempe mutila sic supplenda arbitror: *καὶ (μὴν) ἐν Ἰλιάδι (Κινύραν εἴρηκε. ῥητέον οὖν ὅτι) πολλοὶ Κύπρου βασιλεῖς ἦσαν.* Arcte haec coniungenda — quod idem Buttmannus perspexit — cum iis quae ex HQ ad praecedentem versum prolata sunt: *ὅτι ἀεὶ πολλοὺς εἶχεν ἡ Κύπρος βασιλεῖς ἐν ταὐτῷ φησι καὶ ὁ Μένανδρος ἐν Μισουμένῳ*, quorum verborum ratio

1) Disertis tamen verbis id in Iliade (Λ 20, 21) non significatur.

nunc demum in aprico esse potest. Quaestionum auctoribus artificiosiora placebant: Κινύρου ἀποθανόντος Δμήτωρ ἐβασίλευσε Κύπρου. ἢ οὐδὲ εἴρηται ὁ Κινύρας ἐν Ἰλιάδι Κύπρου βασιλεύς, ἀλλὰ Κύπριος ἁπλῶς. (BQ)

ρ, 465. Ἀλλ' ἀκέων κίνησε κάρη: ἀκεόντως, ἡσύχως, ἀφανῶς (i. e. clanculum, ut fere non appareat)· λέγεται γὰρ ἐπὶ πράξεως τὸ ἀκέων, οὐκ ἀεὶ ἐπὶ φωνῇ. (H) Legendum: λέγεται γὰρ (καὶ) ἐπὶ πράξεως τὸ ἀκέων, οὐκ ἀεὶ ἐπὶ φωνῆς.

ρ, 581. Eumaeus ad Penelopen de Ulixe ad eam venire cessante:

μυθεῖται κατὰ μοῖραν, ἅπερ κ' οἴοιτο καὶ ἄλλος,
ὕβριν ἀλυσκάζων ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων.

Varietas lectionis datur in uno H (et Larochio auctore in Vind. 133): ἐν τοῖς πλείστοις ὕλην ἀλυσκάζων. Quid in ὕλην lateret viros doctos adhuc quod sciam torsit. „Corruptum" esse breviter significavit Dindorfius. Et Larochius: „quid pro ὕλην quod metro repugnat" (et sensui, opinor) „scriptum fuerit non liquet." Nihil equidem in corrupta voce aliud latere putem quam — ὕβριν. At quid hoc, inquiet quispiam, varietatis est: ὕβριν ἀλυσκάζων pro ὕβριν ἀλυσκάζων? Non est, fateor, sed contra reputemus, quod aliud substantivum hic locorum fuisse possit pro ὕβριν. Nullum reperiemus idoneum. Et dixerat Ulixes:

ἀλλὰ μνηστήρων χαλεπῶν ὑποδείδι' ὅμιλον,
τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει (vss. 564, 565),

ad quae nostra aperte respiciunt. Itaque varietatem — nam varietatem quandam adesse oportet — pertinere putem non ad substantivum sed ad verbi formam: ἐν τοῖς πλείστοις „ὕβριν ἀλυσκάΖΕΙΝ." Et infinitivum agnoscunt et MS. Barnesianum (ἀλυσκάζειν: ἐκφυγεῖν) et vetus Odysseae editio Florentina (F) apud Larochium. Quibus auctoritatibus cum non plurimum tribuerim, multum apud me valet ipsius varietatis praestantia, adeo ut eam etsi a nullo neque codice neque recentiore editore agnitam vulgatae lectioni ab omni parte praeferendam censeam. Optime opponuntur: μυθεῖται -- ὕβριν ἀλυσκάζειν (i. q. λέγει τὴν ὕβριν ἐκκλίνειν, ἐκφεύγειν, δεδιέναι) et ἀλλά σε μεῖναι ἄνωγεν. Dicitur Φ 462: οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο || ἔμμεναι, atque ita prorsus: μυθεῖται ἀλυσκάζειν.

σ, 27. Ad *γρηὶ καμινοῖ ἶσος* BHQ: *καμινευτρίᾳ, παραπλησίως κατὰ τὸ εἶδος καὶ τὴν ἐσθῆτα.* Scribendum: *καμινευτρίᾳ παραπλήσιος κατὰ τὸ εἶδος καὶ τὴν ἐσθῆτα.* Glossam super hoc vocabulo corruptissimam apud Apollonium Sophistam satius est cum Bekkero non tangere, quam cum Villoisono parum probabili coniectura vexare. Sequitur in H: *ἐν πολλοῖς „γρηὶ* (cod. *γρηοῖ*) *καμινῶ.*" Sic diserte scribi in codice monuit Dindorfius. At quid hoc formae esset? Correxerim: *ἐν πολλοῖς „γρηὶ καμινῷ.*" Nempe in voce semel apud Homerum lecta quaestio est de nominativi forma. Si statuis *ἡ καμινώ*, — ut procul dubio statuerunt optimi veteres grammatici, — dativus est *τῇ καμινοῖ*, si *ἡ καμινός*, est *τῇ καμινῷ*.

σ, 76. Irum procorum *δρηστῆρες ἄγον ζώσαντες ἀνάγκῃ* || *δειδιότα.* Adnotatur in Q: *ἁπλῶς. οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν μαγείρων. „οὗτοι δῶμα κάτα δρηστῆρες ἔασιν.*" Utroque Odysseae loco, quem tamen Dindorfius indicavit (*κ* 349, *τ* 345), non hoc legitur, sed: *αἵ οἱ* et *αἵ τοι δ. κ. δρήστειραι ἔασιν.* Hinc natum *οὗτοι*. Fuisse inter veteres, qui locis qualis noster est *τὸν δρηστῆρα* per *μάγειρον* redderent, patet etiam ex Hesychio, qui: *Δραστῆρας· τοὺς ὀψοποιούς, μαγείρους*, quocum consentit Etym. M. glossula. Uberior paulo ad nostrum versum est Harleianus: *δρηστῆρες· οὐ πάντες δοῦλοι, ἀλλ' ἴσως θεράποντες, ὃ καὶ ἄμεινον.* Quibus in verbis neque *πάντες* neque *ἴσως* recte habet. Immo nec nostro loco nec *π* 248, ubi itidem procorum *δρηστῆρες* commemorantur, *servos* eos fuisse innuitur, quin *τῶν θεραπόντων* commemoratio et comparatio contrarium suadere videtur. De his enim Aristonicus, ut constat, de Aristarchi sententia diserte adnotavit (*ο* 95, 96): *οὐκ ἀναγκαῖον ἀθετεῖν. οὐ γὰρ δοῦλοι* [1]) *οἱ θεράποντες ὥστε ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ οἰκεῖν.* Consimile quid nostro scholio dictum coniicio et ipso Aristonici: *δρηστῆρες·* (*ὅτι*) *οὐ πάντως δοῦλοι, ἀλλ' ἴσον* (*τῷ*) *θεράποντες.* Similiter Apollonius: *Δρηστῆρες· οἱ ὑπουργοῦντες καὶ διακονοῦντες θεράποντες.* Sed in verbis *ἴσον τῷ θεράποντες* nota desinere debebat. Quo enim pertinent sequentia: *ὃ καὶ ἄμεινον*? Non certe ad interpretationem, in qua optionem datam non invenio. At

---

1) Ita Larochius ad h. vs. et Cobetus, Mnem. N. S. I (1873.) p. 24.

fieri potest ut ad notam sequentis versus referenda sint, quae in eodem Harleiano statim subsequitur. Ad Homericum *σάρκες δὲ περιτρομέοντο μέλεσσιν* H, nullo tamen addito lemmate, *ὅμοιον τῷ „Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσε"* (H 216). His itaque subiungam ista: *ὃ καὶ ἄμεινον*, quae et mea sententia est. Nam idem affectus Iliadis loco minus *φορτικῶς* multoque venustius significatus est. Caeterum et hanc observationem (vs. 77), etsi dubitantius, Aristonico adiudicaverim.

σ, 160. *Πρόσεισιν ἡ Πηνελόπη -- ἐλπιδοποιοῦσα τὸ δοκεῖν τινὶ συνοικῆσαι.* (QV) Scribendum collato simillimo scholio ex H: *τῷ* (ita et V) *δοκεῖν τινι συνοικήσειν.* Observatur idem ad vs. 261, item ex QV: *ἐλπιδοποιεῖ προφανῶς τοὺς μνηστῆρας, ὅτι σὺν τοῖς ἄλλοις εἰκὸς ἀνῃρῆσθαι αὐτόν.* (Ulixem) et ad vs. 272: *ἐλπίδα πᾶσαν αὐτοῖς ὑποβάλλει τοῦ γάμου, δεδοικυῖα [ἵνα] μὴ βιασθῇ.* (Q) ubi et *πᾶσιν αὐτοῖς* praetulerim (cfr. Porphyriana ad *α* 332) et secluserim soloecum *ἵνα*, ex dittographia ut videtur ortum.

σ, 178. *Εὐρυνόμη, μὴ ταῦτα παραύδα, κηδομένη περ,*
χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι καὶ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ.

Ad *παραύδα* Q: *ἔξω τοῦ δέοντος λέγει ἢ κρύπτει.* Opinor: *ἔξω τοῦ δέοντος λέγε ἢ κρότει.* Sequitur ad *κηδομένη* sine lemmate notula critica in H: *μετὰ τοῦ ι, ἀντὶ τοῦ κηδευούσῃ πρὸς τὸ χ.* Dind. „fort. *πρὸς τὸ χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι* etc." Lenius fortasse erit: *κηδευούσῃ περὶ τὸν χρῶτα.*

σ, 246. *Ἴασον Ἄργος* exponitur: *τὴν Πελοπόννησον, ἀπὸ Ἰάσου τοῦ τῆς Ἰοῦς. πρὸς τὴν αὐτὴν δὲ καὶ Ἀχαϊκὸν Ἄργος φησί.* (BQ) *Τοῦ* ex Eustathio additum. (App. p. 793). Sed cui bono? Mirabitur enim fortasse lector, unde praepositio venerit. Desinet mirari, ubi verum reposuerimus: *ἀπὸ Ἰάσου τοῦ τῆς Ἰοῦς πατρός. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ Ἀχαϊκὸν Ἄργος φησί.* Satis erit vel unum Apollodorum (II, I § 3) contulisse: *Ἄργου δὲ καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ παῖς Ἴασος, οὗ φασιν Ἰὼ γενέσθαι.* Sed etiamsi auctoritates deëssent, quis novum ellipsis genus concoquat, *ὁ τῆς Ἰοῦς* ut sit *ὁ τῆς Ἰοῦς πατήρ*?

σ, 333. Ἀλύεις: οἷον οὐκ ἔχεις σαυτὸν ὑπὸ πολλῆς χαρᾶς. (Q) Cod. αὐτὸν, unde Buttmannus σαυτὸν effecit, sed vel lenius potest: οὐκ ἔχεις αὑτὸν, de qua affectata Scholiastarum elegantia olim egi in Observatt. p. 23.

σ, 385. Οὕτως ταραχθήσεσθαι ὡς δοκεῖν τὰς θύρας στενὰς εἶναι. (BQ) Rescribendum esse: ταραχθήσεσθε Homeri verba probant, quorum quae exscripsimus paraphrasin exhibent: εἰ δ' Ὀδυσεὺς ἔλθοι, -- αἶψά κέ τοι τὰ θύρετρα, καὶ εὐρέα περ μάλ' ἐόντα, || Φεύγοντι στείνοιτο.

τ, 61. Ἐμφαίνει τὴν ἀσωτίαν αὐτῶν τὸ πολύ. οὕτως καὶ ἐν ἀρχῇ „σῖτον δὲ δμωαὶ παρενήνεον" (α 147). (Q) Immo: τὸ πολύν. Respiciuntur enim poëtae verba: αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ᾕρεον.

τ, 63.

Πῦρ δ' ἀπὸ λαμπτήρων χαμάδις βάλον, ἄλλα δ' ἐπ' αὐτῶν νήησαν ξύλα πολλά, φόως ἔμεν' ἠδὲ θέρεσθαι.

Adnotatur in M: αὐτῶν· τῶν μνηστήρων. At hoc quidem nimis festivum est. Coniicio: τῶν λαμπτήρων, quod si verum, enarrator rem, qua de agitur, non optime sibi proposuit et exposuit.

τ, 116. Ulixes ad Penelopen, nomen ipsius sciscitantem:

τῷ ἐμὲ νῦν τὰ μὲν ἄλλα μετάλλα σῷ ἐνὶ οἴκῳ
μηδ' ἐμὸν ἐξερέεινε γένος καὶ πατρίδα γαῖαν,
μή μοι μᾶλλον θυμὸν ἐνιπλήσῃς ὀδυνάων.

Ad haec BQ: διό, ἐπεὶ οὐδὲν κακὸν ἐποίησας, μηδ' ἐμὲ λύπει τὰ παρὰ προαίρεσίν με αἰτοῦσα λέγειν. Immo: ἐπεὶ οὐδένα, quod vel oppositio μηδ' ἐμὲ unice flagitat.

τ, 174. Ἔνιοι δέ φασιν Ἰδομενέα κατὰ τὸν ἐξ Ἰλίου ἀνάπλουν -- δέκα πόλεις (Cretae) πορθῆσαι. (V) Puto: μετὰ τὸν ἐξ Ἰλίου ἀπόπλουν, quod recte in uberiore scholio porrigunt HQ.

τ, 177. Quod Dores apud poëtam Δωριέες τριχάϊκες dicuntur,

id et aliter explicatur et sic: *οἱ δέ, τοὺς πολεμικούς, ἀπὸ τοῦ σείειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλαίας.* (B) Donec galea dicatur *κεφαλαία*, usitatum *τῆς (περι)κεφαλαίας* reponemus. Desumptam esse explicationem ex Apollonii Sophistae Lexico Homerico diserte testatur uberius Vulgatorum scholion: *Ἀπολλώνιος δὲ τοὺς πολεμικοὺς λέγει, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσοντας καὶ ἐπισείοντας τὰς κόμας ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ πολεμεῖν, ἴσον τῷ „κορυθάϊκι."*

τ, 599. *Σὺ δὲ λέξεο τῷδ' ἐνὶ οἴκῳ,*
ἢ χαμάδις στορέσας ἤτοι κατὰ δέμνια θέντων.

Ad ultimum vocabulum H: *ἢ θεραπαινίδων θέντων κατ' Ἀττικήν, ἢ θέτων ἀντὶ τοῦ θέτωσαν.* Verissime Dindorfius ad *κατ' Ἀττικήν*: „videtur excidisse *συνήθειαν*," quod multo praeferendum duco alteri eius coniecturae: „vel, *σχῆμα*, si *Ἀττικὸν* scribatur." Simul corrigendum *ἢ θέντων ἀντὶ τοῦ θέτωσαν.* Absurda est interpretatio per genetivum absolutum qui dicitur, coniunctum illum cum enallage generis, cui tamen interpretationi nescio quo modo patrocinatur Buttmannus. At recte et alii et Faesius ad δ 214 provocaverunt, ubi eadem constructione dicitur: *δόρπου δ' ἐξαῦτις μνησώμεθα, χερσὶ δ' ἐφ' ὕδωρ || χευάντων*, quo loco nemo, quod sciam, de genetivo absoluto somniavit, sed recte et ordine expositum est: *χευάντων· ἐπιχεέτωσαν, Ἀττικῶς.* (E)

υ, 85. Somnus *ἐπέλησεν ἁπάντων, || ἐσθλῶν ἠδὲ κακῶν, ἐπεὶ ἄρ βλέφαρ' ἀμφικαλύψῃ.* Exponitur *ἐπέλησεν* in H: *ἐπιλαθεῖν ἐποίησεν.* Additur Dindorfii monitum: „*ἐπιλαθεῖν* correxi pro *ἐπιλαθῆναι.*" Libentius hoc refinxerim in: *ἐπιλαθέσθαι ἐποίησεν.*

υ, 276. *Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην*
ἦγον· τοὶ δ' ἀγέροντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί.

Adnotatur: *οὐχ οἱ τῶν μνηστήρων, ἀλλ' οἱ τῶν Ἰθακησίων, οἱ δημόσιοι. βούλεται δὲ δεῖξαι ὅτι Ἀπόλλωνος ἡ ἑορτή. τὸ „οἱ δ' ἐπεὶ ὤπτησαν"* (vs. 279 seqq.) *μετέβη πάλιν ἐπὶ τῶν μνηστήρων.* (B) In codice erat: *οἱ δημόσιοι βουλευταί. βούλεται δὲ* —, expunxit dittographiam perversam insuper Buttmannus. Locus omni mendo vacabit, ubi simul extrema emendaverimus: *τῷ „οἱ δ'*

ἐπεὶ ὤπτησαν" μετέβη πάλιν ἐπὶ τοὺς μνηστῆρας. Ex infinitis fere auctoritatibus unam excitabo, ex eodem nostro codice petitam ad δ 625: τὸ σχῆμα μετάβασις· εἰπὼν γὰρ τὰ περὶ Μενέλαον μετέβη ἐπὶ τοὺς μνηστῆρας.

υ, 297. Λοετροχόῳ: νῦν τῷ τὰ λουτρὰ παρέχοντι ἢ παρασκευάζοντι. (V) Codex Barnesianus ἐπιχέοντι τῷ λούοντι praebere dicitur, sed potest minore molimine verum restitui. Rescribatur: τῷ τὰ λουτρὰ παραχέοντι, addaturque hic locus plurimis illis quos eadem labe infectos olim collegit et correxit Naberus in Mnem. N. S. I (1873) p. 344.

φ, 13. Depromit Penelope arcum illum et sagittas,

> δῶρα τά οἱ (Ulixi) ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τυχήσας
> Ἴφιτος Εὐρυτίδης, ἐπιείκελος ἀθανάτοισιν.
> τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιϊν.

Cum lemmate Λακεδαίμονι BQ: νῦν ἐπὶ τῇ Λακωνικῇ χώρᾳ, ἧς μέρος κατὰ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους ἡ Μεσσήνη. διχασθῆναι δέ φασι τὴν Λακωνικὴν τῆς Μεσσηνίας ἐπὶ τῶν Ἡρακλειδῶν, οἳ μετὰ τὴν τοῦ Ἰλίου ἅλωσιν κατέσχον τὴν Πελοπόννησον. Cum in Aristonici nota ad B 582: Μέσσην· ὅτι Μέσσην τὴν ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς Μεσσήνην λέγει, συγκόψας τοὔνομα. ὅτι γὰρ ὑπὸ Λακεδαιμονίους αὐτὴν οἶδε δῆλον ἐξ ὧν φησι „δῶρα τά οἱ ξεῖνος — ξυμβλήτην ἀλλήλοιϊν." — cum in hac igitur nota ipse noster locus in eandem sententiam respiciatur, nostra quoque Aristonicum redolere putaverim, neque tamen ita, ut ipsius verba servata sint. Sed utut haec sunt, quoniam Heraclidarum tempore Messene a Lacedaemone divulsa dicitur, non contra, scribendum: διχασθῆναι δέ φασι τῆς Λακωνικῆς τὴν Μεσσηνίαν. Cum primis verbis conferenda sunt Herodianea (π. μον. λέξ. p. 13, 24): τό τε Κυνόσουρα ἐπὶ τῇ Λακωνικῇ φυλακῇ. Rem et hic et B 582 ab Aristonico commemoratam etiam a Strabone notari, (ἔνιοι δὲ κατὰ (l. κατ') ἀποκοπὴν (Messen) δέχονται τὴν Μεσσήνην· εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ αὕτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς. (VIII, c. 5 § 3, p. 364 Casaub.) iam Lehrsius monuit. (Arist. p. 235 2ae ed.)

φ, 17. Ulixes Messenen versus ἦλθε μετὰ χρεῖος, τό ῥά οἱ πᾶς δῆμος ὄφελλεν. Explicatur χρεῖος in V: διὰ ὄφλημα. At de-

bilum erat. non *mulcta*. Itaque: διὰ ὀφείλημα, recte illud scriptum in antecedente scholio ex BQ: χρέος ἀπαιτήσων καὶ ὀφείλημα.

φ, 38. Τρίτον (i. e. *ter*, nempe vs. 11—13, 31, 38) εἴρηκε τὴν δόσιν, ἐπεὶ διὰ μέσου τινὰ παραδιηγεῖται. (V) Immo: παραδιήγηται. Praeterea hinc quoque apparet, quod supra (p. 402) dicebam, in nota ex H et V ad ι 62 (p. 412, 7) et ι 65 (p. 412, 26) τρίτον non esse cum Dindorfio mutandum in τρίς.

φ, 188. Eumaeus et Philoetius ἐξ οἴκου βῆσαν ὁμαρτήσαντες ἄμ' ἄμφω· -- ἐκ δ' αὐτὸς μετὰ τοὺς δόμου ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεύς. Ad haec Vulgata: εἰς τὸν πρόδομον ἐξῆλθον. πιθανῶς, ἐπεὶ μακρῷ πρόσθεν ὁ Ἀντίνοός φησιν „κλαίετον ἐξελθόντες" (vs. 90)· καὶ ἅμα ἵνα τῷ Ὀδυσσεῖ συμβαλών. Corrigendum: μικρῷ πρόσθεν et ἵνα τῷ Ὀδυσσεῖ συμβάλωσιν, quorum hoc et apud Buttmannum emendate legitur et in vetere, qua utor, editione, ut non intellegam unde Dindorfiana venerint.

φ, 239. Προβλώσκειν· ἐξέρχεσθαι, προέρχεσθαι, προβλέπειν. (Q) An pro ultimo rescribendum: προβαίνειν? Apud Apollonium i. v. Προβλώσκειν· οἷον προμολίσκειν. Hesychius integrius: Προβλώσκειν· προμολίσκειν, προέρχεσθαι, προπορεύεσθαι.

φ, 397. Θηητήρ· θαυμαστικός, ἔμπειρος. (V) Praetulerim: θαυμαστικῶς ἔμπειρος.

χ, 85. Κάππεσε δινηθείς· ἐπικαμφθείς, ἐπιστρέψας. (M) Immo: ἐπιστρεψάμενος.

χ, 185. Σάκος -- Λαέρτεω ἥρωος, ὃ κουρίζων φορέεσκεν. Ad ultima verba H: ἅπερ ἔφερε νέος ὤν. Oportet: ὅπερ ἔφερε.

χ, 325. Δυσηλεγέα θάνατον exponitur: δύσφημον διὰ τοὺς θρήνους. ἢ δυσκίνητον. (HQ) Ultimum vocabulum, quod a Q abest, refingendum in δυσκοίμητον, ut est in Vulgatis, et sic nostra glossa proxime ad Aristarcheam accedet interpretationem, quam ex quodam ipsius hypomnemate melius nobis servavit Apollonius

s. v. Δυσηλεγέος· ἐν τῇ χ τῆς Ὀδυσσείας ὁ Ἀρίσταρχος „ὅταν μὲν λέγῃ τὸν θάνατον τοιοῦτον, σημαίνει μακροκοίμητον, ὅταν δὲ ἄλλως, καταστρέφει εἰς ταὐτὸν τῷ κακοκοίμητον."

χ, 462. Τὸν διὰ ξίφους θάνατον τοῦ ἠγχονισμένου [θανάτου] ἐνόμιζον καθαρώτερον. (Q) Eiecto demum θανάτου oratio Graeco more composita erit.

ψ, 81. Penelope ab Euryclea de Ulixis reditu certior facta at diffidens rei:

μαῖα φίλη, χαλεπόν σε θεῶν αἰειγενετάων
δήνεα εἴρυσθαι, μάλα περ πολύϊδριν ἐοῦσαν.

Paraphrasi haec illustrantur ita: χαλεπόν, εἴ τις οὐ φυλάξει θεῶν βουλεύματα, τὸ φυλάξαι ἀνθρώπων. Haec Ambrosianus. (Q) Ecquis intellegit? Meliora esse dicuntur in Harleiano. Dindorfius: „scribe ἥτις οὐ φυλάσσεις ex H". (Praef. p. LXIX) Ne nunc quidem plane intellego, nisi substantivorum inverso ordine: χαλεπόν, ἥτις οὐ φυλάσσεις ἀνθρώπων βουλεύματα, τὸ φυλάξαι θεῶν. Nempe videntur ex veteribus interpretibus quidam verbum εἴρυσθαι et hic per φυλάσσειν expressisse, quae usitata est significatio. Melius Aristarchus per εἰδέναι, ut efficio ex Apollonii glossa: Εἴρυσθαι· νῦν ἰδίως τὸ εἴρυσθαι ἐπὶ τοῦ εἰδέναι παρείληπται· ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ (i. e. solet enim significare) φυλάσσειν καὶ σώζειν· „μαῖα φίλη, χαλεπόν σε — πολύϊδριν ἐοῦσαν." Ex Aristonici nota haec originem traxisse videri, in altera parte demonstrare conabor.

ψ, 82. Πολύϊδριν· πολυπαθῆ, πολλὰ εἰδυῖαν. (Q) Credam potius τὴν πολυμαθῆ designari.

ψ, 296. Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο. Interpres nescio quis in MV: ἀσπαστῶς καὶ ἐπιθυμητικῶς ὑπεμνήσθησαν τοῦ πάλαι τῆς συνουσίας νόμου. Ut rectissime dicitur ὁ πάλαι νόμος, siccine etiam ὁ πάλαι τῆς συνουσίας νόμος? Cum multum dubitem, rescripserim: ὑπεμνήσθησαν τοῦ παλαιοῦ τῆς συνουσίας νόμου. In vocabulo semel hic apud Homerum occurrente veteres solitam significationem agnoscere ex hac nota palam fit, neque me iis ex recentioribus adstipulari posse, qui voci

hic locorum aliam subdent nusquam alibi obviam, ut valeat *lecti locum*, vix est quod moneam.

ψ, 328. Σκύλλην θ', ἣν οὐ πώποτ' ἀκήριοι ἄνδρες ἄλυξαν. Ex solo Manuscripto Barnesiano adfertur duplex interpretatio, cuius prior tantum pars in Vulgatorum codicibus et editionibus adesse videtur: ἀκήριοι· χωρὶς κηρός, χωρὶς θανάτου. (V) [1]) καὶ ἀκήριοι, ἀσθενεῖς. Luce clarius est, scribendum esse: Ἢ ἀκήριοι, ἀσθενεῖς. Prior tantum significatio et recta est et in alterum quoque Odysseae locum, quo ἀκήριοι occurrit (*μ* 98, ubi HV: ἀκήριοι· ἀβλαβεῖς, ἄνευ κηρός, ὅ ἐστι θανάτου) unice quadrat; versio ἀσθενεῖς in Iliade sola locum obtinet, quamobrem fuere inter recentiores, qui adiectiva haec recte disiunxerint, ut alterum a κήρ formatum sit, alterum a κῆρ.

ω, 1. In fronte ultimi Odysseae libri haec adscripta habent MV: Ἀρίσταρχος ἀθετεῖ τὴν Νέκυιαν κεφαλαίοις τοῖς συνεκτικωτάτοις τοῖςδε· ὅτι οὐκ ἔστι καθ' Ὅμηρον ψυχοπομπὸς ὁ Ἑρμῆς. οὐδὲ τὸν Ἀπόλλωνα ..... ἐπὶ τῆς πυκτικῆς, εἰ μὴ ἅπαξ. ἀλλ' οὐδὲ χθόνιος ὁ θεός. οὐκ εὐθέως ὁ εἰς Ἅιδου κατελθὼν χθόνιος, ἐπεὶ καὶ Ἀθηνᾶ δι' Ἡρακλέα, καὶ ὁ Ἅιδης Ὀλύμπιος. Κυλλήνιος δὲ οὐδαμοῦ εἴρηται ἢ ἅπαξ. οὐκ ἔξω λόγου, καὶ σῶκος, καὶ ἤϊος Ἀπόλλων. ἀλλὰ πῶς αἱ ψυχαὶ οὐκ αὐτόμαται κατίασιν, ὡς ἐν Ἰλιάδι; οὐδὲν κωλύει καὶ παραπέμποντος αὐτάς τινος. ἀλλ' αὗται καὶ ἄταφοι κατίασιν. ἴσως διά τι καθάρσιον, ἢ διὰ τὴν Ἑρμοῦ πρόνοιαν κηδομένου τοῦ Ὀδυσσέως διὰ τὴν συγγένειαν. ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰς Ἅιδου λευκὴν εἶναι πέτραν (vs. 11). τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν ἐστραμμένα αὐτῆς λευκαίνεται. ἄκαιρος δὲ καὶ ἡ Ἀχιλλέως καὶ Ἀγαμέμνονος ὁμιλία· καὶ Ἀγαμέμνων οὐκ ἀγείρει τὴν στρατείαν, ἀλλ' ὁ Νέστωρ. εὐκαίρως ἀναπληροῖ τὰ ἀλλαχοῦ παραλειφθέντα. Haec iam exscripta sufficient ad indolem huius fragmenti declarandam, quam optime et sensit olim et patefecit Buttmannus sic: „hic et in insequentibus cuique Aristarchearum objectionum responsio vel solutio subjicitur brevissimis," habemusque eiusdem plane generis fragmentum supra ad *λ* 385, de quo et Buttmannus itidem disputavit et ipse egi in Observatt. p. 28 seqq.

---

1) In vetere editione Vulgatorum est: χωρὶς κήρυκος (sic!), χωρὶς θανάτου.

Aliter Eustathio visum, cuius sententiam attulit Dindorfius: „*παίξαντες οἱ ταῦτα φυλοκρινοῦντες καὶ ἀπορίαις διασπαράξαντες εἶτα καὶ λύσεσιν οἷον συνουλώσαντες προσίενται ὅμως καὶ τὴν Νέκυιαν ταύτην κτλ.* (p. 1957, 16.) Cui — si recte mentem eius cepi — et obiectiones et solutiones eundem habere auctorem videntur, molestias ludi iociquo causa excitatas solutionibus non minus iocosis lepide diluentem. At nihil minus verum. Crimina, quibus tota pericope (ω 1—205) spuria et ab Homeri consuetudine aliena arguitur, ex Aristonici breviario — ut coniicio — excerpta gravissima sunt et serio certe prolata, nec quidquam ab Aristarchi ingenio remotius, quam talia per lusum obmovere, quo facilius lepidis artificiis refutarentur. At is quoque, qui singulis criminibus brevissimas solutiones adiunxit, — num et nostra et quae ad λ 385 gemella prorsus exhibentur Porphyrium redoleant, haud pro certo dixerim, — serio egit, neque eius argumenta, etsi falsissima omnia, specie et acumine carent. Qui acriter, et iis quae supra posui et pluribus aliis Aristarcheae sententiae obmotis, totam suam argumentationem his verbis concludit: *καὶ ἄλλως δὲ ἐκ τῆς κατὰ τὴν στιχοποιίαν δεινότητος τὸ ποίημα τὸν Ὅμηρον ὁμολογεῖ.*

Videamus nunc, an ex parte supra descripta mendas quasdam post editorum curas etiamnunc eam deturpantes tollere possimus. Vitium alunt haec: *ὅτι οὐκ ἔστι καθ' Ὅμηρον ψυχοπομπὸς ὁ Ἑρμῆς. οὐδὲ τὸν Ἀπόλλωνα ..... ἐπὶ τῆς πυκτικῆς, εἰ μὴ ἅπαξ.* Iam Dindorfius *οὐδὲ* correxit pro *οὔτε* indicavitque lacunam, in qua „desideratur verbum a quo pendeat accusativus, quale est *οἶδε*." Recte quidem, nisi quod verbum statim post *οὐδὲ* est ponendum, ut lacunae origo perspiciatur. Sed etiam *πυκτικῆς* suspectum: nusquam enim, si recte memini, Apollo apud Homerum pugilatui praeëst, ac multum praetulerim *ποιητικῆς*, quod Alphonsus Heckerus quondam vir acutissimus margini Pluygersiano appinxit. Scribendum igitur: *οὐδὲ* (*οἶδε*) *τὸν Ἀπόλλωνα ἐπὶ τῆς* ποιητικῆς, *εἰ μὴ ἅπαξ.* Interiectis quibusdam: *Κυλλήνιος δὲ οὐδαμοῦ εἴρηται ἢ ἅπαξ. οὐκ ἔξω λόγου, καὶ σῶκος καὶ ἤϊος Ἀπόλλων.* Ad *ἢ ἅπαξ* Buttmannus: „suspicor istud *ἢ* intrusum esse ab illis qui non animadverterent a verbo *ἅπαξ* incipere responsionem *ἀσυνδέτως*. — Jungendum autem puto *ἅπαξ, οὐκ ἔξω λόγου, καὶ σῶκος* (sc. *Ἑρμῆς καλεῖ-*

ται, Il. υ 72), καὶ ἰήϊος Ἀπόλλων." At Dindorfio auctore, — qui recte ἤϊος reposuit pro ἰήϊος, remittens ad Τ 152, ubi ἤϊε Φοῖβε, — „probabilius Spohnius (de extrem. Odyss. parte p. 38) ἢ ἅπαξ in εἰ μὴ ἅπαξ mutavit, ut supra locutus est scholiasta." Possis vel Spohnio probabilius simul et concinnius sic: Κυλλήνιος δὲ οὐδαμοῦ εἴρηται. Ἐἰ ἅπαξ, οὐκ ἔξω λόγου, (ὡς) καὶ σῶκος, καὶ ἤϊος Ἀπόλλων, ut paulo post: ἀλλὰ καὶ τὸ ἀριθμεῖν τὰς Μούσας (vs. 60) οὐχ Ὁμηρικόν, cui statim respondetur: τί κωλύει ἅπαξ; Sequitur: ἀλλὰ πῶς αἱ ψυχαὶ οὐκ αὐτόμαται κατίασιν; Sic Dindorfius ex M. Cum Vulgata habeant αὐτόματον, praetulerim, si tanti est, *αὐτόματοι*. Mox: ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰς Ἅιδου λευκὴν εἶναι πέτραν. τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν ἐστραμμένα αὐτῆς λευκαίνεται. Spectant haec versum 11: πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην, sed et quaestio vitiose scripta editur et responsum. Nam Graecumne est: ἡ ὁδὸς vel τὸ ὄρος vel ἡ πέτρα ἐστὶν εἰς Ἅιδου? Neque magis Graecum dixerim τὰ πρὸς ἡμέραν ἐστραμμένα. [1]) Corrigendum ut quaeratur: ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰς Ἅιδου λευκὴν *τεῖναι* πέτραν, et respondeatur: τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν *τετραμμένα* αὐτῆς λευκαίνεται. Etsi utriusque dictionis quam reponendam diximus exempla afferre fere supervacaneum est, — leguntur enim ubique locorum, — utriusque tamen unum exemplum adscribam ex Herodoto petitum. Legitur apud patrem historiae (III, 5): παρ' ἣν (Σερβωνίδα λίμνην) δὴ τὸ Κάσιον οὖρος τείνει ἐς θάλασσαν. Legitur apud eundem (I, 193): ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσιπέρητος, πρὸς ἥλιον τετραμμένη τὸν χειμερινόν. (Cfr. et μ 81.) Tandem non recte habent: ἄκαιρος δὲ καὶ ἡ Ἀχιλλέως καὶ Ἀγαμέμνονος ὁμιλία· καὶ Ἀγαμέμνων οὐκ ἀγείρει τὴν στρατείαν, ἀλλ' ὁ Νέστωρ. Altera quoque incisio ad athetesin pertinere videtur et spectare haec: εἰ μὴ ἀνὴρ κατέρυκε παλαιά τε πολλά τε εἰδώς, Νέστωρ. (vs. 51 seqq.) Quamobrem scripserim, — edita enim neque cohaerent neque sana et bene Graeca exhibent, — ἄκαιρος δὲ καὶ ἡ Ἀχιλλέως καὶ Ἀγαμέμνονος ὁμιλία· καὶ Ἀγαμέμνων οὐ *κατέχων* τὴν *στρατιάν, ἀλλὰ* Νέστωρ.

ω, 2—10. (Ἑρμῆς) ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν

---

1) ἐστρατωμένα (sic) habet vetus editio.

καλήν, χρυσείην, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει·
τῇ ῥ' ἄγε κινήσας, ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο.
ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν
ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὣς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἤϊσαν· ἦρχε δ' ἄρα σφιν
Ἑρμείας ἀκάκητα κατ' εὐρώεντα κέλευθα.

Ad hos versus haec scholia in H adscripta esse dicuntur: vs. 3. τῇ τ' ἀνδρῶν· ἤγουν τῶν μαινομένων, τῶν αὐθάδων. ὁ τε ἀντὶ τοῦ γάρ. Tum ad vs. 5 nullo adiecto lemmate: συνέχονται γὰρ ἀλλήλαις καὶ συνήρτηνται. ἐξ οὗ δηλοῖ Κυλλήνιος ὁ κατ' ἀντίφρασιν τὰ δυσόρατα. Non erit mihi longa oratione opus ut convincam utrumque hoc scholion, prout editur, densissimis tenebris premi. Quis enim vel grammaticus in his: τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, particulam τέ pro γάρ positam accepisset? Et quale tandem vinculum statuamus esse inter ista: συνέχονται γ. ἀλλ. καὶ συνήρτηνται, quibus paraphrasin contineri Homericorum: ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται palam est, et ea quae statim sequuntur ἐξ οὗ δηλοῖ κτλ., Mercurii cognomen spectantia? Porro quis ipsa illa extrema integra esse contendat? Praefationem consulentibus (p. LXX) apparet „in margine vs. 4 in H adesse ὕπνου δωρητικός. ὅ τε ἀντὶ τοῦ γάρ. συνέχονται γὰρ -- δυσόρατα. προπαροξυτόνως δὲ etc." Prima duo verba ad interpretationem nominis Κυλλήνιος pertinent, ultima ad vs. 10, ubi idem Mercurius ἀκάκητα audit. Iam videmus quid factum sit. Quaedam notae breviores male in unum congestae sunt, quas in propriam sedem restituere nostrum est. Qua in re ita versandum videtur, — lemmata addam perspicuitatis causa —:

3. τῇ τ' ἀνδρῶν] ἤγουν τῶν μαινομένων, τῶν αὐθάδων.
(ὄμματα θέλγει)] (ὡς) ὕπνου δωρητικός.

8. (ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται)] ὅ τε ἀντὶ τοῦ γάρ. συνέχονται γὰρ ἀλλήλαις καὶ συνήρτηνται.

10. (ἦρχε -- Ἑρμείας)] ἐξ οὗ δηλοῖ (ὅτι) Κυλλήνιος ὁ κατ' ἀντίφρασιν τὰ δυσόρατα (ὁρῶν). Et caetera quidem nulla explicatione indigent, ultima ista κατ' ἀντίφρασιν sic explicuerim. Mercurius ex etymologicorum sententia Κυλλήνιος dicitur ut aliis ὁ ὕπνου δωρητικός, ὡς τῶν κύλων (κυλάδων HQ) ἔχων τὰς ἡνίας.

At ipse nunc animabus viam praeit *κατ' εὐρώεντα κέλευθα*, utpote *τὰ δυσόρατα ὁρῶν*. Merito igitur hic Κυλλήνιος dictus est *κατ' ἀντίφρασιν*, eodem iure, puto, quo isti audiant *ἐτυμολόγοι*.

ω, 30. Achillis umbra ad Agamemnonem: *ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἧσπερ ἄνασσες, || δήμῳ ἐνὶ Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν*. Adscribitur in Q: *τότε θανεῖν ὅταν ὁ πόλεμος· καὶ οὕτως ἂν ἐπέτυχες καὶ τῆς τιμῆς ἧσπερ ἐβασίλευες*. Male desideratur post *ὅταν* verbum sic revocandum: *τότε θανεῖν ὅτ' ἦν ὁ πόλεμος*. Mire dictum *ἧσπερ* (*τιμῆς*) *ἐβασίλευες* non tangendum videtur, ad verbum respondens Homericis non minus mire dictis: *ἧσπερ ἄνασσες*.

ω, 312. *Δεξιά· ἀγαθὰ σημεῖα ἦσαν ἐκείνῳ ἐξερχομένῳ*. (H) In interpretatione cum codice (Praef. p. LXX) addendum: *ἀγαθά τινα σημεῖα*, et in lemmate pro *δεξιά*, — quae non est varia lectio, sed scribentis vel describentis error, — corrigendum *δεξιοί*. Paraphrasis spectat Homerica: *ἦ τέ οἱ ἐσθλοὶ ἔσαν ὄρνιθες ἰόντι, || δεξιοί*.

ω, 402. *Οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε*. Locutio hic tantum in carminibus Homericis obvia hanc brevem interpretationem repperit in uno Harleiano: *οὖλε· ὑγίαινε· παρὰ τὸ ὅλην. τῶν ἅπαξ εἰρημένων*. (Cfr. ad ζ 231.) An corrigendum: *παρὰ τὴν οὐλήν*? Sed vix audeo in glossa pessime certe excerpta et absque dubio lacera. Emendatione tamen quam proposui adscita idem dicetur, quamquam minus distincte, atque leguntur apud Apollonium Sophistam i. v. Οὖλε· *ὑγίαινε. ὅθεν καὶ οὐλὴ τὸ ὑγιασμένον τραῦμα*. Unde simillima in Hesychianam pervenerunt farraginem. Cuius interterpretationis, — an Aristarcheae? — nobis quidem antiquissimus testis est et auctor Strabo, qui (libr. XIV, I § 6, p. 635 Cas.) ita: *οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσί τινα καὶ Μιλήσιοι καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικόν· τὸ γὰρ οὔλειν ὑγιαίνειν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ οὐλὴ καὶ τὸ „οὖλέ τε καὶ μέγα* (sic plures veteres) *χαῖρε." ἰατικὸς γὰρ ὁ Ἀπόλλων*. In eandem sententiam est etiam Etymologicum Magnum, s. v. Οὖλος· -- *σημαίνει καὶ τὸ ὑγίαινε, ὡς τὸ „οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε"*., et s. v. Οὐλή (ubi tamen et alia commemoratur origo: *παρὰ τὸ εἰλῶ τὸ συστρέφω γίνεται οὐλὴ ἡ*

συνεστραμμένη σάρξ, quae Herodiano adscribitur)· *τὸ ὑγιαῖνον τραῦμα· παρὰ τὸ οὔλω τὸ ὑγιαίνω· „οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε"*, *οἱονεὶ ἡ τὴν ὅλην ἀναλαβοῦσα σάρκα*. Hoc erat, cur glossam ex H laceram dicebam.

ω, 467. *Νώροπα: ἔγκειται καὶ τὸ μὴ ὁρᾶν καὶ τὸ ὦπες, σημαίνει οὖν στιλπνότητα καὶ λαμπρότητα δυσόρατον.* (H) Non opinor, nam adiectivum est: *αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο περὶ χροῒ νώροπα χαλκόν*, ac multum abest ut bellatores induerint unquam *στιλπνότητα δυσόρατον*. Scribendum: *σημαίνει οὖν στιλπνότητΙ καὶ λαμπρότητΙ δυσόρατον*. Sic omnes, quos equidem cognoverim, veteres. Sic Apollonius Sophista s. v. *Νώροπα· τὸν λαμπρόν, οἷον ἄωπον, ἀμαυρωτικὸν τῶν ὠπῶν διὰ λαμπρότητα.* Sic Hesychius: *Νώροπα· λαμπρόν, αἴθοπα, στερητικὸν τῆς ὄψεως. τὸ γὰρ νω ἴσον τῷ α. ἄροπα, νώροπα*, pro quo Ruhnkenius *ἄοπα* coniiciebat, ipse proposuerim: *ἀόροπα, νώροπα*. Repetit simillima statim post s. v. *Νώροπι, Νώροπι χαλκῷ* et *Νώροψ* (sic.) Similia quoque sunt in Etymologico Magno: *Νώροπα χαλκὸν σημαίνει τὸν λαμπρόν. παρὰ τὸ νω τὸ στερητικὸν καὶ τὸ ὄψ πλεονασμῷ τοῦ ρ γίνεται νώροψ* (l. *νῶροψ*), *ὁ μὴ ἐῶν εἰς αὐτὸν* (l. *αὑτὸν*) *ἀφορᾶν τὴν ὄψιν διὰ τὸ ἄγαν λαμπρόν. ἀμαυροῖ γὰρ τὴν ὄψιν τὰ πάνυ λαμπρὰ καὶ διαχεῖ.* Eadem leguntur in Gudiano: *Νῶροψ· ὁ μὴ ἐῶν εἰς ἑαυτὸν ἀφορὰν* (sic!) *τὴν ὄψιν διὰ τὸ ἄγαν λαμπρόν. ἀμαυροῖ γὰρ τὴν ὄψιν τὰ πάνυ λυπηρά.* Sic et stipes exaravit et oscitans editor intactum reliquit pro: *ἀμαυροῖ γὰρ τὴν ὄψιν τὰ πάνυ λαμπρά*. Non tamen, quamquam idem dicunt, ab iisdem atque haec Lexica auctoribus scholion nostrum profectum est, sed *ἀποσπασμάτιον* habuerim ex Porphyriana disputatione amplissima, quae in editis legitur c. IX, adscripta praeterea N 340 in Veneto B et ex maiore parte in nostris codicibus ad *α* 44, de qua in superioribus fuse disserui. In ea autem disputatione Porphyrius et alia et haec: *ὅθεν καὶ ἐπίθετα χαλκοῦ ἐφιλοτέχνησε, τὸ „νώροπα χαλκόν" καὶ „ἤνοπι χαλκῷ", σημαίνων τὸν μὴ ἐῶντα τοὺς ὦπας ὁρᾶν διὰ τὴν προσοῦσαν στιλβηδόνα.* Quid recentiorum quosdam permoverit, ut relicta omnium veterum unanimi interpretatione, Doederlinium puto secuti, ex etymologia non minus quam illa veterum est fallaci, aliam prorsus huic adiectivo ad-

fingerent significationem, ut esset *aes ad defendendum* — sive *ad propulsandum* — *idoneum*, equidem dispicere non possum.

ω, 528. Καί νύ κε δὴ πάντας τ' ὄλεσαν καὶ ἔθηκαν ἀνόστους. Ultimum vocabulum sic redditur: ἐπανόδου μὴ τυγχάνοντα. (V et Vind. 56.) Immo: τυγχάνοντας, ut recte et apud Buttmannum est et in vetere Vulgatorum editione.

ω, 539. Torquet Iupiter ψολόεντα κεραυνόν. Vox bis Homero usurpata et hic et ψ 330, varias peperit et derivationes et interpretationes, unde in scholiorum nostrorum farragine nihil tamen aetatem tulit, nisi breves quaedam et exiles notulae in V: ψολόεντα· καυστικόν, ἀσβόλην ποιοῦντα. ψόλον γὰρ τὴν ἀσβόλην λέγει. τοιοῦτον δὲ ἀφίησιν ὁ Ζεὺς πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Sic ad nostrum versum. Ad ψ 330 et alia quaedam ex HQ et ex V vel brevius: ψολόεντι· καυστικῷ. ψόλον γὰρ τὸ ἄσβολον ποιοῦν. At neque dicitur τὸ ψόλον, neque ὁ ψόλος simul esse potest et ἄσβολος, — sive ut recentiores efferunt ἀσβόλη, — et τὸ ἄσβολον ποιοῦν. Quapropter nostrae notae ope ad ψ 330 corrigendum: ψολόεν γὰρ τὸ ἄσβολον ποιοῦν. Sed nostra' quoque laborant, cum et ψόλος nusquam apud Homerum compareat et τοιοῦτον δὲ ἀφίησιν ὁ Ζεὺς πῦρ prave ad proxime antecedens ψόλον γὰρ κτλ. referatur. Emendatius et concinnius sic scribetur: ψολόεντα· καυστικόν, ἀσβόλην ποιοῦντα· ψόλον γὰρ τὴν ἀσβόλην λέγουσι· τοιοῦτον δ' Ὃ ἀφίησιν ὁ Ζεὺς πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Sed, — ut cum Athenaeo (IV i. f.) loquar — ἐπὶ τούτοις τέλος ἐχέτω ἧδε ἡ βίβλος, ἱκανὸν εἰληφυῖα μῆκος. Etenim ex Epistola Critica inter scribendum satis spissum sensim excrevit volumen. At ne sic quidem mihi ipse visus sum omnia, quae in Scholiorum nostrorum corpore aegra et perversa adsunt, corrigendo et tentando expedivisse, neque ea sum arrogantia, ut aliis hoc effecisse videri exspectam. Etiam nunc plurima remanent, inveterata vulnera, quibus diu multumque versando nihil substituere potui, quo manifesto corrupta et absurda evidenti ratione sanata viderentur. Non recte habent, — afferam pauca tantum specimina fortuito collecta, — quae in ultimo libro leguntur, ad ω 28: οὐ γάρ τι ἐν Ἅιδου ἔστι διασκοπεῖν, ἀλλ'

ὅτι αὐτή ἐστιν ἡ ὑπόθεσις. (V) Obscura mihi sunt ad ρ 250: τιμὴν ἀφ' ἧς ἔξω τίθησιν. (H) Non magis capio ad ι 89: ἐπηκολούθει τῇ παραθέσει τοῦ λωτοῦ ὄλεθρος, ὥστε καὶ ἡ εὔνοια καὶ ἡ φιλανθρωπία τὸν ὄλεθρον περιεῖλε τῶν εὐτυχούντων ὑπὸ ἡδονῶν τοῦ ἐδέσματος. (T) Aenigmata mihi videntur in eodem libro (ι 229): δεῖ δὲ τὰς κατηγορίας ποιεῖν οὐκ ἐκ τῶν ἀποβάντων· ἄδηλον γὰρ εἰ ἐπιεικὴς ἦν ἀνήρ· εἰ καὶ πρὸ τῆς πεῖρας γὰρ λέγει περὶ τοῦ Πολυφήμου, τὰ ἐπίθετα ταῦτα δεινὰ ἄλλοτε ἐπράττετο, εἰ μὴ ἐπὶ τῶν ἔργων οὐκ ἔγνωσται. (Q), de quibus etiam Dindorfius admonuit, sibi non integra videri. Frustra post Buttmannum quaesivi, quid lateret in his (ad κ 185): οὐδὲ μετὰ τὴν τροφὴν λέγει πρὸς αὐτοὺς περὶ τῆς κατασκοπῆς, ἀλλ' ἐᾷ τὴν πρώτην. (HQ) Neque expedire potui, quae in ipso Scholiorum limine (ad α 1) leguntur Porphyrii verba: γελοῖοι οἱ τό „ἄνδρα μοι" ἀνδρεῖον ἀκούοντες. -- τὰ γὰρ ἐπίθετα πρὸς τὰ κύρια ἢ προσηγορικὰ τάττεται, cum dictum oporteat: οὐ γὰρ εὑρίσκεται δύο ἐπίθετα ἄνευ κυρίου ἢ προσηγορικοῦ, ut recte habet epitome in EQ. Et in his et in aliis bene multis, ut Sisyphus olim, „saxum versavi sudando, neque profeci hilum". Haec itaque aut meliores libri excussi — si qui erunt — olim sanabunt, aut quibus nunc utimur melius et intentius collati, aut denique patefaciet aliorum felicius acumen.

ὦ φίλοι, οὐ μὲν ἐγὼ τανύω, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Biennium fere est, ex quo hic liber typis describendus operis est traditus. Interea, ut in Monito huic volumini praemisso significavi, et novi libri provenerunt idem vel cognatum argumentum spectantes, ut Porphyrii Quaestionum Homericarum a H. Schradero V. Cl. editarum fasciculus prior, ut Eudocia Flachiana, alii, et comparare mihi potui qui diu editi nescio quomodo meam notitiam effugerant. Inter quos mihi referenda est Carnuthii Sylloge notarum Aristonicearum ad Odysseam pertinentium, cuius operis cum eam partem, quae duos primos libros complectitur, diu possiderem inque rem meam, ut par est, convertissem, ratus nihil amplius prodiisse, forte fortuna totum iamdudum extare comperi. Praeterea inter eos viros, quibus priorem fasciculum meum dono miseram, fuerunt qui observationes quasdam suas insigni humanitate per literas mecum communicarent, e quibus honoris causa mihi nominandi sunt S. A. Naberus V. Cl. et C. S. Contos vetus amicus, uterque de grammaticis Graecis meritissimus. Quarum emendationum potiores infra exhibebo, ut scholiorum textus fiat quantum per me possit emendatissimus. Ipse quoque eadem re iterum iterumque considerata et sensi quaedam ab aliis iam praerepta, quae primus vidisse opinabar, et — quoniam „discipulus est prioris posterior dies" — nonnulla nunc vel melius constituere vel luculentius illustrare posse mihi videor. Hinc Addendorum sat ampla seges, quorum tamen, — ne liber in immanem molem excrescat, — cum errorum typographicorum, quos inter perlegendum animadverti, elencho nunc potiora tantum subiiciam.

Ad p. 8 not. (l. 3 a. i) Post Apollonii et Scholiorum ad I 193 mentionem addendum: Tres quoque significationes habet Herodianus *π. μον. λέξ.* p. 36, 5 (p. 125 Lehrs.) s. v. *Φᾶρος*, ubi i. a. et haec: *ἔστω οὖν τῶν συττελλόντων τὸ α παραδείγματα πάθος, τάφος, ὅπερ καὶ ἀρσενικόν ἐστι, »ὥς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο"* (Ω 804), *καὶ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς νήσου. ὁπότε δὲ ἐπὶ τῆς ἐκπλήξεως παραλαμβάνεται γένος ἐπιδέχεται τὸ οὐδέτερον· » ἡ δ' ἄνεω· δὴν ἧστο, τάφος δέ οἱ ἦτορ ἵκανε."* (ψ 93.)

Ad p. 9 not. (l. 6 a. i.) Leg. *ἐνταφίου*.

Ad p. 10 (l. 7. a. s.) Adde Herodianum ad Δ 27: *ἔφαμεν δὲ τὸν ποιητὴν ἀδιαφόρως καὶ φυλάσσειν τὸν χρόνον τῶν παρῳχημένων καὶ ἀποβάλλειν.*

Ad p. 25 (l. 3 a. s.) Accedet huic insertioni aliquid fidei etiam e vetusto scholio ad Euripidis Hecubam vs. 1027, quod, nisi me omnia fallunt, ex hac ipsa Porphyrii dissertatione expressum est. Ἀμέρσας: *στερηθείς. μέρδω ἐνεστὼς παρὰ ποιηταῖς, τὸ*

παρὰ τοῖς κοινοῖς μαρμαίρω, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀμέρδω. -- — *γίνεται δὲ τὸ μέρδω ἀπὸ τοῦ μερίζω κατὰ συγκοπὴν τοῦ ι καὶ ἐκβολῇ τοῦ σ ἐν τῷ ζ. τὸ λευκὸν γὰρ καὶ λαμπρὸν μερίζει καὶ διαιρεῖ τὴν ὄψιν εἰς τὰ ὁρατά.*

Ad p. 47 (l. 5 a. i.) Buttmannus iam in eandem sententiam proposuerat: „immo, *δοκοῖ γὰρ ἄν*.” Sed *δοκοῖ* non est usitatum et indicativus necessarius.

ibid. (l. 4 a. i.) Pro λ 411 leg. ι 411.

Ad p. 56 (l. 9 a. s.) Ludwichius fere similiter *αὐτοῦ* supplet et post *ἐν* (l. 11 a. s.) in codice satis liquide perspici dicit *τῇ ἐπανόδῳ*. At vel sic verbum requiri, *ἐμφαίνεται* vel *ἐμφανίζεται*, et ipse, spero, mihi dabit.

Ad p. 60 (l. 17 a. s.) Etiam Contos (in: Bulletin de Correspondance Hellénique) *προκριθῆναι* corrigendum esse vidit, ut comperi ex Egenolffio in Burs. Jahresbericht, Jahrg. VII, XI (1879) p. 119.

Ad p. 75 (l. 6 a. i.) Quid intersit optime videre est ex Isocratis loco (Panathen. § 85 i. f.): *ἣν περὶ ἀνδρὸς τοιούτου διαλεγόμενος παραλίπω τι τῶν ἐκείνῳ τε προσόντων ἀγαθῶν κἀμοὶ προσηκόντων εἰπεῖν.*

Ad p. 87 (l. 1 a. s.) Pro passit, leg. possit.

ibid. (l. 8 a. i.) Idem Cobetus proposuit, Mnemos. N. S. VII p. 435.

Ad p. 88 (not.) Quam proposui loci ex Apollonii Lexico corruptissimi restitutionem confirmatur etiam ex alio eiusdem Apollonii loco, ubi est: *Κρήτῃ ἐπίουρον· οἱ μὲν κατ᾽ ἀναστροφὴν ἀναγινώσκουσιν, καὶ περισπῶσι τὴν οὖρον, ἵν᾽ ᾖ ἐπὶ τῇ Κρήτῃ φύλακα· οἱ δὲ περισσήν φασιν εἶναι τὴν ἐπί, ὡς καὶ »βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ.” ἡμεῖς δὲ συνθέτως ἐπίουρος, οἷον ἐπιφύλαξ, ὃν τρόπον καὶ ὁ τεκτονικὸς λέγεται ἐπίουρος ὁ ἐπιφυλάσσων καὶ συνέχων τὰ συναρμοζόμενα ξύλα.* Simul in nota pro *ἔπεστι οὖρος* corrig. *ἔπεστιν οὐρ.*

Ad p. 91 (l. 9 a. s.) Pro: *ἀμφοτέρου* leg. *ἀμφοτέρων.*

Ad p. 94 (l. 3 a. s. seqq.) *Ποιεῖν* pro *μεταποιεῖν* praeterea legitur ad B 435 (*Ζηνόδοτος δὲ ποιεῖ· μηκέτι νῦν ταῦτα λεγώμεθα*), quod scholion Didymo tribuitur, et ad Ω 71: *τὸ δὲ ἐάσομεν νῦν ἀντὶ τοῦ παρῶμεν, οἷον μηδὲ λέγωμεν· ὅπερ ἀγνοήσαντες οἱ περὶ Ἀντίμαχον ἐποίησαν »κλέψαι μὲν ἀμήχανον”*, quod Aristonici est. Igitur numerus locorum, ubi ita dictum reperitur, ad *duodecim* perductus est, quorum duo Didymi sunt, decem Aristonici.

Ad p. 96 (l. 14 a. s.) Pro: sparsos leg. sparsas.

Ad p. 105 (l. 10 a. i.) Pro Δ 102 leg. Δ 182.

Ibid. (l. 7 a. i.) Cfr. ad Ψ 880: *ἡ διπλῆ ὅτι ὠκύς ἀντὶ τοῦ ὠκέως, ὅ ἐστιν εὐθέως.*

Ad p. 124 not. (l. 4 a. s.) Pro: dic leg. die.

Ad p. 126 (l. 7 a. s.) Requiri *ἐπ᾽* etiam Vollgrattius dixit in Studiis Palaeographicis (1870) pag. 80.

Ibid. (l. 11 a. s.) Pro *συνευνηθησομένων* scribendum esse *ἐνευνηθησομένων* monuit me Naberus.

Ad p. 132 (l. 16 a. i.) Est hoc fragmentum (ad γ 94) pars disputationis Porphyrianae, quae plenior legitur ad Δ 434, unde plurima comprobantur quae emendanda dixi. In codd. Iliacis recte est *ἀναπλάσσομεν*, praeterea: *ἀντιδιαίρεσιν ἔχει, πρὸς τὸν διὰ φαντασίας βλέποντά τι*, non omisso articulo, et *καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους* — — *καὶ διηγουμένων ἄλλων*, quod eodem redit atque ea quae proponebam. Solum *αὐτοῦ* et illic perverse adest pro reflexivo, et in editione Schraderi non mi-

nus perperam deëst σημαίνει ante τὴν ἐναργῆ θέαν, quod tamen apud Dindorfium comparet et sine ulla dubitatione a Porphyrio adiectum fuit.

Ad p. 155 (l. 10 a. s.) In unico Hesychii codice, ne quid dissimulem, non τὸν ὑμένα τοῦ αἵματος scriptum est, sed τοῦ σώματος. Hinc sine dubio Schmidtius motus glossam non ad nostrum Odysseae locum pertinere adnotavit. At quidni et eo pertineat?

Ad p. 160 (l. 4 a. s.) Pro: deinde verbosius in EPQRT leg.: deinde verbosius et minus accurate in DEHPQRT. Nam Ithacenses procos in Ulixis domo cubitum iisse poëta nusquam memoriae prodidit, contra eius narrationi aperte repugnat. Sed inter sequiores fuisse qui sic censerent ex ipsa Aristonici nota apparet, quae contrarium docet. Fortasse hoc elicuerunt ex υ 6 seqq. In exitu longioris scholii, qui in solis EQ comparet, fortasse leg. δὲ pro γάρ.

Ad p. 163 (l. 18 a. i.) Pro: redux leg. reduci.

Ad p. 164 (l. 7 a. i.) In scholio corruptissimo ad γ 490 partem tantum veri vidi. Vera erit haec emendatio: νύκτ' ἄεσαν· συνέσταλται τὸ α· ἀλλαχοῦ δ' ἐ(κτέταται)· „νύκτα μὲν ἀέσαμεν" (γ 151), „ἄ(εσα) καί τ' ἀνέμεινα". (τ 342) Videtur esse nota Herodiani.

